



13.538. W. C. e. e.





MANUALE
PRÆSIDUM
CONFRATERNITATIS
SS. ROSARII



Facultas Reverendissimi P. Magistri
Generalis.

Nos Fr. Thomas Ripoll SS. Theologiæ Professor, ac
totius Ordinis Prædicatorum humilis Magister
Generalis, & Servus.

BArum serie, nostrique authoritate Officii,
quantum in nobis est, tibi Reverendo Patri
Fratri Alberto Pongratz Provinciæ nostræ
Hungariæ potestatem facimus, typis evul-
gandi opusculum, nuper à te studiosè elaboratum, cui
titulus: *Manuale Præsidum Confraternitatis SS. Rosa-
rii, continens Statuta, Indulgentias, atque Privilegia e-
iusdem Confraternitatis.* Dummodo illud prius à duo-
bus Ordinis nostri Magistris in Theologia, ab Admo-
dum Reverendo Patre Magistro Provinciali ejusdem
Provinciæ specialiter, ac nominatim ad hoc deputatis,
exactè revisum, & tanquam prælō dignum approba-
tum fuerit; servatis etiam cæteris de jure servandis. In
 nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. In
 quorum fidem his, propriâ manu subscriptis, Sigillum
 Officii nostri apponi jussimus. Romæ in Conventu no-
stro S. Mariæ super Minervam die 21. Aprilis 1742.

Fr. Thomas Ripoll

reg. pag. 23.
Fr. Emericus Langenwal-
ter Socius.

030630888

Approbatio Theologorum Ordinis.

MAnuale Præsidum Confraternitatis SS. Rosarii, continens Statuta, Indulgencias, atque Privilegia ejusdem Confraternitatis, in quo omnia ferè Confraternitatem concorrentia breviter, clare, & solidè declarantur, declarata novissimis Romanis decisionibus roborantur, deinde verò etiam de aliis famosioribus S. Ordinis Prædicatorum Societatibus, & Indulgentiis tractatur, in utilitatem tum Sodalium, cùm præprimis Præsidum, à M. R. Patre Alberto Pongratzejusdem S. Ordinis p. t. in Conventu Neo-Claustri Concionatore Ordinario elaboratum, ex commissione Admodum Reverendi, & Eximii Patris Magistri Provincialis Fratris Ludovici Gerl perlegi, illudque typis dignissimum judico.

Viennæ 3. Decembris 1742.

Fr. Thomas Grill Ord. Præd.
SS. Theologiæ Mag.

Beatissimæ Virginis Mariæ honorē, quem Sanctus Pater noster Dominicus per institutionem Confraternitatis SS. Rosarii, aliquique ex Ordine Prædicatorum, exemplum tanti Patris fecuti, mirè promoverunt; pariter præsens *Manuale Præsidum*, ita intitulatum, à M. R. Patre Fr. Alberto Pongratz Ss. Theologiæ Lectore, & p. t. Concionatore Ordinario in Conventu Neo-Claustri sedulō labore, clarō stylō, ac ab Authoribus solidis petrā firmā sententiā compositum, feliciter prosequitur: in illo enim Statuta, Indulgenciæ, ac Privilegia annexis no-

vissimis declarationibus ita pertractantur, ut in simili compendio vix aliud desiderari possit, in quo etiam de aliis Societatibus, Indulgentiis, ac prærogativis mentionem facit. Denique nihil in eo, quod vel contra Orthodoxæ fidei principia, vel contra bonos mores pugnaret, vel ex alio capite reprehendendum esset, inveni. Igitur ex mandato Admodum Reverendi, ac Eximii Patris SS. Theologiæ Magistri Fratris Ludovici Gerl Prioris Provincialis Hungariæ prænominatum *Manuale Præsidum Confraternitatis SS. Rosarii* perlegi, atque æquum esse judico, ut illud pro magno Præsidum ejusdem Confraternitatis adjuvamine, & singulari Sodalium solatiō in lucē prodeat. Græciī die 25. Febr. 1743.

Fr. Josephus Ozeppig Ord.
Prædicat. SS. Theologiæ Magister, & p. t. in Generali Studio
Græcensi ad S. Andreā Regens.

Facultas Admodum Reverendi, ac Eximii
P. M. Provincialis.
Frater Ludovicus Gerl S. Ordinis Prædicatorum SS.
Theologiæ Magister, & per Provinciam Hun-
gariæ Prior Provincialis.

 Pūsculum latinum, cui titulus: *Manuale Præ-
sidum Confraternitatis SS. Rosarii*, continens
Statuta, Indulgencias, atque Privilegia ejus-
dem Confraternitatis, à Magistro Reverendo Patre Fra-
tre

tre Alberto Pongratz Provinciæ Hungariæ ejusdem
Ordinis in Conventu Neo-Claustrali p. t. Subprio-
re tolerter congestum, ac à duobus Ordinis nostri
SS. Theologiæ Magistris, specialiter à me deputa-
tis, nimirum Admodū Reverendo, ac eximio Patre Ma-
gistro Fratre Thoma Grill Studii Generalis Viennensis
Regente primario, & Admodum Reverendo, ac Ex-
imio Patre Magistro Fratre Ozeppig Studii Generalis
Græcensis Regente Primario accurate revisum, & ap-
probatum, ut servatis de jure servandis typis evulge-
tur, liberrimè concedo. Datum Græcii in Conventu
nostro ad S. Andream die 3. Mensis Martii anno 1743.

Fr. Ludovicus Gerl, qui supra.

Regist. pag. 5. num. 62.

Approbatio Theologi extra Ordinem.

Dræsens *Manuale Praesidum Confraternitatis SS. Rosarii &c.* operâ A. R. P. Alberti Pon-
gratz ex Sac. Ordine Prædicatorum S. Theo-
logiæ Professoris, & in Conventu Neo-
Claustri Provinciæ Hungariæ p. t. Concionatoris Or-
dinarii, & Sub-Prioris elaboratum, postquam attente
perlegi: non tantum, quem Author habuit in eligendis
Doctòrum sententiis, in Bullis, Decretisque Pontificiis
exquirendis: & Statutis, Indulgentiis, ac Privilegiis
tam dictæ Confraternitatis, quam aliarū Ordinis Præ-
dica-

dicatorum Societatum fideliter allegandis, laborem:
& unā pium ejusdem in commendanda, & promoven-
da Ss. Rosarii devotione zelum pro merito laudo. Ve-
rū etiam, ut illud, tanquam Præsidibus, & Sodalibus
earū Confraternitatum, Concionatoribus item, ac aliis
plurimū utile, nec ullō modō Decisionibus Romanis,
aut Doctrinæ salutari diffonum, publicæ luci expona-
tur, omnīnd dignum censeo. Dabam in Conventu D.
Virg. ad Cœlos assumptæ Labaci die 12. Decembr. 1743.

Fr. Jo. Nepomucenus Tropper
Ord. Min. Strict. observant. actual.
Ss Theolog. Lector Generalis.

Facultas Officii Episcopalis.

UT præmemoratum Confraternitatis SS. Rosarii
Præsidium, ejusdem Præsidibus, Rectoribus,
Ministris, Concionatoribus, & Confratribus
magnoperè utile, magno labore collectum, copio-
sum, & devotum, typis dari possit, hinc facultatem im-
pertimus. Datum ex Officio Episcopali Labacensi
die 20. Decembbris 1743.

(LS.)

Joannes Jacobus Schilling
Ss. Theologiæ Doctor, Proto-
notarius Apostolicus, Canoni-
cus, & Vicarius Generalis La-
bacensis.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.



N tanta de SS. Rosario librorum copia non tam
men libellum hunc superfluum arbitreris Lector Benevo-
le. Sunt etenim satis multi adhuc, iis præsertim in locis,
in quibus Sacer Ordo noster Prædicatorum non reperitur,
qui de penuria talium librorum quæruntur, dum aut nullum ex his,
aut non nisi antiquum aliquem præ manibus habent, notitiam verò
plenam de adeò dilaudata Sodalitate SS. Rosarii desiderant adipisci,
quam ex antiquioribus libellis amplius hauriri non posse, sibi, & quidem
non abs re persuadent, quemadmodum ipse solus tales ob novas Romæ
factas declarationes, novaque mota dubia plerumque deficientes inve-
ni. Quare multum ad hoc solicitatus, imò adactus sum, ut talem
libellum conscribam, qui multis posset reddere contentos. Sub ini-
tium quidem horum petitioni nonnihil ob exilitatem meam reluca-
tus sum, cùm verò utilitatem, imò necessitatem talis Opusculi clare
perspexisse, vietas urgentibus manus dedi, méque ad talem libellum
compilandum accinxī, qui quidem Sodalibus omnibus, sed præpri-
mis Præsidibus Almæ hujus Sodalitatis deserviret ad proxim : qua-
propter laudes, historias, gratias, quæ in aliis libris acervantur, omit-
to : nonnulla tamen ad calcem Operis adjeci, quæ scire non minùs
jucundum, ac utile est, breviter siquidem, & exactè etiam de aliis fa-
mosioribus Ordinis nostri Sodalitatibus, ac Indulgentiis differo, quæ
sæpè solent cum Rosarianis confundi. Veruntamen illa solum afferro,
quæ proximè has Confraternitates circumstant ; circa alia verò remo-
ta, seu ea, quæ de Confraternitatibus in genere quæri possunt, ac
casus, qui in Germania vix unquam eveniunt, Benevolum Lectorem
ad nostrum P. Hyacinthum Donatum *De rerum Regularium praxi tom.*
3. tract. 8. aliisque, præsertim ibidem citatos Authores remitto.

Ut autem debita cum soliditate procedam, Bullariò Ordinis nostri
operâ Reverendissimi Patris Magistri Generalis moderni Thomæ Ri-
poll editò, & ab Admodum Reverendo Patre SS. Theologiæ Magi-
stro Antonio Bremond notis illustratò, aliisque lectissimis Authoribüs
usus sum : quare textus Bullarum ex ipso fonte puros haurire licuit,
quin persæpè ad plenam fidē adstruendā integras Bullas apposui : sunt
namque multi naturæ ejusmodi, ut non credant, nisi ipsum Bulla-
rum tenorem perspexerint, quibus tamen id vitio nequaquam dandum

est; constat siquidem textus longâ ex uno in alium librum transcriptione tandem depravari, quibus deinde sèpè viri, aliquin docti, decepti sunt, ut ferè necesse sit quemlibet in ipso fonte requirere. Et profectò periculosum est solum intellectum, non verba textuum adducere, talibúsque deinde relationibus initi, quæ sèpè repertæ sunt etiam in libellis Rosarianis à veritate prorsus alienæ. Pro iis tamen, quos longiores Bullas perlegere tædet, succum Bullarum paucis verbis delibabo. Inter has Bullas cùm repereris Lector Benevole insignem illam Benedicti XIII. incipientem, *Pretiosus in conspectu Domini Fratrum Prædicatorum inclitus Ordo*, datam ad eundem Ordinem 7. Caled. Junii 1727. ne mirare: licet enim Clemens XII. Brevi *Romanus Pontifex anno 1732.* eandem revocaverit; in omnibus tamen eandem revocatam esse, credendum non est, prout suis locis, præsertim n. 410. ostendetur. Ubi Bullæ non suppetunt, declarationes Sacrarum Congregationum adduco, sicut & quædam statuta Conciliorum Provincialium Mediolani sub S. Carolo Borromæo celebratorum: quæ licet fuerint à Sede Apostolica pro Diœcesi Mediolanensi approbata; si tamen, inquit Gavantus in præfatione in suum *Manuale Episcoporum*, & alij extra Mediolanum illa sequantur, sine dubio non modicam laudem merebuntur.

In reliquis, ne ipse solus temerè quid definiam, Virorum Dæssimorum, quorum talia scire, & quasi definire interest, consilium adhibui, vestigiis utique præstantissimorum aliorum Authorum, præprimis moralia tractantium, insistens, qui ipsum se fecisse in suis operibus candidè fatentur. Unde rectè Origenes apud D. Thomam in *Catena aurea in Lucæ cap. 2.* inquit: *ex uno doctrinæ fonte manat, & interrogare, & respondere sapienter.* Fruere igitur Lector Benevole hōc opere, quod in Dei honorem, tuūmque commodum adornavi.

Protestatio Authoris.

INsistendō, quā par est reverentiâ, Decreto Urbani VIII. die 13. Martii Annō 1625. & alteri edito 5. Julii 1634. protestor, me in Opere hoc relatis miraculis, & revelationibus nullam aliam fidem à quopiam adhiberi velle, nisi eam, quam humani Authores merentur, exceptis ijs solum, quæ ab Ecclesia Catholica sunt approbata, ac propterea majori fide digna reperiuntur: mēque in omnibus correctioni S. Romanæ Ecclesiæ submitto.



Index, & Ordo Capitum.

- Cap. I. De natura, origine, fine, & præstantia Sodalitatis SS. Rosarii.
 Cap. II. De statutis, ac legibus Præsidum Sodalitatis SS. Rosarii.
 Cap. III. In quo describitur modus recitandi Rosarium.
 Cap. IV. De meditatione Mysteriorum SS. Rosarii.
 Cap. V. De benedictionibus Rosarianis.
 Cap. VI. De Regulis Sodalium.
 Cap. VII. Diversa circa regulas Sodalium dubia resolvuntur.
 Cap. VIII. De communicatione honorum operum, quæ in Sodalitate Rosariana viget.
 Cap. IX. In quo exhibentur Bullæ Innocentii XI. Clementis XII. & Benedicti XIII.
 Cap. X. De Requisitis ad consecrationem Indulgentiarum in genere.
 Cap. XI. Expediuntur dubia circa Indulgencias Stationū Romanarū.
 Cap. XII. Compendium Indulgentiarum Sodalitatis SS. Rosarii debitis cum observationibus.
 Cap. XIII. De privilegiis Sodalitatis SS. Rosarii.
 Cap. XIV. De institutione Confraternitatis.
 Cap. XV. Quænam in unctione Confraternitatis communicentur Indulgentiæ, & privilegia.
 Cap. XVI. De facultate subdelegandi potestatem in Præside.
 Cap. XVII. De Rosario perpetuo, seu distributione Horæ perpetuæ.
 Cap. XVIII. Respondetur ad convicia hæreticorum, & ad alia, quæ contra hucusque dicta moveri possunt.
 Cap. XIX. De Sodalitate SS. Nominis JESU.
 Cap. XX. De Sodalitate SS. Corporis Christi.
 Cap. XXI. De Sodalitate Militiæ Angelicæ S. Thomæ Aquinatis.
 Cap. XXII. De aliis Indulgentiis Ordinis Prædicatorum.
 Cap. XXIII. De Indulgentiis Ordini Prædicatorum propriis.
 Cap. XXIV. De Indulgentiis Ordinis Prædicatorum tam ipsis Religiosis, quam aliis fidelibus communibus.
 Cap. XXV. De Indulgentiis Rosariorum S. Birgittæ, & Jerosolymitanorum.
 Cap. XXVI. De benedictione S. Petri Martyris Ordinis Prædicatorum.

MANUALE PRÆSIDUM
SODALITATIS.
SS. ROSARII.

C A P U T I.

De natura, origine, fine, & præstantia Sodalitatis SS. Rosarij.

§. I.

De natura, ac nomine Sodalitatis.

Icturus de statutis, ac privilegiis Sodali-
tatis JESU Christi , & Virginis Mariæ sub titulo
Psalterii, seu SS. Rosarii, necesse est , ut antea &
rationem nominis exponam , & de origine ac præ-
stantia ejusdem , succinatè tamen , dissram . Est
igitur Sodalitas SS. Rosarii congregatio fidelium piâ recitatione
Rosarii Deum ter Maximum , ac B. Mariam Virginem ex pro-
posito, apud Præsidem factò, colentium. *Est autem Rosarium sive
Psalterium*, verba sunt Breviarii nostri , *Sacra quædam formulæ*
precandi Deum in honorem Beatae Marie, quæ per quindecim Salu-
tationes Angelicæ decades, interjectæ singulis oratione Dominicæ, quin-
decim præcipua Redemptionis humanae Mysteria pîts meditationibûs
percensentur. Hæc precandi formula in prima sui institutione est
Psalterium Marianum nuncupata , quod eam 150. Salutationes
Angelicæ, quemadmodum Psalterium Davidicum totidem Psal-
mi, constituant. Nomen hoc præterea aptè à Psalterio Davidis
deductum est, cùm, quidquid illis Psalmis prædictum ac celebra-
tum, in Rosario expressius & succintius recolatur. Sancta prorsus &
Divina sunt Psalterii Davidici cantica ; ea tamen, præser-
tim integra, relegendi cuilibet nec scientia est, nec otium : ut igi-
tur molestia hæc aliâ faciliori precatione redimeretur , Psalteri-
um hoc Marianum divinitus est institutum. Successu deinde tem-
poris

Caput I. De natura &c. Sodalitatis SS. Rosarii.

§

poris huic precandi formulæ etiam Rosarii nomen accessit, atque adeo benè adaptatum est, ut propter insignes, quas cum rosis habent precatiunculæ, similitudines jam passim Rosarii nomine nuncupetur. Hanc nomenclaturam talis occasione miraculi ortam scribit noster Justinus Miechoviensis ex P. Clemente Loffani serm. 1. de Rosario: Ab obitu S. Patris nostri Dominici sensim fervor in recitando Rosario cœpit tepescere, donec tandem multis in locis penitus fuerit extintus, ac Rosarium in turpem deve-nerit oblivionem. Hanc desidiam indignatus Deus, pestem illis locis immisit. Porro homines naturali ope jam destituti ad Sanctum quendam Anachoretam sese recipiunt, eique enixè suppli-cant, ut pro avertenda plaga preces fundere, iisque iratum Nu-men, ejusque sanctissimam Matrem placare dignaretur. Quod cùm ille fecisset, eidem Virgo ter beata se sistit conspicuam, eique causæ luem adscriptit, quod homines suum dederint oblivioni cultum, certumque erga se Ipsam devotionis genus contempse-rint. Quod si igitur lue hæc liberari velint, cultum résument, iterumque 150 Salutationes Angelicas interjecta quindecies Ora-tione Dominicâ recitare occipiant, eadem Misericordia Mater præcepit. Totam rei seriem homosandus ad se remeantibus ex-posuit, & præscriptam illi devotionem è vestigio sunt amplexi. Verum cùm globuli precarii non essent ad manus in eremo, qui-bus Salutationes Angelicas numerarent, virgulas arborum in nodulos contorquent, formamque Rosarii, prout poterant, effi-ciunt: cùmque hunc precandi modum ex nomine appellare nesci-ent, dictas virgulas Altari B. Virginis imponunt, noménque sibi revelari humillimè depositunt. Et ecce! noduli hi ad invicem colligati in sertum rosarum transeunt.

§. II.

De origine Sodalitatis.

DE origine Sodalitatis hujus quæstio magis curiosa est, ac de-vota; digna tamen, quæ saltem obiter tangatur. Mira de-hac jam somniarunt multi, quæ adfert, ac doctissimè resellit no-ster P. Venturini *tomo 1. disc. 4. & 5.* Harum opinionum summa in hoc consistit, quod longè ante S. Dominicum Rosarium jam fuerit in usu, eò quod quidam Orationem Dominicam, alias que preces ad certum numerum calculorum, etiam filo insertorum, legantur recitasse. Hoc quidem nos ultrò concedimus; sed quod

6 Caput I. De natura &c. Sodalitatis SS. Rosarii.

quod illi centum & quinquaginta Salutationes Angelicas, & ad modum Rosarii nostri ordinatas, meditatione Mysteriorum adjuncta, oraverint, constanter negamus. Missis igitur inanibus somniis, ad duas me transfero praecipuas opiniones, quarum una originem, seu inventionem Rosarii S. Benedicto, aut Venerabili Bedae, ejus Instituti praeclarissimo alumno, affingunt. Adversus hanc ne multis disputem, loquatur Benedictini Ordinis oraculum P. Joannes Mabilonius. Hic in prefatione ad saecul. 5. Ord. Bened. n. 125. ita scribit: *Si Salutationis Angelicæ usus tantus scilicet, ac nostris temporibus est, nondum invaluerat, ut superius ostendimus, evò S. Benedicti, neque Bedæ, frustra ejus institutio (scilicet Rosarii) ad illa tempora revocatur.* Alteram opinionem suscitavit Polydorus Vergilius, quæ inventionem Rosarii tribuit Petro Ambianensi Eremitæ circa annum 1090. qui utpote vir sanctus (ut narrat Vergilius de *Invent. rerum lib. 5. c. 9.*) cum de recuperanda Terra sancta tractasset cum Urbano II. Pontifice Maximo, ambo in id consentiunt, ut ante expeditionem belli sacramentum à Clero, tum à reliqua plebe specialibus precibus Divinum imploretur auxilium. Urbanus igitur in Concilio Claremontano Clero supra horas canonicas etiam Officium B. M. V. imposuit, Petrus vero vulgus ad Psalterium Marianum, seu 150. Salutationes Angelicas induxit: quod factum est, inquit Vergilius, ut Terra sancta felicibus armis fuerit Christiani nominis hostibus recepta. Eremitolam hunc R. P. Archangelus à S. Georgio conc. 35. de Sanctis n. 13. ait è numero Carmelitarum extitisse, & hæc viæ originem Rosarii ad suum Carmelitarum Ordinem derivat. Quid autem ad hanc relationem Polydorii viri docti? in historiis versatissimus P. Joannes Mabilonius, quem adducit, & sequitur doctissimus noster Hyacinthus Graveson tom. 5. seu saeculo 13. & 14. colloq. 6. relationem hanc ut fabellam explodit; neque hujus ullam mentionem fecit Guilielmus Tyri Episcopus, licet alias diligentissime totam illius belli seriem descriperit. Restat ergo, ut almæ hujus Sodalitatis originem D. Dominico Ordinis Prædicatorum Fundatori asseramus. Hoc passim confirmant in suis ad hanc societatem datis Bullis Romani Pontifices, melioris notæ Scriptores & novissime Adrianus Bailletus in *Actis Sanctorum ad 15. Augusti*, ubi multa de Origine differit Confraternitatum.

3 Sed, ut verius loquamur, neque Dominicum primum hujus salutaris devotionis Authorem, sed ipsam Mariam Virginem san-

Sanctissimam agnoscimus Institutricem. Hæc est, quæ Dominum
 hunc pium precandi modum edocuit, eumque per totum
 orbem prædicare, & dilatare jussit. Cùm etenim Vir Apostolicus
 septem annos convertendō hæreticos Albigenses insumpsiisset,
 ac nihilominus hæresim latius serpere conspexisset, in nemus,
 Mariæ Virginis opem enīius imploraturus, concessit, quæ tridua-
 nis, iisque varijs macerationibüs confessio ac penè deficiēti cœlesti-
 büs stipata Virginibüs comparet, tum propriō lacte refectum dulci
 sermone demulcat: ac nosti, inquit, Dominice, olim salutationem,
 quam Angelus cœlo ad me detulit, initiu Reparationis humanæ
 dedisse, præstabit illa idem & modò. Si ergo gentem, pro qua
 oras, ab æterno vis eripere interitu, salutationem Angelicam illi
 inculca, prædicta Psalterium meum, & armis his exoticos illos in
 fide errores debellabis. Jam totam illi Rosarii formulam descri-
 bit, ac in omnibus se illi recipit adstituram. His confirmatus,
 imò armatus Tolosam properat Dominicus: quam civitatem
 cùm vix ingressus esset, campanæ omnes Angelorum ministeriò
 sonant, populūmque ad Ecclesiam invitant. His integra coño-
 vetur civitas, & penè tota in Ecclesiā ruit: tum Dominicus inscen-
 dit pulpitum, suūmque exponit Rosarium. Viso Virō Dei, no-
 voque orationis genere percepto hæretici in furias aguntur, ex-
 ercentur Rosarium, fugiunt è templo, convitiisque plū solito
 Dominicum onerant: ast extemplo cœlum atris nubibüs obduci,
 horribiliter mugire, fragoribus personare, & quandam extremi
 judicii specie exhibere: Dæmones in aëre ejulant, séque virtute
 Rosarii in tartara profligari queruntur: imago demū Virginis Bea-
 tæ, quæ in eadem prostabat Ecclesia, dexteram suam visa est ex-
 tendere, perfidisque horribiliter minitari. Tota tunc contre-
 muit civitas, talibüsque signis adacta tandem & fidei, & Rosario
 dura sua colla subjecit. Quāmquām autem Tolosæ primūm fue-
 rit annuntiatum Rosarium; tamen secundum Jacobum Perci-
 num lett. 1. an. 1213. antiquitates conventū nostri Tolosani de-
 scribentem, Capella SS. Rosarii omnium prima fuit erecta in Ec-
 clesia S. Jacobi Mureti, vel prout opinatur Venturini tom. 1. disc.
 3. n. 9. Mureli in Gallia: Indubitate, inquit Percinus, est urbis
 Mureti fides, prout videre est veteribüs scriptum characteribüs ad in-
 gressum dicti facelli. Igitur Sodalitas Rosariana circa annum 1212.
 suum sumpxit exordium.

Ex quibus manifestè appetet Sodalitatem Rosarianam mul- 4
 tis aliis hisce temporibüs famosis Congregationibüs esse antiquio-
 rem.

Caput I. De natura &c. Sodalitatis SS. Rosarii.
rein. Junior est Confraternitas S. Scapularis Carmelitarum, cùm, teste P. Archangelo à S. Georgio de festis conc. 15. n. 3. S. Simon Stok primò anno 1246. 16. Julij S. Scapulare à B. Virgine acceperit. Sodalitas SS. Nominis JESU prognata est ab Ordine Prædicatorum circa annum 1274. Junior est Confraternitas 7. Dolorum B. Mariæ Virg. quam suscitavit S. Philippus Benitius, qui extreum diem obiit 1285. Junior est Sodalitas Sacrae Corrigiae in Ordine Eremitarum S. Augustini, quæ, prout modò observatur, erecta est ab Eugenio IV. anno 1440.; dicitur tamen à P. Aegidio Ott instituta jam anno 1294. Sodalitas S. Annæ institutionem suam debet nostro Ven. P. Jacobo Sprenger anno 1476. Immaculatæ Conceptionis B. M. V. confirmata fuit ab Adriano VI circa annum 1523. Prima Confraternitas SS. Corporis Christi erecta est Romæ in Ecclesia S. Mariæ super Minervam Ord. nostri Prædicatorum anno 1539. à P. Thoma Stella. SS. Trinitatis erecta fuit Romæ à Paulo V. initio Sæculi 17. ut ait libellus hujus Confraternitatis editus Græci 1696. Reliquas Sodalitates, & Congregationes mitto, quarum plerique à Sacris Ordinibus S. P. Dominicō junioribus, maximè Mendicantibus, sunt introduc-tæ. Tantam denique senectus Sodalitatis Rosarianæ apud omnes venerationem sibi conciliavit, ut eam nonnulli ad tempora D. Benedicti, aut planè Apostolorum referrent.

§. III.

De progressu Sodalitatis.

CÆlitus sic instituta Sodalitas Rosariana mirum in modū cre-bräsentib[us] ubique signis stupendis brevi fuit dilatata: tatus inter illius temporis Sodales in recitando Rosario fervor, tantaque morum innocentia viguit, ut beata illa primitivæ Ecclesiæ tempo-ra visa fuerint rediisse. Ast cùm in mundo, quidquid etiam boni instituatur, plerique diu non perstet, etiam fervor iste Rosarianus ut jam supra §. I monni, ab initio S. Dominicī sensim quidem, plenè tamen una cum Rosarii memoria multis in locis Sæculo 15. periit, ad quod non parum lues gravissima contulit, quæ eodem sæculo adeo per orbem saevit, ut illâ in multis nostris conventibus omnes ad unum fuerint enecti. Oblivionem hanc, interitumque sui Rosarii diutiüs non ferens Dei Patens primum B. Alano de Rupe, deinde Jacobo Sprenger ambobus tum doctrinâ, tum pietate

pietate in Germania ex Ordine nostro conspicuis viris apparuit, eosque ad restaurandum tam foedè collapsum Rosarii Institutum est cohortata. Ambo quidem imposito sibi Apostoli Mariani munere strenue defundi sunt; Alanus tamen Jacobum præcelluit, qui magnam Europæ partem Rosarium implantando percurrentes, innumeris fulsit miraculis, quæ omnia, sicut & revelationes cœlitus sibi factas ipse solus, sic tamen ac si de alio scriberet, in sua Apologia pro Rosario ennarrat, quam ad obstruenda illud columnantium ora compilavit. Ex hoc vero tempore devotio Rosariana aliter non defecit, nisi ab hereticis Catholicorum loca occupantibus expugnata.

§. IV.

De Sodalitatis fine.

CUM tota dignitas cujusque rei à fine dependeat, quantæ erit 6 dignitatis Rosariana Sodalitas, quæ ob adeo nobilem finem fuit instituta! Finis igitur illius est crebra laus Omnipotentis Dei, ac Mariæ Virginis intemeratae, contemplationi totius vitæ, & gloriae Christi, ejusque sanctissimæ Matris conjuncta, cuius non tantum omnia gaudia, sed & dolores in Rosario perpensantur. Quæ contemplatio ut eò melius institui posset, tota utriusque vita sciri, & memoria firmissimè imprimi deberet, quem in finem talia describentes libri crebrè evolvendi forent. Hic subfisco, & Divinum consilium in Rosarii institutione admiror. Velle ego scire, quid tandem multi hominum aut sub Divinorum precatione, aut residuis de labore horis præsertim vespertinis, si non daretur Rosarium, facitarent? O quantum pretiosi temporis sine fructu elaberetur! dormitarent quidam, apinarentur alij, boni aliquid præstarent pauci. Quām alta præsertim apud simplices esset beneficiorum Dei sine Rosario oblivio! quām raro ista mentibus hominum occurrerent! Verè Deus disponit omnia suaviter sap. i. 8. quæ suavissima dispositio præprimis in Rosario relucet. Perfacilis Rosarii precatio est, ut etiam Infantes illam capiant, & addiscant: & quamquam simplicitatem quandam præse ferre videatur, quasi ad solos simplices pertineret; tam alta tamen continet mysteria, quæ ipsis etiam eruditissimis amplissimam subministrant meditandi materiam. Non est nimis brevis, ut detur meditationi tempus, sed nec nimis prolixa, ne tedium generare possit. Est ad omne tempus, ad omnem locum opportu-

Caput I. De natura &c. Sodalitatis SS. Rosarii.
na: hāc sese post labores corporis, post intensa studia oblectant
pii, ac inde ortam lassitudinem, animique fastidium relevant,
dum sibi Cælites ante mentis oculos veluti præsentes sicutunt, ipsis
colloquuntur dulciter, & ineffabili quādam dulcedine ad quod-
dam veluti sanctæ voluptatis spectaculum pascuntur. In parte, ut
ajunt, Gaudiosa Mariam Virginem cum Archangelo de Incarnatione
Verbi veluti sermonicantem percipiunt: jam per montana ad Eli-
sabeth gradientem comitantur: dein Præsepi Salvatoris nati pro-
volvuntur, Illūmque cum sanctissima Matre, S. Joseph, Pasto-
ribus, Magisque adorant, quin etiam Divinum Fusionem San-
ctō quōdam ausu in ulnas recipiunt, tenerrimè cordi adstringunt,
ipsi inter mille amoris affectus mille basia imprimunt: jam cum
præsentato in templo se una Æterno Patri præsentant: post de-
perditum sollicitè cum sanctis Parentibus quærunt, & reperiunt.
In dolorosa, mutatis scenis, gaudium vertunt in luctum. In hor-
to cum Christo sanguine madente orant, ad tribulationes, tor-
menta, mortēmque ipsam se offerunt: flagra, spinasque se recipi-
re, ac persentire fingunt: crucem cum ipso bajulant, ac laborem
cum ipso dividunt in ferendo: in Calvaria monte lachrimas lachri-
mis, necem Christi deflentium, commiscent, crucifixo configun-
tur, demum mortuo comoriuntur. Jam tristis ablatâ specie theatru
immanigloriâ illustrant. Hic Christum è sepulchro reducem, ut
mortis, infernique triumphatorem læti cum ejus sanctissima Ma-
tre, sanctisque Apostolis excipiunt, tantumque post mætorem
gaudium persentisunt, ut cum ipso à mortuis resurrexisse vide-
antur: cum remeante ad cœlestem Patrem vix non in cœlum avo-
lant: exinde cætui Apostolorum sese ingerunt, Spiritus sancti
dona præstolantur, eadem æquè percipere humiliter depositunt:
post hoc ad morientis Deiparæ lectulum cum Apostolis convolant,
concentum illic Angelorum suavissimum, odorēmque cœlestem
vix non sensib[us] hauriunt, majestatēmque triūphicœlum con-
scendentis Virginis Matris demirantur: demum S. corpusculum
ad sepulchrum deferunt, gloriam ipsius triduō ibidem expectant,
intuentur resuscitatum, ac Virgini redivivæ ad cœlestis regni
sceptrum, & coronam gratulantur. Est præterea devotio Rosa-
riana omni statui & conditioni hominum conveniens, & opportu-
na. Nescio profecto, quænam unquam devotio (solis exceptis
SS. Sacramentis) in tota terrarum orbe statui tum sæculari, tum
Ecclesiastico fuerit Rosariana communior? Id sat mirandum,
quod, licet quævis Religio propria habeat pietatis exercitia, ita
ut

Caput I. De natura &c. Sodalitatis SS. Rosarii.

11

ut extranea non admittat; omnes tamen uno fervore, uno studio amplectuntur, ac lingua & calam extollunt Rosarium. Et quis hominum excusationis aliquid obtendere poterit, quasi ipsi aut non possibilis, aut non conveniens esset recitatio Rosarii? tenebam fortè corporis habitudinem? ast nullō rigore, nullā austēitate horret Rosarium. Infinitarum propemodum (ut afferri solet) continuò sibi succedentium occupationum numerum? sed adeo prolixum Rosarium non est, quod minus ipsō persolutō his satisfieri, mirūmque esset auditu, si cuiquam de die integro nec unius horæ quadrans liber superesset, quem animæ suæ tribueret posset. Hebetudinem ingenii causabitur quispiam? facile tamen Rosarium est, & levī negotiis memoriae imprimitur. Nihil ergo prorsus est, quod hominem retrahat à Rosario.

§. V.

*Deus per Rosarium magna patravit miracula,
magnásque gratias exhibuit hominibus, de quibus
duæ ex recentioribus afferuntur.*

Si tantæ dignitatis Rosarium est, atque adeo beneficiorum Dei erga humanum genus memoriam alat, non potest non esse Deo in paucis acceptum, quod inde vel maximè colligi potest, quod intuitu Rosarii stupenda patraverit miracula, magnásque gratias fuerit elargitus: sunt enim miracula voces Dei, quibüs etiam tacitè suam nobis mentem declarat. Innumera autem miracula, innumeræ gratiæ sunt, quas Deus Rosarii precibüs exoratus præstítit, quas locupletè P. Dominicus Riera in suo *Mari Magno*, aliisque collegerunt, quas hic missas facio, & solum duas è recentioribus adfero.

Urbini civitatem Italiæ contigit anno 1717. quod primò loco narro. Monasterium ibidem est Sororum Ordinis nostri S. Dominicī, quarum commensalis Virgo erat honestis orta natalibüs, annos quatuordecim nata: hæc in morbum incidit articularem, ut manibüs pedibüsque distorta jaceret à Medicis, & Chirurgis deposita: ope jam humanâ destituta ad B. Virginem, totam suam spem in eam collocatura, confugit, eique quotidie jam unam, jam plures decades Rosarii, prout dolores permiserant, offerebat. Festo deinde SS. Rosarii Moniales omnes devotionis causâ ad fenestras convolant, supplicationem, quæ præter ipsarum Monasterium ducebatur, spedaturæ, infirma interim, ab omnibus

derelicta, sorte suam in lectulo deplorat, quod nec interesse Procesioni possit, nec eam eminus intueri: hic pijs affectibus astatuat, magnumque statuam D. Virginis, quae in Procesione circumferebatur, videndi desiderium concipit, confidens, sanitatem se infallibiliter adepturam, si fuerit visu dignum contuita Magnæ Matris Simulacrum. Supplicabat igitur piissimæ Virginis, ut sibi gratiam videndi suam statuam, & convalescendi impetrat, vovetque se in ejus deinde honorem ac gratiarum actionem certum Rosariorum numerum persoluturam. Emissò hoc votò tentat vires, num è lectulo surgere, & ulterius prorepere possit, (nam ante nec movere solam se poterat, sed levare ac locari ab aliis debuit) cùmque vires aliquas se recepisse jam advertisset, surgit, & per benè longam scalam, prout poterat, magis proserpsit, quam descendit ad unam fenestrarum, ibique statuam B. Virginis præstolatur: quæ ut primùm conspectui occurrerat, sanitatem integrum Virgo recepit. Deinde Ordinem nostrum ingressa, forte adhuc in eodem monasterio sub nomine Benedictæ Deo famulatur. Quod statim à Judicibus Ecclesiasticis examinatum fuit, & comperta veritas per Italiam primùm, deinde vero etiam in nostra Hungariae Provincia è cathedris promulgata.

Alteram recentiorem describit P. Venturini tom. I. disc. 31. n. 10. quam fideliter exidiomate italico in latinum traduxi.

9 Bifidiani Civitate Neapolitana in Calabria citeriori Dominicus de Benedicto per calumniam accusatus fuit homicidii voluntarii, in persona Dominic Frascini perpetrati, quapropter trahitur ad carcerem, ibique aliquibus annis maceratur. Cum vero ipse homicidii reum se esse constanter negaret, nec aliunde veritas explorari posset, fidem Dominico, qui processum formabat, facit, eum protinus liberatum iri, quamprimum fassus fuerit, à se Dominicum Frascini maestatum esse. Spe hæc & pollicitatione delusus miser, ad evadendum carcerem, pœnasque ulteriores fatetur contra mentem suam, se alteri necem intulisse: sed libertatis loco ipsi mors denunciatur, & secundum illius Provinciæ leges condemnatur ad furcam anno 1723 &, ut moris est, exponitur in aliud cubiculum, post tres dies in trabe suffocandus. Adsum ex templo Viri Ecclesiastici, Dominicum ad mortem & SS. Sacra menta disposituri: ast surdo canunt, Dominicus induratus & desperans non poterat ad prædicta flecti, suam causans, & clamitans innocentiam. Accedit illum quoque P. Dominicus Carusi Magister Theologiae Ordinis nostri, & ostensò Christi Domini

in cruce expirantis simulacro, quærit ex eo, num Christianus, si-démque Christi professus esset? affirmat hoc condemnatus, sed illico etiam interrogat Patrem, an Christus condemnaverit, an defendet innocentes? Innocentiam, reponit ille, Christus justissimus Arbitrus defendit semper: si ergo, subintulit Dominicus, culpæ, quæ mihi imponitur, insons sum; Christus me defendere, me-āque innocentiam ostendere debet, cùm per injuriam sim ad mortem condemnatus. Ad quod magno concepto animo & fiduciā replicat Pater: si verè innocens fore, Christus te utique jam defendisset; oportet igitur, ut gratiam ipsius ineas, tibi que illū tua confitendō peccata, concilies. Hoc tamen nondum movebatur condemnatus.

Volens igitur Pater aliō eum modō ad confessionem induce-re, advertit in colo ejus Rosarium, unde accepta hac occasione quærit, an devotus Rosario sit, & intellectus, eum talem esse, nullā-que die illud omisisse: Maestri animo, ait Pater, O Dominice! cùm devotus Rosario Beatissimæ Virginis sis, impetrabit hæc à Filio suo, ut possit innocentia tua, antequam moriaris, manifestari. Ad hoc alter: attende, O Pater! ad ea, quæ mihi modò promisi-sti, ne postea vaniloquus deprehendaris. Pater verò suggerit ip-
si, ut ante omnia secum recitet unam Rosarii partem, illudque, quod ipsi B. Virgo inspiraverit, sanctè præstet. Recitatā tertia parte, incœpit emolliri, incalescere, in suspiria, & actus con-tritionis prorumpere, ita ut petitus confessari per tres horas in-tegram, verāque obiērit confessionem: quā peractā, cùm ite-
rum ad eum confortandum Pater venisset, monuit eum rursus promissi condemnatus, & Pater sic eum affatur: Fateor me au-dacter, &, ut ita dicam, temerè locuturum, nihilominus tamen sentio me interius à B. Virgine, ut credo, moveri; ideo facio te securum, à B. Virgine te minimè derelictum iri.

Illuxit demum feralis dies decima quinta Martij, in quo de-bebat trahi Dominicus appendi. Sub initium quidem ostendit se nonnihil durum; spe tamen protectionis B. Virginis animatus à prædicto Patre, ad locum executionis sententiæ processit quietus, multumque contritus: quem cùm attigit, non permisit sibi de collo Rosarium à carnifice detrahi, sed peracta iterum confes-sione conscendit scalam, fretus Dei Parentis, ut dicebat, protec-tione, ubi: Popule (exclamat) Bisidiane! morior innocens delicti, cuius causa sum condemnatus: desideratis scire, cur in hoc pati-bulomoriar - - - Hic interruptus Carnifex sermonem, cui ille ait: expe-

expecta parumper , dicere enim intendo causam meæ mortis. At Carnifex fune duplicitate novo, crassoque, ut postea juraverat , collo circumligatum dejicit de scalis , & Ministri justitiæ , ut moris est , ad accelerandam mortem frangere collum miseri , totoque nisi premere , & attrahere laborant : cùmque jam creditur expirasse , laquei , quasi cultellō de trabe præcisi , rumpuntur , & magno impetu dominicus velut mortuus , linguā extra spumans os protensā , in terram decidit , ut ex solo hoc casu mori debuisset.

Observarunt tamen ex circumstantibus quidam , eum adhuc respirare , & proclamat subito eum vivere , cultrūmque sibi daxi petunt , quō possent laquei de collo scindi ; quibūs dissectis erigit se dominicus , licet totus extra se & erigidus , de reliquo verò quasi nihil mali perpessus , quod videndo populus conclamavit . Miraculum , Miraculum Regina SS. Rosarii ! Ministri justitiæ stupefacti , attingere eum amplius non sunt ausi , imò & ab ipsismet , comitantibus nonnullis Sacerdotibus & plebe continuo : Miraculum &c. proclamante , ductus est ad Ecclesiā vicinā , ubi primò sibi restitutus dominicus , advertit se esse vivum , & à tanto populo circumfusum , & sine mora in laudes Virginis Intemeratæ prorumpit , ibique pro grandi hac gratia , omni , quā potuit , devotione gratias egit , & jurejurando affirmavit , internè se , dum ē scala detruderetur , intellexisse , Beatam sibi Virginem adstituram , deinde verò nullum dolorem sensisse , et si validè à Carnifice strangularetur , in terrāmque decideret ; sed visum sibi esse , somno se occupari , nec benè , num in mundo , num extra illum esset , discrevisse .

Non stetit hīc Miraculum , nec destitit Clementissima Virgo suum clientem defendere , quem in suam susceperebat tutelam . Cū enim dominicus ex Ecclesia in propria rediisset , iterum tentus , & vincitus in carcere rapitur ; volebant etenim judices , suæ de homicidio confessioni insistendō , accedente quoque perversa informatione quorundam malevolorum , denuo eum permettere in patibulo enecari . dominicus interim nihil turbatus , persistebat in carcere , manu volvens Rosarium , afferendo , prout postea referebat præfato Patri : Regina SS. Rosarii nunquam , nunquam permittet me in patibulo mori . Elapsis tribus horis Judices suam mutarunt mentem , præceperunt catenis eum & funibūs solvi , cœnam insuper eidem lautissimam instrui , & sequenti die eum plena libertate donari .

Actis his , prædictus Pater Dynastam , qui summam rei in Civi-

Civitate illa moderebatur, accessit, quæritque ex eo, qui factum sit, quod conceptam de novo mortis sententiam tam citè, post tres scilicet horas, mataverit, ipsiusque liberum dimiserit? Respondit, quod quidam Vir Ecclesiasticus, affirmando Dominicum esse innocentem, moverit sibi dubium de sententiæ justitia, quam judices sui tribunalis in illum pronunciaverant; hinc receperit se in suum Oratorium (homo enim pius & justus erat) oratum & petitum à Deo in hoc intricato negotio lumen, ut, si Dominicus sit verè insons, se illuminare dighetur: Peracta oratione, senserit se interius moveri, sibique vehementer inspirari, Dominicum esse omnino liberum dimittendum; quemadmodum etiam illò statim vespere non solum eum in plenam restituit libertatem, sed & plures dies ipsi in honorem B. Virginis ipsius liberatrixis aliquam tribuit pecuniam, quæ indies specialem suam assertentiam erga ipsos demonstrat, qui se illi tota mente commendant. Unde magna cum ratione dixit Bernardus: *In periculis, in angustiis Mariam cogita, non recedat ab ore, non recedat à corde.*

§. VI.

Quām sit B. Virginis acceptum Rosarium.

DEvotionis genus, quod ipse Deus, ipsi Cælites laudant, quanta dignitatis, quanti meriti esse debet! si jam oculos in B. Alani de Rupe opera conjicimus, quanta ibidē reperimus encomia, quibus ipsa Cœli Regina suū Rosariū dignata est ore suo benedicto extollere, illudque modis omnibus commendare! An verò simile quid alteri cuidam orandi generi præstiterit, haud scio. Innumera ferè sunt encomia, quibus ipsa Rosarium ornavit, eaque notavit Alanus; sed excedunt reliqua, quæ Sola Dominico pro coniunctione dicenda dictavit. Cum enim dominicus pro die festa S. Joannis Evangelistæ Parisiis alium sibi disertissimum sermonem dicendum composuisse, à sibi comparente Deipara librum accepit, ab eaque monitus est, ut sermonem de Rosario in illo libro contentum peroraret. Sermo hic cœlesti quidem succo, sed parabolis plenus est, variisque quæstionibus contextus, è quibus consecutiones ipsi auditores habebant deducere. Sermonem hunc, in compendium redactum, è nostris Authoribus exhibit doctissimus è Societate JESU Pater Antonius Vieira, eumque velut coronidem eruditissimis suis de Rosario sermonibus postremō loco apponit, prout sequitur.

Ait igitur, imò interrogat Rosarii sui prædicatrix: Si quod

11 Regnum ob Reginæ sterilitatem successore careret, eique quispiam gemmam offerret, cuius virtute fæcunda redderetur, nonne eam illa cupidè gratantèque acciperet? Hac quæstione Reginam Blancam signabat; quo Regnum (scilicet Galliarum) Successore destitutum, stabilivit, filio Rosarii ope obtentò, eoque tali ac tanto, quantus fuit S. Ludovicus. Subinde in commune differens, per alias atque alias interrogationes orationem suam prosequitur.

12 Quis vestrum, rogo est, qui, cum per hostiles regiones iter ipsi agendum est, non liberi commeatus litteras ante procurrat? aut si cæcum, nocturnumque fuerit iter, non maximi facit lucem præferentem, viæque Ducem? Quod si per vastam solitudinem, & cultore vacuas terras eundem, nonne is maturè de necessariis ad viatum sibi prospicit? si deinde fessus idem labore, vel umbrosam arborem, vel limpidum fontem alicubi reperit, nunquid pro singulari beneficio, solatioque id reputat?

13 Præterea, si quibus in locis versaris, tam inopes, vel tam avaros degere homines contingeret, ut vel ostiatim stipem roganti nemo, quod vitam tolerares, largiretur; cognosceres vero esse alicubi Principem, opulentissimum eundem & liberalissimum, antu ad illum confugere cunctareris? Quod si eadem illa Provincia pestilitate arderet, antidotumque aliquis tibi commendaret, omni contagione validius, omittentes illud tibi protinus comparare, pectorique affixum gestare? Si è specula custos, edito signo, adventum hostilium copiarum nunciaret, atque istæ jam machinæ mœnia quaterent, dubitarésne te in castrum, quod munitissimum nosti, recipere?

14 Ad extreum, si conjectus in carcerem, catenisque vincitus spem omnem liberatis amisisses, atque hic tibi clavem quis afferret, quâ liberum tibi exitum patefacere posses, non tu dantis manum deosculareris, erumperésque continuò, téque in tuto collocares? Quod si autem in Regem læsa majestatis crimine peccasses, jam, jämque mortis, publicationis bonorum, & perpetuæ infamiae sententiam operireris, non omni ratione impendiōque gratiam, patrociniumque Reginæ pensares, ejus ut præsidio illò periculò exemptus, veniam consequereris?

15 Hæc illa Oratio, hæc quæstiones sunt Rosarii Dominae; ex quibus quid aliud erui potest, nisi Rosarium gemmam esse pretiosam, esse tuti ab hostibus commeatus Diploma; esse in tenebris lucem, viaticum in solitudine, opacam arborem in æstu, fontem limpi-

simpidum in siti, Principem beneficum adversus egestatem, antidotum contra pestem, castrum inexpugnabile hostibus, clavim ad carcerem reserandum, & super omnia ipsam esse Reginam ac Dominam, quæ vi suâ placare Regem læsum, iratumque, & ad ignoscendum inflectere sola possit? ita ferè Vieira.

Alias verò quibus in deliciis suum Rosarium habeat, paucis 16 Alanum edocuit: *Inter omnia, ajebat, post Missam, Rosarium est mibi gratissimum.* Idem Alan. De dignit. Psalt. c. 17. Quod tamen intellige, inter omnes sacerdotalibus personis proprias devotiones, post usum Sacramentorum, & Missæ auditionem Rosarium primas tenere: nam, ut bene advertit Sapientissimus P. Andreas Roth noster, cuius aureum de Rosario opusculum sèpè perdecursum operis allegabo, Horæ Canonicae, sicut & reliquæ preces, quas Religiosi vi suorum statutorum persolvere tenentur, sine dubio Rosario præstant. Sinam jam extraneum laudes Rosarii promere, ne ipse merces proprias præ reliquis omnibus velle protrudere videar. Edic ergo devotissime simul, ac sapientissime Vieira, quæ tua de Rosario inter cæteras preces sententia? Abusus inquit, est, & fœda ignorantia, postpositis ab ipso Deo institutis preciibüs sibi proprias confingere, atque integrò sermone quartō totus in eo est ut omnes orationes, quæ ex libera duntaxat elezione, non ex obligatione, recitantur, orationibüs Rosarii commutentur.

§. VII.

De diversis, magnisque promissis à B. Virgine de-votis Rosario factis.

Gloriantur Sodalitates aliae, nec sine causa, de amplissimis 17 à B. Virgine acceptis pollicitationibus. Sic felicem se reputat celeberrima S. Scapularis Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo Societas, ob solemne illud de sua S. veste effatum, *Ecce signum salutis, in quo quis moriens æternum non patietur incendium:* ob spem erectionis è piacularibus flammis proxima die Sabbathi post mortem Sodalibus factam. Gloriari & potest Sodalitas Rosariana de non inferioribus sibi à Beatissima Virgine factis promissis. Principaliora audiamus ex Alano. Universim quidem, qualem se erga sinceros Sodales exhibere velit, paucis significavit eidem Alano p. 2. c. 14. dicens: *Ego illis Mater ero, Magistra, & Amica;* imprimis autem *Filius meus Pater eis, Magister, & Amicus erit.* Et sic velo, de utroque sentiant, sperent, & confidant. Nescio, quid D. ma-

Caput I. De natura &c. Sodalitatis SS. Rosarii.
 majus, quid augustius dici potuisset. Ut Mater sovebo, curabo
 tanquam filios, ut Magistra suggestam, quid ipsis factu, quid o-
 missu opus sit; neque duram, aut infensam, sed amicam illis me
 exhibeo Matrem & Magistram. Alio autem in loco, seu p. 2. c. 9.
 magis sese explicans ait: *Volo, ut Psaltæ mei immunes sint à male-
 ditione, cæcitate, obduratione, inopia, & servitute, nisi forte ipsi se
 in hæc mala per scelestam vitam præcipites dare velint, aut pro-
 speritas ipsis esset ruinæ occasio. Necdum satis. Signum probabi-
 le & propinquum æternæ damnationis est negligere Rosarium, habenti-
 bus verò devotionem ad sanctum Rosarium est signum ordinationis, &
 prædestinationis ad gloriam. Alanus p. 2. Item: *Veri Psaltæ mei
 morientur Sacramentis premuniti, nec ante perdent loquaciam, aut
 usum rationis. Idem p. 2. c. 7. Volo, ut Psaltæ mei in vita & in mor-
 te habeant illuminationem, plenitudinem gratiarum, ac libertatem,
 parte 2. c 9. Ita scilicet Virgo Sacratissima Alano fari dignata est.*
*O ter optatum prædestinationis ad gloriam signum! hoc quæm
 verum sit, ipsis oculis cernimus. Certissimum siquidem est, per-
 ditæ vitæ homines, quemadmodum omnia devotionis exercitia,
 ita, & quidem præcipue Rosarium aspernari, illud in asceteria re-
 legare, miracula omnia inter muliercularum nenia rejecere, aut
 Monachorum imposturas appellate: at contrà alios, in quibus
 nonnulla electionis ad vitam signa apparent, mirò modò erga quæ-
 cunque sancta, vel maximè verò erga Rosarium affici compri-
 mus. Præterea apud eundem B. Alanum p. 5 c. 45. ait eadem
 SS. Mater, veros Psaltes fore multis Sanctis in celo majores, &
 p. 2. c. 7. n. 21. eosdem centum, & quinquaginta specialia gaudia
 habituros. Quin insuper tum ipsi Alano, tum omnibus veris
 Psaltis se miraculorum, & revelationum gratiam à Filio suo im-
 petraturam spopondit: ad quod sub modo spectat illud promis-
 sum, de quo Alanus p. 1. c. 4. quòd nempe Virgo Beatissima Psal-
 tes suos, sed veros & perfectos, centum quinquaginta diebus an-
 tea velit præmonere (interius inspirando) de morte, intra quos
 domui suæ, & animæ disponant. Ordo verò noster quæm magnifi-
 ca à Dei Parente ac Proteatrice nostra accepit promissa! Quam-
 diu durabit hoc Psalterium in Ordine Prædicatorum, tamdiu florebit
 in ipso immensam sapientie, observantiæ, miraculorum fama & gloria
 apud Deum & homines. Idem lib. 2. de 15. gemmis. Per hoc quoque
 Psalterium, ait idem de dignit. Psalt. c 16 in ipso Ordine sacra
 contigerunt prodigia, & signa mirabilia. Per hoc Psalterium D. Do-
 minici Ordo infra breve tempus adeo crevit, ut infra sexenium per
 totum orbem percurreret.**

Hæc

Hæc tamen non ad omnes æquè Sodales spectant, est enim inter eos & magna quidem meritorum distantia, variaque Rosarii ¹⁸ dicendi ratio. Alii siquidem, præter hoc, quod Rosarium recitent, vitam satagunt agere innocentem; apud alios tota pietas in solo Rosario consistit, de cætero vitiis omnibus liberrimè indulgent, in quos id, quod juveni lascivo evenit, quadrat. Hic, ut erat à sua pia Matre instructus, omni die devote Rosarium recitabat. Defuncta deinde Matre à perversis Sodalibus seductus, à via justitiae deflexit ad viam lasciviam & nequitiam, ita tamen, ut in consuetudine indies recitandi Rosarium perseveraret. Quam die, cum manducandum sibi cum suis esset Sodalibus, intrat prius suum cubiculum, ibidem ante imaginem B. V. Rosarii partem dicturus. Cum verò de oratione & genibus se erigeret, obviam ipsi venit Virgo sanctissima, cibum illi delicatissimum, sed in scutella spurca offerens, & dicens: accipe, & manduca. Cui juvenis: libenter totum absumerem, sed spurcites vasculi horrorem mihi incutit, & tollit appetitum. Et Maria: Scito fili mi, Rosarium tuum, quod mihi offerre soles, rem quidem esse optimam, sed cor tuum folidum & putidum est: desite igitur à peccando, & Rosarium evadet mihi gratissimum. Quibus dictis, oculis se illius subduxit Mater gratiæ, ille verò ad frugem, & ad pristinam devotionem & amorem Dei Genitricis redit. Alii perraro, & tunc satis perfunditoriè aliqd Rosarii plus blaterant, quam orant, & isti verba illa audire merentur, quibus tepidè Rosarium recitans Carthusianus perculsus fuit: Apage maridas has rosas, quibus in vireto meo nullus est locus; alii majori industria & frequentiùs: alii meditandò Mysteria altè se sublevant; alii eadem vix obiter attingunt: alii quādam commoditate orantes utuntur; alii sub ipsa oratione corpus affligunt; S. P. N. Dominicus, B. Alanus, alii que ad quamlibet Salutationē Angelicam flagrō se cædebant, alii non item: alii ipsi soli hanc devotionem exercitant; alii præterea in eadem alios accendere student. Num forte omnes isti omnium promissorum, & gratiæ miraculorum spe sibi blandiri possunt? Nequaquam. Præmium namque majus, etiam majora merita requirat, necesse est.

Omnimodam tamen securitatem de omnibus his missis neque devotissimis præsto, quemadmodum nec B. Virgo hæc omnia cuilibet certò & infallibiliter eventura promisit. Specialem quidem favorem & protectionem sibi devotis, & immaculatè vive-re conantibus, certò promississe dicenda est; non tamen ea, quæ ad

salutem corporis & bona externa pertinent, sed solum sub conditione, si ista etiam salutem animæ promoverint, secus, si eam impederint: sicut & gratias gratis datas, ut gratiam miraculorum, & revelationum promisit pariter Sodalibus sub conditione, si iisdem fuerint digni. Receptionem demū Sacramento rumante mortem, & æternam beatitudinem nemini etiam devotissimo pro certo est pollicita, sed solum ad ea spem magnam fecit. *Nemo, quamdiu in hac mortalitate vivitur, ait Concilium Tridentinum sess.*
*6. c. 12. de arcano Divinae prædestinationis mysterio usque adeo præsumere debet ut certò statuat, se omnino esse in numero prædestinatum, quasi verum esset, quod justificatus, aut amplius peccare non possit, aut si peccaverit, certam sibi resipiscientiam promittere debeat. Nam, nisi ex speciali revelatione, sciri non potest, quos Deus sibi elegerit. Nec obstat communis S. Patrum sensus, asserentium esse impossibile, quod verus B. Virginis cultor ad æternas pœnas damnetur; hoc enim verum est, si in hoc cultu usque ad finem fideliter perseveraverit, perseverantiam autem hanc nemini certò promisit Deus. Itaque O Sodales! cum metu & tremore vestram salutem operamini. Philip. 1. v. 12. Pessimè verò illi agerent, & in clementiam B. Virginis gravissimè peccarent, qui ex confidentia hujus promissi vitam luridissimè traducerent, crederentque, sibi postea, cum moriendum fuerit, verum eandem de peccatis dolorem impetraturam: posset enim evenire, ut in suæ præfidentiæ prenam deserantur, & pereant. Notent sibi verba illa Spiritus Sancti Jerem. 15. v. 1. *Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum impenitentem & induratum: id est, et si omnes Sancti intercesserint pro populo hoc obstinato, non miserebor illius, nisi etiam ipse serio converti velit, & mihi ad suam conversionem collaboret.* Videatur hacten S. Joan. Chrys. homil. 1. in Epist. 1. ad Thessal. & S. Thomas in Suppl. q. 72. art. 3. Quàmvis non eam inficias, etiam obduratos sæpe B. Virginis intercessione fuisse ad pœnitentiam emollitos, & ad æternam beatitudinem assumptos. Solum ergo spem magnam ista consequendi Sodalibus facimus, & eō majorem, quod ferventiū hoc devotionis genere Misericordiæ Matrem honoraverint; non tamen satisdamus, omnes Rosario Devotos fore infallibiliter salvандos.*

§. VIII.

De merito, quod secum fert Rosarii recitatio.

20 **A**D præcipuum jam, quod Rosarium secum fert, nempe meritum

ritum descendamus. Talis genii est rude vulgus, ut plus Indulgentiis, quam merito, seu, ut Theologi loquuntur, præmio essentiali tribuat, sufficere, dummodo alicui actioni Indulgentiæ annexam esse intelligat, præmium quod attinet, non multum curat. Longè tamen aliter sentit Doctor Angelicus. *Præmium essentialie* inquit ille in Suppl. 9. 25. art. 2. ad 2. *in infinitum melius est, quam dimissio poenæ temporalis.* Tantum autem bonum est, quod poena etiam atrocissima illius amore libenter perferatur, nec Beatorum ullus est, qui millena Purgatoria sustinere formidaret, si sciret se propterea ad eminentiorem locum provehendum. Unde evenite potest, quod actio majoris meriti non habeat tamen majorem, ac inferior actio, Indulgentiæ: cuius ut exemplum Doctor Angelicus ponat, *Dicendum*, inquit ibidem ad 4. quod ille, qui est vicinus Ecclesiæ, & Ecclesiæ Sacerdotes, & Clerici consequuntur tantam Indulgentiæ, sicut illi, qui veniunt à mille diebus: quia remissio (poenæ scilicet) non proportionatur labori, ut dictum est (in corpore articuli) sed meritis, quæ dispensantur: sed ille, qui plus laboraret, plus de merito acquireret. Ubi advertendum, quod, licet intuitu cujuscunque operis boni, utpote satisfactorii, seclusa quacunque Indulgentiâ, poena aliqua remittatur: tamen Ecclesia ponenti opus applicare potest ex thesauro Ecclesiæ aliquas satisfactiones, per quas adhuc plus de poena relaxatur, & sœpe, ad positionem minoris momenti & meriti operis, plus ex thesauro Ecclesiæ dispensatur, quam majoris. Ex quo consequitur, quod, et si S. Mater Ecclesia nullas Rosario Indulgencias tribuisset, illud nihilo minus summum esset honore & amore dignum, cum per illud longè sublimius præmium, quam per multas alias, etiam Indulgentiæ dotatas, actiones lucrificat. Quam autem magnum, quam sublimè hoc præmium sit, vel inde latis conjici potest, quod excellenti quoddam modò tota SS. Trinitas unâ cum Virginea Christi Matre honoretur per Rosarium, si hoc & devotè persolvatur, & sub eo mens ad contemplanda Reparationis nostræ Mysteria elevetur. Quod quam meritorium sit, pluribus exaggerare supervacaneum arbitror, cum illud universi Sancti Patres, & spiritualis vitæ Magistri sat, superque demonstrèt. Decantata, ac propterea verissima est D. Alberti ita *Tract. de Missa* scribentis sententia: *Simplex recordatio, vel meditatio passionis Christi plus valet, quam si quis per annum jejunaret in pane & aqua quolibet sextâ feria, vel disciplinaret se quolibet hebdomadâ per annum usque ad effusionem sanguinis, vel quoridie legeret unum Psalmum.*

22 *Caput I. De natura &c. Sodalitatis SS. Rosarii.*

Psalterium. D. Alberti Ordinis nostri, inquam, hæc sententia est, tum sanctitate, tum omnigenâ scientiâ verè Magni, cuius opera omnia extant in 23. tomis in fol. 1. cui tamen per injuriam quidam perniciosi libri ab improbis adscripti sunt, & etiamnum adscribuntur: talis est liber, qui inscribitur *Semita vita*, sed hunc ipse B. Albertus in libro Mineralium damnat; Liber *De Mirabilibus* est etiam supposititius, ut recte scribunt Martinus Delrio Disq. Mag. lib. 1. c. 2. & Antonius Possevinus in Apparatu Sacro verbô: *Albertus M.* item Liber *De Secretis mulierum*, velut & antecedens indigni sunt, qui tanto Viro tribuantur, quia multa vana, & superstitionis continent, inquit Robertus Bellarmius librò *De Scriptoribus Eccl.* ad an. 1265.

§. IX.

De mutua bonorum operum inter Sodales participatione.

21 **I**nceptum de bonis operibus sermonem non nihil prosequamur. In hac sacra Congregatione SS. Rosarii est illud beneficium singulare, quod quidquid boni operis Sodales egerint, id non sibi soli quisque vendicet, sibique ad proprium tantum commodum usurpet, sed ad participationem ejus quisque alterum admittat. *Caput bujus Fraternitatis est*, decernit B. Virgo Legislatrix *Sanctissima* apud Alanum parte 2. c. 14. *ut omnium* (scilicet Sodalium) *merita suaque sint, ac omnibus communia*. Quam hæc copiosa meritorum messis in tanta per orbem universum Sodalium, inter quos tot sanctitate conspicui reperiuntur, copia! Hæc quidem inter omnes est meritorum communio; est autem adhuc alia specialior in Ordine nostro, quâ ipse omnes Sodales ad beneficia (ut dici solet) seu ad participationem omnium bonorum operum recipit, ut nempe omnium Missarum, orationum, prædicationum, studiorum, vigiliarum, jejuniorum, abstinentiarum, laborum, cæterorumque bonorum operum, quæ per Fratres ubicunque terrarum, etiam inter infideles, in quorum conversione multum desudant, tum & per Sorores fiunt, partem capiant; & ad hæc recepti sunt solemniter à quatuor totius Ordinis Moderatoribus (Generales Magistros eos vocant) nempe à Bartholomæo de Comatiis, Joachimo Turriano, Seraphino Caballo, & Sixto Fabri, quæ receptio, ut amplius revocari non possit, etiam fuit à Sede Apostolica confirmata; sic namque in Capitulo Generali celebra-

to Venetiis anno 1467. declaratum legimus, omnes scilicet Fratres & Sorores S. Societatis de Rosario, approbante Summō Pontifice Innocentio VIII. in partem, sortemve omnium spiritualium beneficiorum, & meritorum, quæ Dei benignitate Ordini nostro collata aut conferenda sunt, in perpetuum suisse gratuitò acceptatos; quam adoptionem etiam Leo X. & cæteri post eum Pontifices confirmarunt, ut testatur doctissimus noster Leonardus Fossæus in suis de Rosario piis discursibus lib. 1. disc. 4. c. 4. Nec satis, *Ego impetravi* (addit Virgo Sanctissima apud Alanum parte 2. c. 19.) à Filio meo, quod omnes in Confraternitate Rosarii possint habere in suos Confratres totam Curiam Cœlestem in vita & in morte quoad omniū meritorum cum Sanctis communicationem, ac si ipsi Beati in hac mortalitate unam, eandemque cum ipsis haberent Confraternitatem. An verò in aliqua alia Sodalitate inter Sodales sit etiam adeo perfecta omnium bonorum communio? ignoro; nam aliqua, ut sunt certæ preces, & suffragia tam pro vivis quam defunctis, esse in aliis Sodalitiis omnibus communia, non inficior.

§ X.

Quantis Indulgentiis fuerit hæc Sodalitas à S. Matre Ecclesia exornata.

Hanc, quam Cœlum adeo probat, Rosarii devotionem, eti- 22
am permagnis Indulgentiis, ac gratis, locupletavit Ecclesia, de quibus ex proposito in sequentibus. Jam verò consideratione dignissimum reproto, quod absque dubio pium, sanctumque sit etiam sine Rosario Divina Mysteria recolere, Orationem Dominicam, ac Salutationem Angelicam recitare; neutri tamen seorsim S. Mater Ecclesia Indulgencias est elargita, nec B. Virgo divisit tot, tantaque, ac conjunctis simul, promissa fecit. Et hoc non absque ratione, & maturò judicio factum fuisse arbitremur: nam oratio fovet meditationem, & meditatio inflamat orationem, prout ipsa comprobat experientia. Quis enim ignorat, quod paucissimi hominum, nisi forte doctissimi ac piissimi, tamdiu, ac faciunt modò, meditationi vel unius Mysterii sine Rosario immorarentur? sed neque fieri potest, ut distae orationes tanto servo- re sine meditatione persolvantur. Demum advertendum est, omnes has Indulgencias ex speciali Ecclesiæ indulto applicari posse defunctis, ut infra n. 406. dicetur; ut ijsdem pii defunctorum Manes ex ardore eripi, & perduci possint ad requiem, unde illos fæ-

24 *Caput I. De natura &c. Sodalitatis SS. Rosarii.*
sæpius à vivis petiisse legimus, ut se in Sodalitatem inscribi permittant.

§ XI.

Contemptores Rosarii reprehenduntur.

23 **Q**uantum verò cunque Rosarium, ejusque nominis Congregatio tantis digna sit præconiis; sunt nihilominus non pauci sanctæ etiam antiquitatis pertæsi, nova rūmque rerum amantes, qui hoc orandi genus velut antiquum, & à rudi plebecula usitatum respuunt, imò contemnunt, Rosariorūmque vel supremis digitis contrectare erubescunt. Verūm recolant hī vindictam, quam § 1. Sceleri huic Cœlō illatam retulimus. Alii insuper non tantum Sodalitatem hanc, sed & omnes alias contemptui habent, eò præsertim, quod quilibet Ordo suam dilaudet, protrudat, reliquisque omnibus anteponat Societatem. O perversa & inepta hominum judicia! itāne verò, quod plures sacri Ordines suas fidelibus proponant Societates, quod una alterā nobilior sit, omnes pariter sunt despiciendæ? Utique omnes sunt Ecclesiæ Catholicae probatae, omnes in suo genere perfectæ, omnes Deo & Cælitibus acceptæ; cuilibet ergo sive laudes competunt, cuilibet adnumerari æquum, dignumque est, & quāvis una prærogativas quasdam præceteris possideat, non sunt propterea aliæ proscribendæ. Nunquid non inter pretiosos lapides, inter metalla ordo quidam est & diversitas: quis tamen retento solo adamante, & aurō lapillos reliquos, ac metalla abjicit? Quid prohibet Cælites diversis modis coli, ac ad cælum plures vias aperire? Non tantum maxima, sed & minima quæcumque pietatis opera Deo accepta sunt, illisque insignem in celo mercedem paravit.

24 Sunt & alii, qui mirum in modum *Archī confraternitatis* nomen, & nostræ & aliis Confraternitatibus in Germania passim attributum, fugillant, eò quod non capiant, quod pacē illud possit pluribus convenire, cùm to *Archī* derivatum à græco ἀρχή principatum & eminentiam præ omnibus aliis denotet, quæ non potest pluribus æque convenire, sed unam solum Confraternitatem Principem, reliquas verò inferiores esse oporteat. Vltro hic factor, bene multos in Germania pluribus Confraternitatibus nomen *Archī confraternitatis* tribuere per errorem, non intelligentes, quid propriè isto nomine veniat; & utinam non quidam proprias Confraternitates ita in depressionem omnium aliarum vocarent, ex quo non rarò inter ipsos Ecclesiasticos turpis æmulatio, inter

inter sacerdotes vero scandalum generatur. *Archiconfraternitatis* ergo titulus nulli Confraternitati vel Sodalitati competit acceptis secundum se, sed quibusdam particularibus, & in certis locis erectis Confraternitatibus tribuerunt Summi Pontifices eundem titulum, cum facultate alias per orbem ejusdem nominis erectas Confraternitates sibi aggregandi, ac Indulgentias proprias iisdem communicandi. *Talis Archiconfraternitas* est Confraternitas SS. Corporis Christi, eretta Romae in Basilica S. Petri, sicut & in Ecclesia S. Mariae super Minervam Ordinis nostri, quarum Administratores alias Confraternitates SS. Corporis Christi, per Breve Pontificium erectas, illis Romanis *Archiconfraternitatibus* aggregant, ac omnes illis communicant Indulgentias. Videatur modus aggregandi infra n. 723. 736. & 739. Nulla igitur Confraternitas, quæ alias sibi non aggregat, Archiconfraternitas appellari potest, si quæ vero aggregat, Archiconfraternitas, Princeps, & Mater est solùm respectu aliarum Confraternitatum sibi aggregatarum, non vero aliarum alterius generis per Orbem dispersarum. Cum igitur Confraternitas SS. Rosarii Romæ in Ecclesiis nostris eretta, alias sibi non aggreget, sed Patres Ordinis licenti Reverendissimi Confraternitates SS. Rosarii in aliis Ecclesiis de novo erigant, quæ eis ipsò easdem prorsus Indulgentias & gratias, quas possident Confraternitates nostræ, adipiscuntur, & consequenter illis æquales sunt, *Archiconfraternitas* dici non potest: & hinc providè monitus fui, ne, dum mentio Confraternitatis in praesenti opere occurrerit, nomen *Archiconfraternitatis* usurpem, quemamodum & ipse Reverendissimus Generalis in data mihi licentia vulgandi Opus, eam non nisi simplici Confraternitatis nomine appellavit.

Caveant sibi, iteratò moneo, sanniones isti à vindicta, quæ 25 similis farinæ homunciones apertè sequi solet, & potius alieno, quam proprio damnō sapiant. Alii quidem à malis geniis in pœnam obfessi, alii cœlitus suæ temeritatis admoniti, alii suâ sanitate orbati, alii demum horribili nece multati. Ex millenis unum. Colonia Agripinæ, ut author est noster Reverendissimus D. P. Joānes Lopez Episcopus Monopolitanus lib. 1. de Rosario cap. 15. duo erant, alias non ignobiles divini verbī Praecones, ita Mariano Rosario infensi, ut communī Studi illud non tantum Colonia sed ipso etiam Orbe eliminare pertentarent, quem in finem privatis populum dissuasionib⁹ ab hoc orandi genere retrahebant. Verum cum hisce necdum, ut optabant, proficerent, unus eorum (quid non aggreditur superba hominum temeritas?) publicè

26 *Caput I. De natura &c. Sodalitatis SS. Rosarii.*
cè è suggestu in Rosarium debacchari statuit, populūmque ad sermonem hunc proximō diē Dominicō invitat, promittitque se imposturas Dominicanorum detecturum, futile & inane Rosarii commentum luculenter, ac copiosè confutaturum: præstituto die summa comparet hominum frequentia, consueta dicendi sermonis hora adest: ast Præco eo mane in lucem non egreditur; itur ad cubile, sed reperitur in lecto jam cadauer, qui pridie sanus cubitum concessit. Hoc ut desuncti Collega comperit; ne populus apertam Dei vindictam suspicaretur, mortem hanc naturali cursu evenisse est interpretatus, promittitque, quod alter morte præventus perficere non poterat, se proximè velle abunde complere. Datō die, præsente concursu summo dum Cathedram conscendere parat, subitō eum vox & vires deficiunt, corruit miserantū non exanimis: & cùm jam manifestam cognosceret (præsens etenim sibi nihilominus semper erat) & persentiret ultionem, tandem in se reversus, veniam delisti sui à Virginea misericordiæ Matre humillimè postulat, vovétque, nunquam se vel le amplius ipsius Rosarium arrodere, quin potius, si vires recipret, ipsum summō studiō dilatare. Ut primū hoc se votō obstrinxit, redit pristina sanitas, scandit pulpitum jam conversus Præco, & qui detonaturus in Rosarium venire decreverat, jam laudes ipsius ad omnium stuporem summō mentis ardore exponit. Adimpleta hīc fuit minitatio Christi apud Alanum: *Ego pugnabo cum tota Curia cœlesti contra inpugnantes hanc devotionem, & B. Virginis apud eundem: Omnes, qui Rosariū meū contemnunt, temporibüs novissimis peribunt.* Illud tandem quotidiana experientiā testatum habemus, similes sacrarum Congregationum derisores, qui ne uni quidem aggregari dignantur, infortunatè vivere, miseréque deperire! *Nolite errare, clamat Apostolus Paulus Gal. VI. 7. Deus non irridetur.* Ecce integrum in nuce Iliadem! ecce fundamenta, quibus omnes laudes, à tot Marianis cultoribus congregatae, innituntur. Miracula & gratias intuitu devotionis Rosarianæ fadas placebit Lectori Benevolo in aliis Authoribus perquirere, mihi etenim solū de statutis, ac Indulgentiis tractare in præsenti opere proposui, ad quas jam vocor.

CA-

CAPUT II.

De Statutis, ac Legibus Præsidum Sodalitatis SS. Rosarii.

 Rdimur à statutis Confraternitatis in nostris Ecclesiis 26 eretæ, aut à nostro Ordine in alia Ecclesia canonice institutæ; nam aliae Sodalitates, etiam SS. Rosarii, sed immediatè à Sede Apostolica impetratæ, pauciora habent statuta & pauciores Indulgentias, nec earum Sodales ad beneficia Ordinis nostri, de quibus præcedenti capite n. 21. actum est, recipiuntur. Sodalitatis igitur Rosarianæ canonice eretæ duplicis generis sunt statuta, sive regulæ: quædam præscribuntur ipsis Præfidibus, reliquæ cæteris Sodalibus, quas omnes observare est necesse. Has regulas partim ipsa Beatissima Virgo condidit, partim Sedes Apostolica, partim Reverendissimi Generales Ordinis nostri, hâc à dicta Sede authoritate instruти, partim etiam consuetudo approbata introduxit. Hic agemus de legibus Præsidum, quæ ipsis in unctione hujus Sodalitatis dictantur, & quas illi acceptare & servare tenentur.

R E G U L A I.

IN Ecclesia, in qua erigitur Confraternitas, debet aliquod 27 Altare, vel Capella pro Confraternitate deputari, in quo Altari aliqua icon proponatur, in qua quindecim nostræ Redemptio- nis sacra Mysteria pingantur, nec non pro hujusce concessionis consentanea recognitione in eadem iconे D. Patris Dominici, eiusdem Rosarii primarii Authoris, Imago veneranda, flexis genibüs de manu Deiparae Virginis coronas oratorias accipientis, similiter pingatur. Ita Litteræ Patentes, ut vocantur, quibüs Reverendissimi Generales nostri facultatem, alicubi Confraternitatem erigendi concedunt, quas inferius dabo n. 589.

Nota in hanc Regulam.

Notandum primò, quod nomine iconis intelligatur & imago 28 picta, & sculpta. Mysteria repræsentari petuntur non de necessitate, sed de congruentia, ut nempe rude vulgus facilius eadem capiat, ac memoriae imprimat, picturæ enim sunt simplicium libri.

28 Caput II. De Statutis &c. Sodalitatis SS. Rosarii.

Notandum 2. quod Reverendissimi Generales in iconē solam

29 Imaginem S. Patris Dominici exigant, nullā factā mentione San-
ctæ Catharinæ Senensis Ordinis nostri: Author tamen Libri nun-
cupati Schäffammer deß H. Rosenkranz p. 1. c. 12. fol. 95. vult,
quod debeat etiam ex latere sinistro eadem Sancta Virgo appendi,
quod jam ipsō usu servatur: verūm occasione hujus nonnullæ o-
piniones natæ sunt, & communiter recipiuntur, quod nempe S.
Catharina Senensis coetanea fuerit S. Dominico, quod cum eo-
dem fuerit Rosarii Institutrix quodque Tertium Ordinem ejus-
dem S. Dominici ipsa prima erexerit. Opiniones tamen istæ er-
roneæ sunt, iisque homines multū falluntur: neque enim Ca-
tharina Coadjutrix Dominici in institutione & propagatione Ro-
sarii, minus institutrix appellari potest, quippequæ multis post
Dominicum annis extitit: nam Sanctus ille Pater anno 1221. 6.
Augusti à confirmatione sui Ordinis anno 5. è vivis ad superos e-
volavit, ut narrant Chronicæ Magistrorum Generalium Ordinis
nostræ, ad calcem Constitutionum nostrarum posita c. 3. 1. at Ca-
tharina postea integrō sæculō elapsō obiit, nempe 1380. ut dicitur
ibidem c. 12.

30 Necetiam aliquem Ordinem inchoavit Catharina, sed ipse S.
Dominicus, ut verba Chronicorum distorum c. 1. sonant, videns,
quod aliqui nobiles in partibus Tolosanis, egestate compulsi, trade-
bant filias suas bæreticis nutriendas, & erudiendas, immo potius pe-
stiferis erroribus imbuendas: earum miseratus calamitatem, instituit
monasterium de Prulliano ad earum susceptionem. Ubi ancillæ Dei
virtutibus, & numerò plurimū ex crescentes, devotū Altissimo exhibent
famulatum. Et hoc fuit primum monasterium Sororum Ordinis. Po-
stea successivè circa annum 1218. B. P. Dominicus post Ordinis confir-
mationem instituit monasterium S. Sixti de Urbe ad mandatum D.
Papæ Honorii III. in quo centum, & quinque Sorores inclusit. Ab his
ergo omnia alia monasteria Sororum Ordinis originem habuerunt, & sic
Ordo iste Sororum, qui secundus Ordo appellari potest, originem ha-
buit a B. Dominico.

De Tertiī Ordinis origine ibidem c. 2. sic refertur: Eodem
tempore, dum per totam Italianam, & etiam per partes Tolosanas bæ-
relicorum (Albigensium) & illis credentium perfidia in tantum dif-
fusa esset, quod quasi nullus Catholicorum eis posset resistere — — Vol-
lens igitur ferventissimus Fidei Zelator B. P. Dominicus tam bona ju-
ra Ecclesiæ defendere — — advocatis quibusdam viris fidelibus sibi
devotis cœpit cum eis de Ecclesiæ defensione, & de bæretica perfidia
ex.

extirpanda tractare. Et, ut competenterius talia perficere posset, instinctu Spiritus Sancti cogitavit novum Ordinem Catholicorum Laicorum facere in pénitentia viventium: qui eum adjuvarent ad bæreticorum perfidiam abolendam, & Ecclesiam ac fidem Catholicam defendendam, & quos voluntarios invenerat, faciebat jurare, quod omnia bona sua & vitam corporalem pro bis exponerent. Quapropter cum multos tales invenisset, eos Fratres de Militia Iesu Christi appellavit. Et, ut uxores eorum eos non impeditarent, faciebat etiam eas jurare, quod in negotio Ecclesiae, & fidei defensandæ nullum maritis praestarent impedimentum. — Post obitum B. P. Dominici & ejus solemnem canonizationem visum est tam Patribus Ordinis, quam ipsis Confratribus Militia Iesu Christi, ad honorem B. P. Dominici sui Institutoris mutare nomen Militiae in nomen Pénitentie, & appellari voluerunt Fratres & Sorores de Pénitentia B. Dominici. — Et sic B. P. Dominicus tres Ordines instituit, & fundavit ad laudem Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Hæc Chronica. Alumnæ tamen hujus Tertiæ Ordinis usque ad Reverendissimum Ordinis Generalem P. Munionem sub quibusdam consuetudinibus, à S. P. Dominico traditis, vixerunt, ut ajunt Chronica c. 9. Munio hic certam ipsis deinde vivendi normam seu regulam præscripsit, quam circa annum 1285. confirmavit Honorius IV. ipsam quoque etiamnum Religiosi isti profitentur.

Primam hujus Tertiæ Ordinis Sororem, quam ipse S. P. Dominicus suscepit, nominat R. P. Fridericus Steill ad 5. Januarii Benedictam, cuius etiam admirabilem vitam ibidem describit. Ex hoc tempore jam incœpit ille Ordo florere, & ante Catharinam Senensem multæ jam dabantur vitæ perfectæ Sorores, inter quas tamen et si non tempore, dignitate tamen primaria, gloria & Beata Catbarina de Senis, Iesu Christi Sponsa dilectissima nuncupatur in prologo Regulæ hujus Ordinis prope finem. Hæc enim lapsis ab Origine Ordinis multis annis vestigia Benedictæ sequi volens, ad Ordinem aspiravit, & febris etiam laborans à reliquis Sororibus fuit ad ipsarum Societatem, prout in vita eiusdem videre est, suscepta. Nec veritati consentaneum est, quod scribit Gregorius Ripell in lib. de Cæremoniis p. 2. cap. 11. Catharinam nempe dictam Regulam multò austriorem reddidisse, cum Regula à P. Munione ordinata nullā deinceps passa sit mutationem.

Cum itaque S. Catharina Senensis nec in institutione nec dilatatione Rosarii fuerit Dominici socia, ut quid in imaginibus ipsi tam in sociam tribuitur? quid sibi vult, quod Beatissima Mater, tan-

30 *Caput II. De Statutis &c. Sodalitatis SS. Rosarii.*
tanquam Rosarium ipsi tribuens, pingatur? sed hoc, quantum capio, moralem quandam continet significationem, nihilque aliud per hoc intelligi datur, quam quod devotio Rosariana integro nostro Ordini tam Fratrum, quem representat Dominicus, quam Sororu, quarum vicem agit Catharina, à Beata Virgine fuerit in hereditatem data.

REGULA II.

34 *Quilibet prima die Dominicæ mensis Octobris per universi Orbis partes, in his videlicet Ecclesiis, in quibus Altare vel Capella Rosarii fuerit, ab omnibus & singulis utriusque Sexus Christifidelibus, Festum solemne sub nuncupatione Rosarii predicti sub duplice maiori officio, ad instar aliarum solemnis Festivitatium celebretur, & sanctificetur, eadémque die Officium de Beatissima Virgine novem electionum more ecclesiastico persolvatur, & recitetur. Ita decernit Gregorius XIII. Brevi: Monet Apostolus I. April. 1573. in gratiarum actione præteritæ, ac memorandæ victoriae contra Turcas, ejusdem Societatis Confratrum fusis precibüs eadem die (ut piè creditur) ac auxiliō & interventu B. V. impetratae & obtentæ, Ecclesiam gubernante S. Pio V. anno 1571. Hoc festum ex rationabili causa potest in alium diem transferri cum Indulgentiis per totam Octavam, ut Ordini nostro concessit Benedictus XIII. in Bulla: Preciosus §. 24. qui ponetur n. 806.*

REGULA III.

35 *Præses festa, in quibus aliquod Mysterium Rosarii occurrit, item festa infra regula 6. enumeranda, B. Virginis, & S. Patris Dominici 4. Augusti solemniter celebret.*

Nota.

36 *Festa tamen, quæ non sunt de præcepto, ut Præsentationis, Visitationis B. M. V. & S. P. Dominici celebret, prout conditio loci admiserit, & ad minus sacrum habeat cantatum.*

Quæres, quænam sint festa Mysteriorum?

37 *Respondeo, partis Gaudiosæ est festum Annunciationis, Visitationis B. V. Natalis Domini, Purificationis B. V. & festum Inventionis Christi duodenni in templo, quod incidit in Dominicam infra octavam Epiphaniæ, in qua Evangelium de illa legitur. Partis Dolorosæ numerant quidam, inter quos est noster Fossanus lib. I. disc. 7. c. I. n. I. festum Coronæ Domini, & festum tam Inventionis, quam Exaltationis S. Crucis. Alii tamen Authores, inter*

inter quos est P. And. Roth, licet omnia festa Mysteriorum c. 4.
n. 1. enumerent, nullam horum festorum mentionem faciunt,
sed neque in aliqua Bullarum, quantum mihi conscient sum, ex-
pressè inter festa Mysteriorum Rosarii computantur, unde in iis
nec Processiones, nec sermones haberi solent. Partis Gloriosæ
est festum Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, & Assumptio-
nis B. V.

REGULA IV.

PRÆSES festis Mysteriorum, item festis B. M. V. & omni Do-
minicâ primâ mensis sermonem tempore opportunâ de Rosa-
rio habeat.

Nota.

Ratio hoc & æquitas poscunt, cum hi dies devotioni Rosaria-
næ sint deputati, ut in iis populus ad devotionem hanc excitetur:
in his insuper diebus est Indulgentia plenaria, prout infra n. 514.
dicitur, Concionator etiam verbum Dei proponendô, & populus
audiendô habent Indulgentiam 100. dierum, de quo infra n. 524.
De Concionatoribus nostris ita in Capitulo nostro Generali Ro-
ma 1601. celebrato fuit statutum: *Concionatores in omnibus suis
concionibus eæ pietate & devotione, quæ par est, & ad quam Ordo no-
strer tenetur, ad devotionem B.V. Mariae & Rosarii ejusdem populos
excitent, ac beneficia ab ipsa collata, omnibus fidelibus SS. Rosario
affectionis recolant, miraculâque explicitent Jasinski verbô: Rosarium.*
Dixi: tempore opportunâ, quod scilicet homines comparere pos-
sunt ad concionem: hinc in aliquibus locis ante, in aliis post pran-
dium haberi solet exhortatio. Officium tamen Divinum de B.
Virgine istis Dominicis dici non debet.

Quæres, quænam debeat Dominica prima mensis reputari? 40
Sunt etenim, qui Dominicam primam Rosarianam dicunt eam,
quæ proxima est Novilunio. Sed

Dico, per Dominicam primam mensis non debet intelligi
proxima novilunio, sed Dominica prima in mense, seu quæ proxi-
mè succedit Calendis cujusque mensis. Ita mihi interroganti
erat resolutum.

REGULA V.

PRÆSES diebus mox recensit's post concionem semper præoret
Rosarium, & populus illud choraliter prosequatur.

Nota.

Hoc fuit à Reverendissimis Generalibus Ordinis nostri statutum teste Schäffer p. 1. c. 12. fol. 96. tum ut homines modum recitandi Rosarium addiscant, tum ut Sodales simul orent, plus enim valet oratio multorum simul, quam unius personæ tantum. Modum hunc infrà c. 3. §. 3. describam.

REGULA VI.

43 PRÆSES OMNI DOMINICÀ PRIMÀ MENSIS, & FESTIS B. M. V. SCILI-
CET CONCEPTIONIS, NATIVITATIS, PRÆSENTATIONIS, VISITATIONIS, AN-
NUNCIATIONIS, PURIFICATIONIS, ASSUMPTIONIS PUBLICAM SUPPLICATIONEM,
SEU PROCESSIONEM CUM VEXILLIS & STATUA B. M. V. JESULUM GESTAN-
FUS UNÂ MANU, ALTERÂ ROSARIUM TENENTIS INSTITUAT.

Nota.

HÆC REGULA EST À SEDE APOSTOLICA APPROBATA, & INDULGENTIA
PLENARIA, ÚT POSTEA N. 515. DICETUR, DOTATA: SI ERGO INDULGENTIA
PLENARIA COMITANDO PROCESSIONEM ACQUIRI POTESIT, JUSTUM EST, UT
TALIS INSTITUATUR.

45 DE PROCESSIONIBUS CONFRATERNITATUM HÆC IN CONCILIIS PRO-
VINCIALIBUS MEDIOLANENSIBUS SUB S. CAROLO BORROMEO SUNT STATUTA
APUD GAVANTUM IN MANUALI EPISCOPORUM TIT. CONFRATERNITAS:
FIAT PROCESSIONE QUOTANNIS AB OMNIBUS SIMUL CONFRATERNITATIBUS IN CIVITA-
TE, IN DIAECESI VERÒ IN PROPRIIS LOCIS, SUMPTÙ AB IISDEM SACRÆ COMMUNIONE
INGRATARUM ACTIONEM DE DONO INDULGENTIAE CONCESSO À SEDE APOSTOLICA.
CONC. 3. QUOD VIDETUR INTELLIGI DEBERE DE FESTO PRINCIPALI CON-
FRATERNITATUM. ITEM, PROHIBETUR PROCESSIONE SS. SACRAMENTI, ID EST,
QUOD PROCESSIONEM CUM SS. SACRAMENTO NON DEBEANT INSTITUERE:
CONCIL. 7. HOC IPSUM SÆPE PLACUIT SACRÆ CONGREGATIONI, ÚT SCRIBIT
DONATUS NOSTER TOM. 3. DE RERUM REGULARIUM PRAXI TRACT. 8. 9. 19.
CUM PROCESSIONES AGUNT, NEMPE CONFRATRES, Sacerdotem secum ba-
beant. CONC. 5. NEQUE CRUCEM, QUÆ PER CLERICOS PRÆFERRI SOLET,
DEFERANT, SED IMAGINEM CRUCIFIXI, & SANCTORUM. CONC. 7.

46 IN FESTIS TAMEN MYSTERIORUM COMMUNITER PROCESSIONE ROSARIA-
NA NON INSTITUITUR, EO QUOD ILLIS DILECTIS NULLA INDULGENTIA PLENA-
RIA COMITANTIBUS PROCESSIONEM SIT CONCESSA: IN BULLA ENIM: NUPER
PRO PARTE DILECTI INNOCENTII XI. CONFIRMANTUR SOLÙM INDULGENTIAE
PLENARIAE DATAE COMITANTIBUS PROCESSIONES HABERI SOLITAS QUAVIS DO-
MINICÀ PRIMÀ MENSIS, & FESTIS B. VIRGINIS IBIDEM NOMINATIS, NE-
QUE ALICUBI TALIS INDULGENTIA PLENARIA PRO FESTIS MYSTERIORUM RE-
PERI-

peritur. Nihilominus etiam Processiones in his festis, sicut & quævis aliæ legitimè institutæ, haberent 60. dierum Indulgenciam, ut conceditur in Bulla *Nuper c. 7. n. 5.* In festis *Præsentationis & Visitationis* B. V. cum non sint de præcepto, ubi homines ad devotionem convenire non solent, etiam talis Processio intermittitur, sicut etiam ex rationabili, & urgente causa intermitti potest in allis festis B. V. vix unquam tamen Dominicis primis mensium.

Circa vexilla, conveniens esset, si forent ad numerum partium Rosarii etiam tria, album nempe pictis Mysteriis partis Gaudiosæ, rubrum & flavum suis pariter Mysteriis insignitum. Solent etiam in quibusdam locis quindecim Mysteria aut depicta, aut ex alia materia elaborata, supra quindecim peda, à totidem viris, pro diversitate Mysteriorum vestitis, post labarum circumferri, alibi pedorum loco quindecim vexillula sunt in usu. In locis tamen pauperibus saltem unum vexillum Rosarii habeatur.

Statuam B. Virginis quod attinet, non esset inconveniens, 48 si, quæ publicæ venerationi exponi, & in Processionibus circumferri solet, esset benedictabenedictione imaginum B. M. V. quæ in libellis benedictionum oppidò invenitur, cum preces, ante benedictas imagines & statuas profusæ, majoris efficaciam sint, & citius exaudiantur, ut petitur in forma benedictionis.

Præterea, quævis statuam hanc deceat pretiosè esse vestitam, 49 & pulcherrimè ornatam; ornari tamen non debet lascivè, aut ad eum modum, contra quem justè è cathedris tonant Ecclesiastæ, & qui modestissimæ, ac sanctissimæ Virginis displicet in aliis; hoc etenim scandalum generaret, si homines mundum cernerent in statua Beatissimæ Virginis, qui in ipsis improbatur. Nec me præterea scrupulosum aut amentem proclames Lector Benevole, sed scito hoc commune esse Ascetarum documentum, è quibus non ignobilem P. Anselmum Fischer Ordinis S. Benedicti audi, qui fui Tractatus Asceticei parte 3. cap. 4. n. 5. ita scribit: *Neque id infrequens inter pictores est, quod majorem suæ artis, quam honestatis rationem habeant, exprimendò quidem ad vivum conceptas Sanctorum formæ, sed non magis testas, quam aliquem è fæce scurram, aut de meretricio Veneris græge scortum.* Quæ injuria non raro in ipsum committitur insontem Deum, taliter à quibusdam pictum, qualiter utique olim in terris apparere erubuisse. Hinc licet ejusmodi formæ Sanctorum nomina præferant, præterea tamen Sanctæ non sunt, neque ad sanctitatem quidquam conserunt, sed magis ob nimis expref-

34 Caput II. De Statutis &c. Sodalitatis SS. Rosarii.
Nam nuditatis, partiumque quarundam representationem minus honestam, obscenias in animo species gignunt, &phantasmam noctis formis implicant, ut pro spirituali proiectu suo consultius subinds Religiosus ficeret, si in cella sua sub horribili forma ad salubrem terrorem habebat depictum diabolum, quam sub lascivientis penicilli collaribus blandè arridentem Angelum. Examinare ergo nonnunquam oportet devotionem nostram, & sequi consilium occulatissimum in Asceti Magistrorum, qui ejusmodi pietatem, bisce imaginibus, & figuris alligatam, suspectam babent, & providè monent, ut, si deprehendamus, quod e.g. devotio nostra solùm juxta picturæ elegantiam major sit: Item si major sit erga IESUM infantulum, quam odultum: si majori affectu feramur ad SS. Virgines, quam Santos alios, caute obviemus malo, & caveamus, ne tunc foricè, si non carnalitas, saltē amica carnis sensualitas se paulatim insinuet, & sanctam devotionis puritatem inquiet; Per hoc tamen nolo improbare devotiones ipsas, sed solùm moneo, ut ita consulamus devotioni nostræ, ne fors sub ejus larva aliquis Asmodæus nos decipiat. Ita ille. Idem quoque docet Nicol. Lancianus Opusc. 2. c. 7. n. 21. & 22. Ne ergo etiam ornatius statuarum, qui magis, ac picturæ movet, quemquam offendat, honestatis & modestiæ limites non excedat,

Preces ante, & post Processionem dicendæ.

50 A Ntequam Processio è templo educatur, coram Altari SS. Rosarii Litanie lauretanæ incipientur, & decantetur initium usque ad verba, *S. Maria! ora pro nobis inclusivè*, deinde predicitur Processio, & sub illa reliqua encomia B. V. dicantur usque ad *Agnus Dei*, & in regressu coram eodem Altari dicatur *Agnus Dei* &c. quibüs finitis Sacerdos sequentes preces orabit:

V. Post partum Virgo inviolata permansisti.

R. Dei Genitrix intercede pro nobis.

V. Ora pro nobis B. Pater Dominice.

R. Us digni efficiamur promissionibus Christi.

V. Salvos fac servos tuos, & ancillas tuas.

R. Deus meus sperantes in te.

V. Fiat pax in virtute tua.

R. Et abundantia in turribus tuis.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum &c.

O R E M U S .

Supplicationem servorum tuorum Deus misericordia exaudi, ut, qui in devotione SS. Rosarii Dei Genitricis & Virginis congregamur, ejus intercessionibus à te de instantibus periculis eruamur.

DE-

Caput II. De Statutis &c. Sodalitatis SS. Rosarii.

33

DEUS, qui Ecclesiam tuam B. Dominici Confessoris tui, Patris nostri, illuminare dignatus es meritissimè doctrinæ, concede, ut eius intercessione temporalibus non destituatur auxiliis, & spiritualibus semper proficiat incrementis.

Prætende Domine famulis & famulabus tuis Fratribus, & Sororibus nostris dextram cœlestis auxilii, ut te totò corde perquirant, & quæ dignè postulant, assequantur.

DEUS, à quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera, da servis iuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublatæ formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Poterunt & aliæ pro temporum exigentia Collectæ addi.

Divinum auxilium maneat semper nobiscum. Amen.

Quæres 1. An Præses possit sermonem de Rosario, & Processionem transferre de Dominica prima mensis in aliam?

Respondeo, quod non, cum Præses non possit transferre

Indulgencias de una die in aliam, & ita nostri Patres Bononiæ non sunt ausi festum SS. Rosarii, & Processionem de Dominica prima Octobris in secundam propriâ authoritate transferre, sed transferrendi licentiam à summo Pontifice (is erat Gregorius XIII.) petierunt, quam etiam in Brevi: *Ad augendam vestram devotionem die 24. Octob. 1577.* benignè concessit hīs verbīs: *Volumus autem, quod si pro tempore conigerit Festum S. Petronii in prima Dominica Octobris incidere, tunc pro illa vice tantum festum bujusmodi, Processo & Indulgentia ad secundam Dominicam ejusdem mensis transferantur, & esse censeantur, Supple, translata.*

Ordini tamen nostro concessit Benedictus XIII. facultatem transferrendi Processionem de Dominica prima Octobris in alium diem ex causa rationabili etiam cum Indulgentiis, de quibus postea c. 24. n. 806. hīc loci sufficit audire paragraphum 18. Bullæ: *Pretiosus: Ex quo verò nonnullis in locis, sicut perceperimus, iidem Fratres (Prædicatores) legitimè impediti ex concursu alterius consimilis Processionis aliorum conventuum ejusdem Ordinis, vel ex alia causa, talem Processionem (Dominicæ primæ Octobris) ad alium diem differre coguntur, vel etiam juxta consuetudinem ibidem obtinentem unō, aut alterō die B. Virginis Mariæ sacro quotannis publicam Processionem ejusdem Rosarii peragunt, Motu, Scientia, & Potestate sēpe dictis tale Indultū quoad omnia & singula in eo contenta, pro eiusdem circumstantiis extendimus, & ampliamus.* Quāvis autem fa-

36 *Caput II. De Statutis &c. Sodalitatis SS. Rosarii.*
cultas hæc hisce verbis tantum Ordini nostro tribuatur, cum ta-
men Benedictus in §. 5. ejusdem Bullæ: *Pretiosus concedat Indul-
gentiam plenariam confessis & communicatis Dominicâ secundâ
Octobris, etiam in aliis Ecclesijs extraneis obtinendam, ut dicetur
n. 554. non video, quare etiam in aliis Ecclesijs ex rationabili
causa non possit haberi in eadem Dominicâ secunda Processio.*

53 Quæres 2. an etiam istæ functiones transferri possint de una
Ecclesia in aliam, ita ut v. g. Dominicâ primâ in hoc mense fiat
sermo & Processio Rosariana in hac Ecclesia, aliò mense in alia?
Item an ad hoc, ut possit idem fieri, possit in duabus Ecclesijs
ejusdem Parochiæ erigi Altare, aut planè Sodalitas SS. Rosarii.

Respondeo pariter negative, quia functiones debent peragi in
illa Ecclesia, ubi est eræta Confraternitas, dicetur autem infrâ n.
580. quod in eodem loco v. g. in eadem civitate, pago, aut vicino lo-
co non possit duplex Confraternitas, sed unica tantum erigi. Quod
si autem in eadem parochia inter duas Ecclesijs esset sufficiens di-
stantia, posset quidem in utraque erigi Sodalitas, sed quâvis Do-
minicâ primâ mensis in utraque Ecclesia deberent functiones Ro-
sarianæ peragi. Ita judicatum fuit etiam ab aliis.

REGULA VII.

54 PRæses quater in anno anniversarium, seu solemne Officium
pro pië defunctis Fratribus & Sororibus in Capella, seu ad Al-
tare SS. Rosarii habeat, nempe proximô die non impeditô post
hæc 4. festa, scilicet *Purificationis, Annunciationis, Assumptionis,*
& Nativitatis B. V. Mariæ.

Nota.

55 Quoad quatuor dicta anniversaria hæc regula est antiqua;
duo tamen ex Ordine nostro recentes Scriptores itali, nempe P. M.
Joan. Michaël Cavalieri in suo libello italicico: *Tesoro delle gran-
dezze del S. Rosario* parte 1. c. 10. & Thomas Venturini *tomo I. disc.*
19. §. 2. præscribunt etiam quintum, nempe post Festum princi-
pale SS. Rosarii: *Schatzammer* tamen p. 1. c. 11. n. 10. ait, licet
istud quintum in aliquibus locis sit in usu; tamen quia de hoc nul-
lum extat præceptum, relinquitur solum ad libitum: consentit
etiam P. Joannes Studer in suo opere de Rosario 3. *parte c. 12. n. 5.*
editio Augustæ Vind. 1717.

REGULA VIII.

56 PRæses ter in hebdomada coram Altari SS. Rosarii publicè cum
populo oret Rosarium, ubi id commodè fieri poterit.

Nota

Nota.

Hæc regula fuit statuta in Capitulo generali nostro, Romæ 57. 1629. celebrato, prout narrat *Camillus Jasinski noster in Sumario Ordinationum Capitulorum Generalium Ordinis nostri verbō: Rosarium, & laudabiliter Labaci à RR. PP. Augustinianis observatur, apud quos quāvis hebdomada ad vesperum tribūs diebūs solet dari signum campanā ad Rosarium, quod deinde totus Conventus cum populo recitat ante Altare SS. Rosarii. In Ordine autem nostro oratur Rosarium omni die mane sub primo sacro, ad quod in magna copia confluit populus, quod eriam magis est consuendum: constat enim experientiā, post prandium diebūs ferialibūs homines Ecclesiam frequentare non solere. Hoc tamen etiam in locis solitariis fieri nequit.*

R E G U L A IX.

PRÆSES Officiales Confraternitatis instituat, si id fieri potest, 58 quorum operā & consiliō bonum Sodalitatis promovere possit, & arculā pro eleemosynis reponendis, tribūs seris firmatā, habeat, de quibus unam clavim habeat Præses, duas reliquias duo Officiales.

Nota.

Ad regulam hanc non obligatur Ordo noster, unde nos Officiales habere non tenemur, ut declaravit Benedictus XIII. in Brevi: *Cām nos 15. Sept. 1725.* melius enim Sodalitates nostræ immediate à nobis sine talibus Officialibus administrantur. Quod si nihilominus Officiales tolerentur, servandæ erunt ordinaciones Capitulorum generalium nostrorum, & quidem unius Venetiis 1592. celebrati, in quo ita fuit statutum: *Pro regimine barum Confraternitatum (SS. Rosarii & SS Nominis Iesu) in congregacionibus Confratrum, quæ singulis mensibūs fieri debent, ipsi Priors per se, vel alios graves & religiosos Patres intersint, ut eos ad perseverandum, & proficiendum in Dei debito honore & devotione ad B. Virginem exhortentur, pariterque videant, & audiant, quid ab eis tractetur, votūmque suum dent, utpote sine quorum consensu, nomine Religionis ibi existentium, nihil prorsus fieri debeat.* Talibūsque, quoties congregacionibus publicis, vel secretis, pro felici direktione dictæ Confraternitatis habendis, interfuerint, sexaginta dies de injunctis eis, aut quomodolibet debitibus pœnitentiis relaxat Innocentius XI. in Brevi: *Nuper. c. 7. n. 3.* Item ordinatum fuit Tolosæ 1628. Ut

38 Caput II. De Statutis &c. Sodalitatis SS. Rosarii.
ministri Societatis Rosarii quolibet anno sue administrationis rationem
reddant. Jasinski loco citato.

60 Præterea circa Officiales, & bona temporalia Confraternitatum sequentia statuit Benedictus XIII. in Bulla: *Pretiosus per tres paragraphos*: §. 13. Bona mobilia & immobilia Confraternitatum erectarum in Ecclesiis nostris declarat esse de dominio directo Ordinis: hinc sub pena excommunicationis latae sententiæ, soli Magistro Ordinis, & in ejus absentia ejus Vicario reservatae, prohibet, ne Superioris Ordinis administrationem bonorum comitant hominibus Secularibus, seu Officialibus ad hoc unitis & congratis, ubi tales uniones nondum sunt introductæ: ubi vero jam hoc introductum est, præcipit Officialibus his, & Administratoribus in virtute S. obedientiæ, ne se erigant adversus Patres Ordinis, aut aliquid absque eorum voluntate & consensu disponant, sed sint illis in omnibus subjecti. §. 14. Officiales verò rebelles privat in vita, & in morte Indulgentiis, & gratiis Confraternitatis, cuius bona administrant, eorum unionem declarat dissolutam, & si parere noluerint, dicit invocando esse Episcopos, aut etiam brachium secularis in auxilium: & tunc bona majoris momenti statuit adjudicanda esse Conventibus promanutentione Capellæ, pro Missis perpetuò celebrandis, Seminariò Clericorum, vel aliò piò opere; bona verò leviora adjudicanda esse Capellæ. §. 15. Si contingat Conventum Ordinis erigi in loco, ubi jam antea fuit erecta Confraternitas vel per Breve Apostolicum, vel ab Ordine, tunc omnia bona temporalia tradenda esse Conventui decernit, ita tamen, quod solus Magister Generalis Ordinis possit aliquid de prætensione bonorum remittere: si verò prius in illa Confraternitate fuerunt aliqui bonorum Administratores, etiam illi fiunt à suo officio absoluti. Anno deinde sequenti, nempe 1728. fuit hæc in istos Administratores potestas adhuc magis ampliata in declarationibus dubiorum, quæ super Bulla: *Pretiosus erant à S. Congregatione resoluta.*

Verum P. M. Antonius Bremond noster tom. 8. *Bullarii Ordinis tract. De consensu Bullarum tit. 15. q. 2. n. 6. & 7.* ait hæc omnia esse reducta ad jus commune: quid autem istud circa Confraternitatum bona statuit, dicetur infra c. 14. §. 5. Hoc tamen non obstante Officiales habere Ordo non obligatur, ut jam fuit n. 59. dictum: item bona temporalia Sodalitatis erectæ ab Ordine tradenda sunt Conventui, si aliquem in eo loco contigerit erigi, cum ante Bullam: *Pretiosus idem jam Gregorius XIII in Brevi: Dudum guidem I. Augusti 1575. definiērit.* Quod

Quod attinet Confraternitates eretas extra Ordinem no-
strum, earum Præsides tum Regulares, tum sacerdotes ex usu,
ubique locorum jam recepto, ad majorem Confraternitatis deco-
rem Officiales habere obligantur.

Munus horum Officialium est, bonis consiliis, aliisque mo-
dis, quos devotione cuique suggesterit, Præsidem, & Confraterni-
tatem adjuvare: hos inter tamen Præses eminet, totaque apud
ipsum cuncta disponendi authoritas residet; nihilominus tamen
nihil magni sine Officialium consilio molietur. Itaque, prout
præscribit Schäffammer p. 1. c. 12. fol. 97. Præses permettit es-
formari ærarium, seu arculam pro pecunia Sodalitatis sub tribus
clavibus reponenda, quarum ipse unam, reliquas duo Officiales
Majores, & Seniores habeant. Ex his unus erit Confraternitatis
Rector, unus Secretarius, alii Consultores, vel Assistentes:
quando fuerit oblata aliqua eleemosyna, Secretarius in præsentia
omnium illas pecunias numerabit, & ad commune ærarium repo-
net, & similiter illas pro faciendis sumptibus in omnium præsen-
tia extrahet, quæ omnia in deputato libro diligentissime adnota-
bit, super quibus ratiocinia, ad minus semel in anno, instituentur,
&, si quid deliberandum venerit, etiam omnes aderunt, & juxta
suam prudentiam vota sua, & consilia pro augmento Sodalitatis
dabunt.

Prohibuit etiam Clemens VIII. in Bulla, *Quocunque à Sede
Apostolica §. 8.* (in qua modum Confraternites erigendi præscri-
bit, cuius compendium postea n. 591. dabo) ne eleemosynæ ob-
latæ Confraternitatibus ad res inutiles, aut comedationes Præsi-
dum cum Officialibus, sed ad pios usus expendantur, quemad-
modum etiam teste Gavantò in Manuali Episcoporum verbô: *Con-
fraternitates, Congregatio Episcoporum* 24. April. 1584. statuit
de Officialibus, ut nihil inde emolumenti accipiatur: ex quo infert
Donatus noster tomò 3. *De rerum regularium praxi tract.* 8. q. 26. ob-
lationes, & legata non pertinere ad Rectorem, sed ad Altaria, &
Confraternitatem. Ait nihilominus locò citatò Schäffammer /
quod Officialis possint D. Præsidi pro recognitio ne, & qualitate
laborum annuatim aliquod moderatum donatîvum largiri, quem-
admodum in quibusdam locis 10. vel 12. florenos, aut circiter D.
Præsidi dono dare solent. Hæc dictus liber, & sapienter; exigit
etenim justitia, ut saltem pro anniversariis aliquid D. Præsidi
tribuatur.

De Officialium electione hæc apud Gavantum locò citatò à
63
Con-

40 Caput II. De Statutis &c. Sodalitatis SS. Rosarii.

Congregatione Episcoporum sunt ordinata: *Officiales* quotannis elegantur, & cum secretis suffragiis. 18 Julij 1594. *Electio Officialium ad Confratres*, confirmatio ad Episcopum spectat, exceptis ijs, quæ sub immediata Regum potestate existunt. 11. Aug. 1617 Nibil inde emolumenti accipiatnr, neque *Officiales* ipsi elegant Successores. 24. April. 1584. Sandus quoque Carolus Borromæus in Concil. Prov. 4. Ordinavit, ut siat præsente Parocho, vel alio Sacerdote deputato ab Episcopo, nisi aliud Episcopo videatur. Item Conc. 7. *Electione Officialium* prorogata sine *Ordinarii* licentia, acta omnia sint deinceps nulla.

64 Observo hic, declarationes has pertinere solum ad Præsides Ecclesiasticos Sæculares, non Regulares exemptos: hi etenim non sunt in his Episcopis subjecti, sed in aliis, de quibus infræ c. 14. §. 5. Quamquam verò etiam apud Sæculares Episcopi communiter non multum similes *Officiales* curent; authoritatem tamen vi harum declarationum de iis, prout placuerit, disponendi habent. Similiter declarationes hæc, factæ pro majoribus civitatibus, & emporiis, extendi non possunt ad viculos, & loca solitaria, in quibus vix aliqui, vel adeo pauci homines civiliores reperiuntur, ut quovis anno non possint novi in *Officiales* eligi: nihilominus tamen, cum Episcopi, etiam in his locis, Syndicos, ut vocari solent, cuiusvis Ecclesiæ teneri jubeant, qui clavescum Parochis ærarii Ecclesiarum habeant, oportet, ut etiam isti Syndici claves duas ad ærarium Confraternitatum servent ad modum *Officialium*.

65 Jam verò horum *Officialium* electio in civitatibus omni anno aliquo die renovatur, & fit per suffragia Sodaliū, qui ad hanc renovationem convenient, & vel novi eliguntur, vel antiqui confirmantur, quorum nomina postea Calendis Januarii, vel alio die, Iectis Sodalibus defunctis è Cathedra à Præside promulgantur. Modum electionis P. Venturini exhibit tomo I. disc. 19. sequentem: Convocatis omnibus, & genuflectentibus coram Altari B. M. V. si fiat in Ecclesia, vel aliquo Oratorio, vel ante Crucifixi Imaginem, inter duo candelabra collocatam, in alio loco honesto, Pater Spiritualis, vel Præses Congregationis dicet sequentes Orationes.

Antiph. *Veni Sancte Spiritus &c.*

Hymn. *Veni Creator Spiritus &c.*

¶ *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.*

¶ *Et renovabis faciem terræ.*

Caput II. De Statutis &c. Sodalitatis SS. Rosarii.

42

V. Post partum Virgo inviolata permansisti.

R. Dei Genitrix intercede pro nobis.

V. Ora pro nobis B. P. Dominice.

R. Ut digni &c.

V. Salvo fac servos tuos, & ancillas tuas.

R. Deus meus sperantes in te.

V. Domine ex audi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. Et cum &c.

O R E M U S.

DEUS, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

Gratiam tuam, quæsumus, Domine mentibus nostris infunde, ut qui Angelò nunciante Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per passionem ejus, & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur.

Concede quæsumus Omnipotens Deus, ut qui peccatorum nostrorum pondere preminur, B. Dominici Confessoris tui, Patris nostri patrocinio sublevemur.

Actiones nostras, quæsumus, Domine aspirandò præveni, & adjuvandò prosequere, ut cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cæpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Diutis hīs precibūs solet P. Præses brevem exhortationem habere, quā finitā dantur suffragia. Terminata congregatione iterum dicant congregati sequentes preces:

Confirmaboc Deus, quod operatus es in nobis.

Et Sacerdos.

V. Memor esto Congregationis tuæ.

R. Quam possedisti ab initio.

Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Præsta nobis, quæsumus, Domine auxilium gratiae tuæ, ut, quæ id auctore facienda cognovimus, teoperante impleamus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

R E G U L A X.

Praeses nomina, & cognomina omnium Christi fidelium in Societatem hanc ingredi, & devotè recipi potentium in libro, ad hoc specialiter deputatō, gratis scribat, Psalteria, candelas, Rosas

Caput II. De Statutis &c. Sodalitatis SS. Rosarii.
Cas potentibus benedicat, & moribundis Absolutionem Generalem impertiatur. Ita præcipiunt Generales in litteris institutionis.

Nota.

67 Nomina, & cognomina debent Albo inscribi notatō annō inscriptionis in margine, ait Schäffammer p. 1. c. 12. fol. 97. Quāmvis autem detur Præsidibus generaliter quoscunque inscribendi licentia; tamen in Concilio Provinciali Mediolanensi quinto sunt nonnulli verbis sequentib⁹ exclusi: *Ne admittantur in iis, (nempe Sodalitiis) qui doctrinam ignorant Christianum. Neque homines facinorosi, turpis vita, aut infamie labe notati. Qui adscripti, & moniti non se emendaverint, amoveantur.*

An Præses functiones has aliis committere possit, & quibus? dicetur postea cap. 16.

R E G U L A XI.

68 PRÆSES semel in anno nomina defunctorum Sodalium publicè leget.

Nota.

69 Hanc regulam ipsa B. Virgo condidit, ac S. Dominico præscripsit, ut n. 180. dicam, & solent hæc defunctorum nomina kalendis Januarii, quod & aliò die v. g. Festo SS. Rosarii fieri poterit, post concessionem legi, & quidem distinctè, imò & in civitatibus, in aliquo folio impressa, aliis vivis Sodalibus distribui: & hoc totū ideo, ut vivi mortuis suis precib⁹ valeant succurrere. Hinc si quæ contigerit devivere, statim Præsidi intimari debet: suadet Schäffammer p. 1. c. 11. n. 9. ut quovis anniveſari per hoc tempus defunctorum nomina legantur, & in preces commendentur. Præcepit etiam B. Virgo, ut videbimus n. 180. nomina ad Societatem receptorum debere singuliss annis distinctè promulgari; hoc tamen jam communiter non servatur. Saltem posset numerus eorum in genere ad ædificationem aliorum dici, ut scilicet alii horum exemplò permoti, etiam nomina sua Sodalitati darent, & ut sciretur, quantum communes preces & bona opera in Sodalitate augeantur.

R E G U L A XII.

70 SI quæ piæ consuetudines fuerunt præter has regulas introducātæ, illæ pariter sunt servandæ.

Nota.

71 Hæc regula approbat praxi, nam præter assignatas regu-


Ias diversæ adhuc in diversis locis sunt piæ consuetudines, quæ non ita statim abrogari possunt. Sed notandum, aliud esse piam consuetudinem supra legem, aliud corruptelam legis; unde primum servandum, alterum erit resecandum.

REGULA XIII.

PRÆSES quicunque, sive sit intra, sive extra Ordinem nostrum,⁷² debet parere Reverendissimo Generali, & Provinciali illius Provinciæ, à qua fuit introducta seu obtenta Confraternitas, ita ut si Generalis novi quid circa Confraternitatem ordinaverit, ille absque cunctatione acceptet; aut si talis Provincialis sive per se, sive per alium visitare ipsum, ac Confraternitatem voluerit, similiiter visitationem admittere, de observantia horum statutorum rationem reddere, & quæ ille ordinaverit, executioni mandare debat. Hæc Schatzkammer citatō locō.

Quæres pro coronide hujus capituli, an possit aliquis Sacerdos⁷³ agere Præsidem Confraternitatis, qui solus nondum est in ea scriptus?

R. Secundum decisionem à Doctissimis acceptam, quod non possit: quare antequam quis alios possit recipere in Sodalitatem, debet ipse solus jam esse in eadem, &, prout dicetur n. 636. se ipsum solus inscribere non potest, sed debet ab alio hâc facultate prædicto inscribi.



CAPUT III.

In quo describitur Rosarium recitandi modus.

Ut novum Præsidem plenè informem, pono jam Rosarium recitandi modum.

§ I.

In quo Rosarium summatim consistat.



Um Rosarii recitatio unicus Sodalitatis finis, & omnium Indulgentiarum & gratiarum fundamentum sit, quod præses post sermonem de SS. Rosario præorare tenetur, ut dictum fuit n. 41. & Sodales hebdomada-

tim debent persolvere, ut dicetur n. 200. necesse est, ut illud dicendi methodum describam.

74 *Integrum Psalterium vel Rosarium constat unicō Symbolō Apostolicō, quindecim Orationibūs Dominicis, & centum quinquaginta Salutationibus Angelicis. Credo potest dici vel ab initio, vel in fine, in nostro Ordine dicitur ab initio; sequitur primum Pater noster, deinde 10. Ave Maria, ita ut universim quindecim decades consurgant. Sub istis meditabatur quidem S. P. Dominicus, quem secuti sunt alii Pii, totius vitæ, passionis & gloriæ Christi Domini, ejusque SS. Matris seriem, prout etiam teste B. Alanō fuit ab eadem edoctus, sicut ex articulis meditationis, apud eundem descriptis, colligitur: cùm verò modus iste meditandi sit sublimis, & pauci toram vitam, & passionem sibi ex ordine notare possint, sufficit sola quindecim Capita, vel Mysteria vitæ Christi, ejusque S. Matris expendere. In gaudiosa parte considerantur quinque Mysteria vitæ Christi, & Virginis Beatæ à conceptione usque ad passionem; nempe Christi incarnatio, ejusdem gestatio ad B. Elisabeth, nativitas, præsentatio in templo, & duodenni in medio Doctorum inventio: indolorosa quinque Mysteria de passione, & doloribus utriusque; sudatio scilicet sanguinis in horto, flagellatio, coronatio spinea, crucis in montem Calvariæ baulatio, & crucifixio; in gloriosa demum totidem de glorificazione; nempe resurrectio Christi à mortuis, ascensio in cœlum, missio Spiritus Sancti, assumptio SS. Matris in cœlum, ejusdemque coronatio. Et hæ partes dici possunt separatim; sed tunc ad unamquamque dici debet Symbolum Apostolicum, quinque Orationes Dominicæ, & quinquaginta Salutationes Angelicæ. Hæc est genuina Rosarium recitandi formula, ab ipsa Virgine Maria Dominico tradita, ab Ecclesia Catholica confirmata, magnisque gratijs, & privilegijs aucta; & colligitur ex ipsa Rosarii definitione, suprà n. 1. ex Breviariorum desumpta. Hoc orandi genere magni sibi fideles comparant meritum, supra quod Sodales Rosariani etiam redduntur participes bonorum operum reliquorum Sodalium, & lucrantur quamplurimas Indulgencias.*

75 Tria ergo ad recitationem Rosarii requiruntur; primò certus numerus Orationum, secundò certus ordo, tertiò meditatio Mysteriorum, de qua redibit iterum sermo n. 202. Ne autem labilis memoria nostra sub oratione aliò divagetur, sed firmius meditationi Mysteriorum inhæreat, inventi sunt moduli, seu breves monitiones, quæ cuilibet decadi præmitti solent, quibus qua-

le Mysterium meditandum veniat, exponitur: jámque etiam laudabilis mos inolevit, ut in medio cuiusvis Salutationis Angelicæ Mysteria repeatantur: & quāmvis hoc ad recitationem Rosarii de rigore non sit necessarium, neque Romæ in Conventibus nostris observetur, cùm sufficiat, sine exteriori Mysteriorum expressione, sola interna eorundem meditatio; mos tamen iste mediis Salutationib⁹ Mysteria inferendi valde laudabilis est, & summopere, præsertim rudioribus, commendandus, quod facilius sibi eadem notent, & pro modulo suo ruminentur.

Quæres 1. circa numerum. Conficitne Rosarium, qui mo- 76
dicum quid v. g. unum *Pater noster*, vel *Ave Maria* omisit?

R. Qui modicum quid omittit, satisfacit quidem Sodalitati, & fit particeps bonorum operum reliquorum Sodalium, quia parum pro nihilo reputatur; quod verò aliquis fuerit negligentior plura omittendō, ed minus suæ satisfaciens obligationi, minusve capiet de bonis operibus reliquorum: an verò talis etiam lucretur Indulgentias, dicetur postea n. 439. ubi dicetur, probabilius esse, non dari parvitatem materiæ in Indulgentiis: ideoque semper est supplendum, quod fuit neglectum.

Quæres 2. an Rosarium efficiat, qui plura dicit *Pater* & *Ave*, 77
quām sit præscriptum?

Respondet ad hoc doctissimus SS. Theologiæ Magister noster P. Leonardus Fossæus lib. 2. de Rosario disc. 1. c. 3. ad finem, cuius verba in re tam delicata juvat audire: Respondeo inquit, si quis illō Orationum numerō non servatō, sex v. g. aut septem *Pater noster*, & quinquaginta aut sexaginta, *Ave* diceret; is vel facit hoc ex inadvertentia, distractione aut oblivione, quia videlicet nescit, aut dubitat, dixeritne tot, quot debet, an non? atque id. circa plura supra quinquaginta *Ave*, aut quinque *Pater* reiterat: & hic verum censebitur perfecisse Rosarium; quia secundum juris regulam, *Non habetur reiteratum, quod nescitur factum*: ut patet de Baptismate reiterato ex ignorantia *De Consecrat. dist. 4. Cum itaque & cap. si nullam*. Vel facit studiosè, atque datâ operâ: & hoc tripliciter: primò vel ad supplendam negligentiam, aut defectum sub precibus Rosarii admissum, puta, quia distractus aut mente vagus quinque *Pater* & quinquaginta *Ave* dixerat, ideoque velut in supplementum, aut recompensam defectus illius, adhuc unum, alterūmve *Pater*, aut quinas, denasve Salutationes addit. Secundò vel facit ob id, ut per residua illa *Pater* & *Ave* suum Virgini Rosarium, quod jam explevit, offerat, quod gratiūs pro

pro majori orantis devotione id accipiat; & in hoc utroque casu Rosarium censetur, valētque ad omnes Indulgentias, gratias, & suffragia, non secus, atque si quinque tantum *Pater noster*, & 30. *Ave* recitata fuissent. Exemplum in eo est, qui forte alteri ad 10. solidos obligatur: is, si duodecim ei hac intentione det, quod satisfacere pro 10. velit; tametsi ad libitum duos addat alios, sine controversia debitum solvit. Si verò duodecim ei det, non solvendi aut satisfaciendi, animò, sed complacandi, aut aliàs ad quippiam ei præstandum beneficii, non erit à debito absolutus, nisi alteri sic forte placuerit. Tertiò vel denique facit sic, quasi Rosarium majus velit, aut melius confidere, Virginique offerre, quam sit quinque decadum istud: & talis benè licet agat orandò; Rosarium tamen Virginis Deiparæ neutiquam orat: quippe qui modum & formam non servat eam, quam genuinum Virginis Rosarium petit. Unde nec etiam Indulgentias Rosario donatas promerebitur, sicut nec is, qui absque debita methodo, sive quinque decadum serie, Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam leđitaret. Ita Fossæus.

78 Quid jam de communi extra Ordinem nostrum dicendi modò tenendum, facile ex dictis deduci potest. Concedendum quippe est, sanctam esse devotionem, quâ Rosarium cum 6. decadis recitatur, ubi ad sextam duo *Ave Maria* de quolibet Mysterio revertuntur ad Supplementum, si forte priùs aliquid tepidiùs fuit persolutum: concedendum pariter, hoc modò orandò verum perfici Rosarium. Quòd si quis unà cum tertia Rosarii parte intendat perficere Coronam B. M. V. id est dicere 63. *Ave* ad honorem totidem vitæ Illius annorum, & ad sextam decadem adhuc tria *Ave* adderet ad eum modum, quòd in horum medio tres virtutes, seu tres gratiae postulantur, in parte quidem gaudiosa post verba *Iesus Christus adjungitur* 1. *Qui nobis augeat fidem rectam*, 2. *Qui nobis augeat spem firmam*, 3. *Qui nobis augeat charitatem perpetuam*: in dolorosa: 1. *Qui nobis intellectum illuminet*, 2. *Qui nobis voluntatem perficiat*, 3. *Qui nobis memoriam roboret*: in gloria 1. *Qui nobis dirigat cogitationes*, 2. *Qui nobis regat verba*, 3. *Qui nobis gubernet opera*. De tali jam dubitari potest, an verum recitaverit Rosarium; nam videtur velle majus, & perfectius confidere Rosarium, & per istud additamentum destruere formam illius: & talem orationem verum esse Rosarium negat ibidem Fossæus, assertque per eandem Indulgentias, genuino Rosario concessas, minimè obtineri. Fitque, inquit, ut, qui obtinet longiora orationis

tionis serie plus nititur, tandem minus habens inveniatur. Quibus proinde meritò dici potest illud Aggæi Prophetæ c. 1. *Respon-*
sistis ad amplius, & ecce factum est minus: In Italia quoque mo-
dus iste Rosarium simul, & Coronam B. M. V. recitandi reproba-
tur, nec a nostris Rosaria seu coronæ sex decadum cum tribus ul-
timis granis benedicuntur: invehitur etiam in eundem novissimus
P. Andreas Roth c. 1. n. 8. Qui ergo annos ætatis B. Virginis ho-
norare desiderat, dicat illa 63. Ave (vel 72. pro diversitate opi-
nionum) sed separatim à Rosario, nec unum cum alio confun-
dat; & fieri, ut servatâ formâ Rosarii, quam ipsa Virgo sacratissima
tradidit, longè tutius sperare possit, se Indulgentias Rosa-
rianas obtenturum. Ad modum quippe Psalterii Davidici, &
quidem in honorem vitæ, passionis, & Gloriæ Christi, ejusque
Parentis Sanctissimæ est ab eadem institutum Rosarium, ut di-
ctum est c. 1. §. 1. & 4. igitur tantum 150. Salutationes Angelicæ
interiectis 15. Orationib[us] Dominicis in dictum honorem dicendæ
sunt, neque humana curiositas hoc cælicum institutum corrigere,
& augere præsumat, præsertim cum recitatione solius Rosa-
rii obtineantur omnes Indulgentiæ Coronæ B. V. concessæ, ut di-
cetur n. 503.

Quæres 3. de ordine, an si, servatô quidem Orationum nu- 79
mero, non servetur ordo præscriptus, Rosarium conficiatur?

Respondet idem Fessæus ibidem, quod licet tutius sit, præ-
scriptum ordinem servare, cum Sixtus IV. in secunda Bulla con-
firmationis hujus orandi formulæ dicat, singulis decem Saluta-
tionib[us] Orationem Dominicam præponendam; tamen si quis ex
oblivione, anxietate, vel simili causa ordinem inverteret, & v.g.
seorsim 5. *Pater noster*, & iterum 50. *Ave Maria* separatim diceret,
verum censeretur confecisse Rosarium, essetque omnium bonoru[m]
communiū, & Indulgentiarum Sodalitatis particeps; secus ta-
men, si quis hoc attentaret ex contemptu, vel tanquam novam
formulam Rosarium orandi introduceretur.

§ II.

Quâ intentione debeat recitari Rosarium.

IN duobus secundum S. Joannem Damascenum consistit oratio, 80
in laude scilicet Dei, & petitione bonorum, *Oratio*, inquit S.
Pater, est mentis in Deum elevatio, per quam vel mala deprecamur,
vel bona nobis, aliisque perimus, vel Deo benedicimus. Hæc duo re-
peri-

periuntur etiam in Rosario, in quo Deo benedicitur, illique supplicatur, ut mala avertat, & bona nobis, aliisque tribuat. Ergo duplice intentione recitatur Rosarium, una, ut per hoc benedicatur Deus, altera, ut impetretur gratia.

81 Laudatur vero Deus in specialibus attributis, in miris operibus, in Sanctis, praincipiè SS. Virgine Maria, & hinc Rosarium recitatur in honorem Dei, in honorem vitæ, passionis, & glorificationis Christi JESU, in honorem quoque Mariæ Matris ejus Purissimæ, aliorumque Sanctorum Dei.

82 Recitatur præterea ad obtainenda beneficia, & secundum mandatum D. Pauli complebitur in se obsecrationem, orationem, postulationem, & gratiarum actionem, prout ipse scribit in prima ad Timotheum c. 2. v. 1. *Obsecro igitur primùm omnium fieri obsecrations, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.* Quæ exponit D. Thomas 22. q. 83. art. 17. c. 1. ubi, obsecratio, ait, est per sacra contestatio, sicut cum dicimus: *Per nativitatem tuam libera nos Domine.* Oratio est ascensus intellectus in Deum; Postulatio, petitio scilicet decentium à Deo; gratiarum verò actio additur tanquam ratio impetrandi ex parte nostra (sicut Sanctitas est talis ratio ex parte Dei, unde per eam illum adjuramus) quia de acceptis beneficiis gratias agentes meremur accipere potiora, inquit D. Thomas. Itaque in Rosario ascendimus ad Deum, Mysteria meditandò, ipsum in suis operibus, & Sanctis benedicendò: ab eo etiam pro nobis, & aliis decentia petimus, quæ, ut facilius impetremus, adjuramus ipsum per nativitatem, passionem, aliisque Rosarii comprehensa Mysteria; Beatissimæ insuper Virgini, aliisque Sanctis, in quorum veneracionem Rosarium dicimus, supplicamus, ut ea nobis suis preciis consequantur; & demum etiam Rosarium in gratiarum actionem pro acceptis beneficiis offerimus Deo, tanquam corundem largitori, Sanctis vero, tanquam nostris intercessoribus, ut ampliora obtaineamus.

83 Rosarium igitur, in quantum eō Deus benedicitur, recitatur principaliter in honorem SS. Trinitatis, unde illud sæpè à D. Alano vocatur Psalterium SS. Trinitatis: hinc in honorem vitæ, passionis, & glorificationis Christi, concomitanter vero etiam in veneracionem B. M. Virginis vitæ, compassionis, & in gloriam assumptionis; secundariò vero etiam in honorem Sanctorum, maxime eorum, quos in Tutelares, & Patronos nostros delegimus, potest offerri.

Ex parte petitionis, cùm secundum D. Thomam 22. q. 83. 84 art. 5. c. in oratione peti debeant aliqua determinata propter attentionem, cognitionem nostri desiderii, & ut ferventiùs fiat, principaliter quidem petenda nobis, & aliis est vita æterna secundum S. Jacobum c. 5. v. 16. *Orate pro invicem, ut salvemini, sicut & reliqua Oratione Dominicâ contenta, quæ ideo toties in Rosario repetitur.* Deinde consultum foret, si ad consequendas Indulgencias diceretur Rosarium pro S. Matris Ecclesiæ exaltatione, suppressione ejusdem hostium, & pace & concordia inter Christianos Principes stabienda. Demum alia bona, quæ nobis, & aliis dari, & mala, quæ averti petere decrevimus, poterunt singulatim exprimi, & Divinæ bonitati proponi. Quàmvis autem nemo audiat à suis orationibus aliquem excludere, sed omnes pro omnibus in communi secundum D. Paulum suprà citatum orare teneamus; Sodales tamen Rosariani adhuc specialiter preces Rosarii fundere debent pro reliquis Sodalibus, & Ordine Prædicatorum, ut dicetur n. 209. & sequent. Sufficit tamen pro illis ea postulare, quæ Oratione Dominicâ exprimuntur, nisi pro aliqua particulari persona, vel loco determinati aliquid petendum foret.

Offertur demum in gratiarum actionem, sed præcipue beneficiorum, quæ in Mysteriis importantur: deinde verò etiam in recognitionem aliorum particularium beneficiorum persolvendum venit.

Hæc in genere dicta sunt, specialium verò, & pulcherrimorum intentionum seu oblationum Rosarii varia adfert specimina non minùs eruditus, quàm devotus P. Leonardus Fossæus lib. 2. de Rosario disc. 5. quæ latè descripta in hæc pauca verba contraho.

Prima igitur quinquagena offerri potest in honorem vitæ tam contemplativæ, quàm activæ Christi, à conceptione usque ad passionem traductæ. Item ad honorem sanctissimi Corporis Christi, & singulorum ejusdem membrorum, puta, capitis, cordis, oculorum, aurium, oris, brachiorum, manuum, pedum, in quibus variis dolores, & miseras nostri causâ usque ad trigesimum tertium annum pertulit. Præterea etiam ad honorem sacratissimæ Animæ, & singularum potentiarum Illius, puta intellectus, voluntatis, memorie, aliorumque virium, quæ omnes nostro profectu deputavit, & internis passionibus subjecit. Secunda quinquagena offerri potest in honorem & gratiarum actionem passionis Jesu Christi, omniumque vulnerum, dolorum, illusionum, sanguinisque effusionum, quæ per quinque Mysteria dolorosa summatim

proponuntur. Tertia quinquagena offertur ad honorem Resurrectionis, ac glorificationis Christi, omniumque operum, quae à resurrectione sua peragere dignatus est.

87 Secundæ oblationis in honorem Christi modum proponit Catharina, cognomento pulchra, quæ teste B. Alanô per orationem Psalterii tempore, quod illud prædicabat D. Dominicus, mirè fuit conversa. Mulier hæc sancta primam quinquagenanam dicere solebat in honorem, & memoriam Passionis Iesu Christi Mentalis, quam à primo suæ conceptionis instanti in mente, seu sanctissima anima pertulit usque ad eam horam, quâ re ipsa eam sustinere cœpit. Secundum Doctores enim sacros totam passionem, omnésque cruciatus, qui ipsi à Judæis suò tempore inferrendi erant, à conceptione per totam vitam mente versabat, & quasi in mundissimo speculo, aut recentissima pictura intuebatur, unde nunquam in risum, benè tamen in planctum, & lachrimas resolvi visus fuit. Devota hæc oblatio, & memoria ita allubuit Salvatori, ut eidem in forma parvuli, habentis in capite coronam spineam, in humeris crucem, quinque stigmata in manibus, pedibus, & latere, ac totò penè corpusculo vulneratus appareret, illique diceret: En jam vides Passionem infantiae meæ, quam tu prima quinquagenâ honorasti: quam ego à prima mei conceptionis hora ad mortem usque tuli: quæ tanta fuit, ut si arenas maris universæ pueri forent, & quilibet eorum tantam haberet pœnam, quantum unquam omnes homines moriendô, nequaquam simul sumptiomnes meam, quam sustinui, angustiam adæquarent. Secundam quinquagenanam obtulit Christo in honorem ejus Passionis realis. Hinc eidem tanquam viræ effigie, quam sub Passionis tempus præ se tulit, comparuit, & dixit: Ecce vides, ô filia, quanta sustinui: tanta enim fuit Passio mea, ut si per cunctas divisa esset creaturas, omnes illæ simul morerentur, & interirent. Tertiam quinquagenanam dicere erat solita in honorem, & reverentiam Passionis Deitatis, id est, in honorem Deitatis, quæ humanitatib[us] Christi unita horrendas injurias, & contumelias perpeti dignata est. Propter hoc Christus transformatus in solarem claritatem, stigmatibus rutilantibus prædictæ mulieri apparens ait: Ecce! quanta patior pro te, cùm tamen Deus sim, & pro salute tua, ô filia!

88 In honorem quoque B. M. V. offerri potest pars gaudiosa, primò ad honorem statutus Virginitatis ante partum, seu totius viæ sacratissimæ traductæ à conceptione ejusdem usque ad ejus partum,

tum. Secundò in memoriam gaudiorum, dolorum, & laborum, quos experta est à tempore Annunciationis suæ usque ad tempus Passionis Christi, occasione ejusdem conceptionis, partus, reliquæque educationis, ac cum eadem conversationis. Tertiò hæc pars referri potest ad honorem omnium membrorum ejusdem castissimi Corporis, puta, cordis, quod ardentissimè semper Deum dilexit; Ocolorum, quibus Christum intuita est: aurum, quibus desideranter ipsum audivit; labiorum, quibus dulciter Deum osculata fuit: umerum, quibus largiter Deum aluit; ventris, quod leviter ipsum novem mensibus gestavit; brachiorum, quibus humanissimè Deum strinxit, & circumtulit; manuum, quibus fideliter Deo ministravit; capitis, quod devotè Deo inclinavit; genuum, quæ Deo frequentissimè flexit; pedum, quibus de loco in locum eum in humanitate transtulit. Item ad honorem sanctissimæ Mariæ Virginis animæ, omniūque potentiarum ejus, putta, intellectus, voluntatis, memoriae, concupisibilis, irascibilis, & motivæ, quibus omnibus Deo sanctissimè ministravit.

Pars dolorosa offerri potest in venerationem statutus Virginita 89 tis in partu, quam per eundem non amisit. Secundò referri potest in memoriam compassionis ejusdem, omniūque dolorum, lachrimarum, terrorum, & anxietatum, quas tempore passionis sui prædilecti Filii perpetua est. Pars demum gloria recitari potest in venerationem statutus Virginitatis post partum. Item in memoriam gaudiorum, reliquæque ipsius vitæ post resurrectionem Christi actæ, assumptionis in cœlum, ac gloriofissimæ in Reginâ cœli, terræque coronationis.

Quæ autem in quavis quinquagena convenienter peti posse 90 sint, discimus ex S. P. Dominico. Sanctus iste Patriarcha, ut scribit Alanus in Apologia cap. 8. indies tria dicebat Rosaria, sub quibus ferrea se catena flagellabat: primum quidem dicebat pro hominibus adhuc degentibus in mundo, de quo etiam legitur, quod, dum in domo Catharinæ Romanæ, è peccatrice in mulierem factam conversæ, & pœnitentis, morabatur, viderit in spiritu, illâ Psalterium Virginis pro vivis persolvente, venisse Christum formâ, & ætate, quâ erat tempore Passionis, ex cuius quinque vulneribus quinquaginta quinque fontes derivabantur qui totam Ecclesiam militantem sovebant, & irrigabant. Dum pro vivis petitur, peti potest pro bonis, ut Deus eos custodiat, & conservet, item ut eos semper in gratia virtutibus, & meritis proficere, & perseverare faciat, ac tandem ut præmium æternæ beatitudini-

nis percipiāt. Secundō pro infidelibus, ut ipsis Deus det fidēi notitiam, & ad se convertat. Tertiō pro Christianis peccatori- bus, ut Deus ipsis veram inspiret contritionem, & gratiam do- net veram agendi pœnitentiam.

91 Secundum Rosarium dicebat S. Pater pro animabus in Pur- gatorio detentis; vidi quippe in extasi prædicta, quod orante ea- dem muliere unam quinquagenam pro animabus, prodiērint ex membris parvuli JESU quinquaginta quinque flumina, quæ ad Purgatorium descendebant, ad quorum descensum animæ conso- labantur, in Dei laudes erumpebant, de pœnīsque eripiebantur.

92 Tertium Rosarium ordinabat in gloria Beatorum in cœlesti patria lætantium; quandoquidem ex omnibus tribus partibus Rosarii magnam gloriam capiunt, & jucunditatem. Hinc, cum similiter ficeret Catharina, conspexit Dominicus venire gigan- tem miræ magnitudinis sole clariorem, ex quo scaturiebant fon- tes quinque, de quibus prodibant quinquaginta quinque flumi- na, quæ, cum ad cœlum mirabilē modō ascenderent, totum cœle- stem Paradisum tanta suavitate, quæ ijs inerat, irrigabant, ut de illis Angeli, cunctique Beati reficerentur, magna aviditate potarent, ac pro eis grāias immensas Deo redderent. Scribit quoque Alanus, quendam in superna raptum, vidisse ibidem tres Civitates, unam ex auro & argento, alteram ex omni genere pre- ciosorum lapidum, tertiam ex clarissimis stellis constructam, in quibus tota cœlestis curia lætabatur, ac Deum mirificè laudabat. In his Civitatibus tres Rosarii partes bellō modō erant repræsen- tatæ.

Modus recitandi Rosarium.

93 **A**Liūm adhuc Rosarium dicendi modum ipsa Virgo Maria hu- jus devotionis Institutrix B. P. Dominico revelavit, qui ad omne malum repellendum efficacissimus, & pro omni bono asse- quendo convenientissimus est, hinc eundem Dominicus frequen- ter in suis concionibus exponebat. Modus in hoc consistit: Pars gaudiosa dicitur in honorem sacratissimæ Incarnationis Christi JESU, quatenus ipse per suam Incarnationem, sanctissimam con- versationem, & vitam suam, quam annis triginta tribus duxit hic in terris, det & nobis sancte vivere, sancteque secundum Divi- num beneplacitum suum conversari. Secunda pars, seu doloro- sa, refertur in memoriam, & reverentiam passionis, & mortis suæ, & petitur in ea, ut per passionem, & mortem suam concedat no- bis

bis gratiam sancte moriendo. Gloriosa denique offertur ad reverentiam, & gratiarum actionem septem divinorum Sacramentorum, quæ ex prædictis duobus Mysteriis Incarnationis, & passionis Christi pomanant, adjunctâ petitione, ut Dominus Jesus donet nobis eadem Sacraenta in debita veneratione habere, iisque in nostrarum salutem animarum salubriter, & fructuosè uti, ut per ea ad æternam felicitatem pertingere mereamur. Hæc P. Fossæus subministravit. Quidam adhuc oblationis modus adferetur infra n. 666.

Monet autem perbene idem Author, quod cuilibet integrum 94 sit, unum ex propositis, aut plures simul eligere, ac commendatas intentiones formare. Nec etiam opus est, prædicta semper actu ruminare, licet hoc multum expediret; sed satis est, virtualiter ad ea attendere, aut saltem generaliter sibi proponere, velle se has Rosarii partes persolvere in Dei gloriam, sanctissimæ Matris, & Sanctorum honorem, sicut legit, vel audivit aliquando; aut ad eum modum, quod devoti eas dicere, & ordinare solent. Quod pacto & illi, quibus isti psallendi modi nunquam innotuerunt, intentionem suam in intentione aliorum, qui modos istos expressè servant, virtualiter inclusam habent: prout in simili docet S. Thomas 22. quod fides minorum & simplicium includatur in fide majorum, loquendo de iis credibilibus, quæ omnibus expressè credenda non proponuntur.

§ III.

Modus publicè, solemniter, & choraliter orandi Rosarium in Ordine Prædicatorum usitatus.

AD essentialem, & genuinam Rosarii formam, quam *S. I. de-* 95 *scripsi*, solent adhuc nonnullæ preces per modum externi ornatus addi, maximè dum illud publicè recitatur; & licet istæ in rigore nec ad Indulgentias consequendas, nec ad communionem bonorum operum sint necessariae; ad devotionem tamen, & ædificationem multum conducunt, unde à devotis etiam solent in privata oratione adhiberi.

Primo ergo fit à Sacerdote, vel alio, qui præorare habet, in 96 tentio clarâ voce, v. g. *Modò orabimus talēm Rosarii partēm*, quam denominat, v. g. *gaudiosam*. Si placuerit eam aliquo ex prædictis modis in Dei, & Sanctorum honorem offerri, dicere poterit: & *banc*

banc offerre volumus in honorem SS. Trinitatis, vitæ Christi à conceptione usque ad passionem actæ, sicut & in honorem B. M. V. & in memoriam gaudiorum, dolorum, & laborum, quæ in conceptione Christi, ejusque educatione senserat, ac ex conversatione cum eodem traxerat: in honorem pariter D. Dominici, hujus vel illius Sancti, cuius nomen poterit apponi, & omnium Sanctorum. Item in gratiarum actionem beneficiorum, quæ nobis Christus per suam Incarnationem, & reliquam vitam contulit, quæ in hac gaudiosa Rosarii parte commemo-rabimus; item beneficij talis vel talis. Oratione autem bac bumillimè à Divina Majestate postulabimus, ut Deus per Christum, Beatissimam Virginem, Sanctos N. N. totamque cælestem Curiam nobis concedat veniam delictorum, meritamque pœnam remittat virtute Indulgentiarum, quas lucrari intendimus. Quare, ut magis dispositi simus, elicitemus contritionem de omnibus peccatis nostris, & preces nostras fundemus pro exaltatione S. Matris Ecclesiæ &c. Item specialiter pro reliquis Sodalibus vivis, toto Ordine Prædicatorum, nec non pro reliquo omnibus, sive illi boni, sive malis sint, ut ea nobis, O Deus! tribuas, pro quibus in Oratione Dominicâ supplicamus (poterit hic supplicatio fieri pro obtainendis certis bonis, & avertendis malis, at pro conservatione frugum &c. Deinde, ubi moris est, poterit quosdam speciatim commendare, v. g. infirmum aliquem, in angustiis positum &c. qui se in preces commendarunt.) Volumus pariter hanc oratione succurrere Animabus in Purgatorio, specialiter Sodalibus &c. (Si nempe velit aliquis valorem satisfactorium iis transscribere, si vero velit etiam alicui applicare Indulgentias, eam denominet secundum n. 447.) demum offerimus hoc Rosarium pro quibus, & eod modo, quod velit nos Deus debere orare. Formula huic addi, vel detrahi potest secundum cujusque genium, & devotionem.

97 Flexis deinde genibus, formatâ cruce, incipit Antiphonam
Salve Regina, quam ipsis articulatim præorante populus prosequitur: terminata hac immediate sequuntur Litanie Lauretanæ, in quibus post ultimum versum. **Regina Sanctorum omnium** in Ordine nostro repetitur bis, **Regina Sacratissimi Rosarii**, **ora pro nobis**. Post Litanias collecta.

Oremus.

Supplicationem servorum tuorum Deus miserator exaudi, ut, qui in devotione Sacratissimi Rosarii Dei Genitricis, & Virginis congregamur, ejus intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per suudem Christum Dominum nostrum R. Amen.

Jam dicitur Symbolum Apostolorum , postea ante quamlibet decadem , seu quodvis *Pater noster* proponitur breviter Mysterium meditandum : modi autem ista proponendi sunt planè diversi , & in quovis libello alii reperiuntur , mihi præprimis placent , quos in quodam libello italico , ab aliquo Sacerdote Ordinis nostri Tarvisii 1676. edito , reperi , quos etiam apponam . Post *Pater noster* dicuntur in nonnullis locis duo versus scilicet *Gloria Patri* &c. & *Sicut erat* &c. quod etiam habet Venturini . His dīctis sequuntur jam 10. *Ave Maria* , in quarum medio , pro juvanda memoria , Mysteria ad meditandum suscepta exprimuntur . Extra Ordinem nostrum multi Antiphonam & Litanias dicunt post Rosarium , hæc tamen est accidentalis , & parvi momenti diversitas .

Ut choraliter recitetur Rosarium , debet una pars hominum 98 incipere unam decadem , & dicere Symbolum usque ad articulum 8. *Credo in Spiritum sanctum* ; *Pater noster* usque ad *Panem nostrum* , Salutationem Angelicam usque ad *Santa Maria* exclusivè ; alteram verò partem reliquus chorus prosequitur . Finita primâ decade , secunda pars vel chorus incipit alteram , primam orationum partem dicendō , secundam verò partem absolvit chorus primus , & sic de reliquis discurrendō . Ad constituendos choros subinde Ecclesia dividitur in duo latera per medium , subinde per longum in duas partes , ita ut à majori ara usque ad medietatem sit prima pars chori , à medietate Ecclesiae usque ad portam alteram . Subinde solus Sacerdos agit unam chori partem , & populus alteram , & tunc medium orat Sacerdos , reliquum verò populus persolvit .

Cum ergo Rosarium ad modum Divini Officii possit cum so-99 cio & choraliter dici , etiam in hujus recitatione eadem observari debent , quæ in recitatione Divini Officii observantur . Certum itaque est , quòd Rosarium possit recitari cum socio , ita ut unam medietatem unus dicat , alter priore audiente alteram , nam censetur aliquis etiam legisse & orāsse , quod ab alio legi & orari audit . Sicut autem ille non posset dici recitasse Breviarium , de quo ipse solus nihil oravit , sed totum ab alio dictum audit , ita nec , qui totum Rosarium audit ab alio recitatum . Requiritur ergo , ut quivis suam partem recitandō absolvat , & se invicem intelligant , si uterque recitet ex obligatione : quod enim quis nec per se profert , nec intelligit alterum proferentem , censetur illud omisisse . Nec satisfacit , si Sodalis audiat quidem alterius vocem , vel aliquod confusum murmur ; in quo casu non sufficit recitare mentaliter

ter alteram partem, ut dicetur n. 220. Nec Rosarium debet dici præpropere, nempe incipiendō antequam alter finierat; si enim hoc liceret, tunc centum quinquaginta homines possebant integrum Psalterium spatiō unius salutationis Angelicā persolvere, si nempe quivis eodem tempore unam diceret salutationem, quod asserere prorsus est in dignum & impium. Cum ergo, quod socius dicit, idem sit, ac si ipse dixisset, sequitur quod id, quod socius omisit, etiam censear ipse omisisse, nisi suppleam: unde deligendi sunt tales socii, qui omnia proferant, nec alterum præveniant. Sufficit autem, si ipse devotè audiat, licet alter indevotè absolvat; si tamen habeat animum orandi, si enim intendat nugari, nugas mihi communicabit, non preces. Non requiritur, ut socius sit Sodalis, nam & Horæ Canonicae dici possunt cum eo, qui ad illas non obligatur, & tunc quidem socius non tenebitur audire, & intelligere Sodalem, bene verò Sodalis alterum. Plura similia de Breviario videantur in Authoribus, eaque Rosario applicentur.

100

Sequitur jam, quodd, dum choraliter dicitur Rosarium, nemo debeat alterum prævenire, sed omnes uno ore, & corde orare oporteat; debeat quoque unus chorus alterum intelligere in majori parte verborum, & quoad sensum, licet subinde unum vel alterum verbum, vel etiam integrum propositionem aliquis non intelligat, hunc enim particularem, & parvum defectum integrum supplet communitas. Cum autem hoc procurari nequeat, ut, dum magna multitudo simul orat, omnes eandem sylabam eodem momentō exprimant, hinc sit, ut communiter alii citius, alii tardius orent, & consequenter omnes intelligi nequeant: sufficit tamen in eo casu, si quivis saltem unum ex altero choro majori ex parte intelligat, secus re verā tenetur etiam illud apud se repetere, quod ad alterum chorū spectat. Sufficit præterea, si quis suam partem ita submissè oret, quodd saltem ab iis, qui penes ipsum sunt, intelligatur; imò etiā à nemine percipiatur, dummodo tamen omnia proferat, & reliquum ab aliis audiat, integrum recitat Rosarium; quamvis semper melius sit, etiam suam partem aliis communicare, cum etiam sibi habeat communicatam ab aliis: sicut, inquit Candidus noster tom. 2. disq. 25. art. 24. n. 3. si Religiosus in choro ita suos versiculos recitet submissè, quod non audiatur ab aliis, audiat tamen ipse socios canentes alteram partem, censetur recitasse Divinum Officium, & satisfecit obligationi Officium dicendi private, sed choro non fecit satis, quod
ver.

vosè ostendit Cajetanus tom. 1. Opusc. tract. ult. respons. 8. Si enim sufficeret medium recitare submissè, & medium audire, possem medium matutinale Officium solus in camera dicere, & deinde audire aliquem legentem reliquum, quod est ridiculum. Hoc tamen Sodales non tangit, cum non teneantur Rosarium choraliter recitare.

In dicenda Salutatione Angelica est quædam parva diversitas. 101
 Cùm etenim Innocentius VIII. annò 1488. concesserit Indulgen-
 tiā 5. annorum & totidem quadragenarū iis, qui recitandō Ro-
 sarium in fine c̄t̄uslibet Salutationis Angelicæ nomen JESU no-
 minaverint: Concilium verò Avenionense aqud Fossæum lib. 1.
 dise. 7. c. 1. cuilibet per clausulam istam JESUS Christus Salutationē
 Angelicam terminanti indulserit 50. dies Indulgenciarū. Hinc fit,
 quod quidam finitā Salutatione SS. Nomen JESU pronuncient.
 At contrà P. Roth c. 6. n. 2. ait esse hoc mutatum, ita ut modò
 hoc SS. Nomen ad consequendas Indulgencias non dicatur in fine;
 sed, dum Rosarium choraliter dicitur, ingeminetur in medio,
 ita ut unus chorus medietatem Salutationis terminet his verbis:
Fructus ventris tui JESUS, & alter chorus idem SS. Nomen repe-
 tendō dicat: *JESUS, Sancta Maria &c.* In aliis locis verò profe-
 runtur ab uno choro ambo SS. Nomina *JESUS Christus*, & alter
 chorus inchoat alteram medietatem à verbis, *Sancta Maria &c.*
 Ad hujus tamen notitiam sciendum est, quòd licet Salutationi
 Angelicæ addita fuerint à S. Matre Ecclesia verbâ illa posterio-
 ra *Sancta Maria Mater Dei orapro nobis peccatoribus annò 431.*
 (ut scribit Baronius tom. 5. ad istum annum) in detestationem
 hæresis Nestorianæ, eò annò in Concilio Ephesino damnatae,
 quæ negabat B. Virginem Deum genuisse, ac propterea non *Dei-*
param, sed Christiparam vocari debere affirmabat: nihilominus
 tamen (si Mabilonio citato à Gregorio Ripell lib. de cærem. Eccles.
 p. 3. c. 4. n. 15. credimus) sola prima Salutationis Angelicæ pars
 sine prædicto additamento communiū dicta fuit usque ad sæcu-
 lum XVI. quòd jam usus prædictorum verborum cœpit latiū pro-
 pagari, ac paulò post communiter receptus est, quibus tandem
 S. Pius V. postrema illa: *Nunc & in hora mortis nostræ, Amen.* ad-
 jecit. Ergo ante sæculum XVI. desinebat communiū Salutatio
 Angelica in hæc verba: *Fructus ventris tui*, quibus adjunxit Urbanus IV. *JESUS Christus. Amen.* pro quo conceduntur Indulgen-
 tiæ in dião Concilio Avenionensi. Quare & Innocentius VIII.
 per finem Salutationis intellexit verba *Ventris tui*, quibus SS. No-

men *JEsus* adjungi desideravit: & ita ad consequendas Indulgencias hoc SS. Nomen *JEsus* nostris temporibus non debet dici in fine Salutationis, sed post dicta verba S. Elisabethæ in medio; in secundo tamen, & tertio modo orandi choraliter Salutationem Angelicam oportet se consuetudini loci, in quo degitur, conformare.

102 Congruenter verbis S. Elisabethæ apponuntur ambo SS. Nomen *JEsus Christus*, quia utrumque in primo statim Incarnationis instanti Incarnato Verbo competebat. *JEsus* seu *Salvator*, quia, licet nos primò moriendo redemerit; Salvator tamen jam tunc erat, qui venerat ad salvandum. Alterum Nomen B. Bonaventura apud Ludovicum Granat. in *Meditationibus vita Christi* medit. 6. Sic præclarè interpretatur: *Habeat sibi, quod dicitur Christus, id est unctus, & bene: unctus enim est in prophetam, & claruit in doctrinæ eruditio; in pugilem, sicut patuit in diaboli debellacione; in Sacerdotem, sicuro ostendit in Patris reconciliatione; in Regem, sicut monstrabat in præmiorum retributione.* Fuit autem statim in illo instanti donum prophetae in Christo, & plenitudo scientiarum, cum fuerit plenus gratia, & veritate Joan. I. ut docet D. Thomas 3. p. q. 7. art. 8. & q. 34. art. 2. Fuit etiam tunc Pugil, cum debellaturus dæmonem advenerit, à cuius potestate adhuc materno utero inclusus, Joannem Baptistam mundando eum à peccato originali, liberavit: fuit Sacerdos, ut ex Patribus ostendit Cornelius à lapide in comment. Epist. ad Hebreæ. c. 9. ad v. 11. tandem Rex & caput hominum, & Angelorum. D. Thomas 3. p. q. 8. Sequitur jam formula Rosarii.

Pars Gaudiosa.

103 In primo Mysterio gaudioso consideremus devotè, & adoremus Æterni Patris Filium, qui amore nostri operante Spiritu Sancto factus est homo, & in purissimo B. Virginis utero conceptus.

Pater noster &c. Ave Maria &c. JEsus Christus.

Quem Virgo concepisti.

In 2. Mysterio consideremus dovitè, & adoremus Christum visitantem, & sanctificantem suum Præcursorum Joannem Baptistam, antequam nasceretur.

Quem visitandæ Elisabeth portasti

In 3. Mysterio consideremus devotè, & adoremus Salvatorem nostrum à B. Virgine maxima cum gudio, & sine dolore natum

tum, sed tempore gelido, in extrema paupertate, in stabulo vi-
delicet, collocatum non in molli lecto, sed super scenum in pre-
sepio, nihilominus tamen ab Angelis adoratum.

Quem Virgo genuisti.

In 4. Mysterio consideremus devotè, & adoremus Divinum
Pusionem presenteratum in templo suo Æterno Patri, à sua san-
ctissima Matre. O quām grata fuit Ipsí hæc oblatio! Ipse igitur
Christus se Æterno Patri ad obediendum Ipsí usque ad mortem
crucis, & ad redimendum mundum obtulit.

Quem Virgo in templo presenterasti.

In 5. Mysterio consideremus devotè, & adoremus Christum,
qui duodenus ad ostendendam suam sapientiam voluit remanere
in templo, per tres dies magno cum dolore à sua SS. Matre, &
Nutritio Josepho quæri, & tertia die magno cum gaudio in me-
dio Doctorum inveniri.

Quem Virgo in templo invenisti.

Pars Dolorosa.

In 1. Mysterio doloroso consideremus devotè, & adoremus
Christum in horto mæstum, & pre angustiis sanguinem sudan-
tem, & orantem; considerando magna illa tormenta, quæ pro
peccatis nostris nocte illa, & die sequenti debeat sustinere.

Qui pro nobis sanguinem sudavit.

In 2. Mysterio consideremus, & adoremus Christum alliga-
tum columnæ, flagellatum à planta pedis usque ad verticem ca-
pitis, ulceribus plenum, totumque suo sanguine undequaque
profunde cruentatum.

Qui pro nobis flagellatus est.

In 3. Mysterio consideremus devotè, & adoremus Christum
spinis coronatum, caput arundine percussum, ligatis oculis, fa-
cie sputis infectâ, ob peccata nostra maximè superbiam, jactan-
tiæ, vanam gloriam, ambitionem, & invidiam derisum.

Qui pro nobis spinis coronatus est.

In 4. Mysterio consideremus devotè, & adoremus Christum
condemnatum ad mortem, portantem suam crucem in montem
Calvariae, & sæpè sub tanto pondere in terram corruentem.

Qui pro nobis crucem bæjulavit.

In 5. Mysterio consideremus devotè, & adoremus Christum
inter duos latrones cruci affixum, ex omni parte afflictum, &

*Caput III. In quo describitur
tandem inter gravissimos dolores mortuum: dolorēmque B. Vir.
ginis adstantis contempletur.*

Qui pro nobis crucifixus est.

Pars Gloriosa.

In 1. glorioso Mysterio consideremus devotè, & adoremus Christum tertią die à mortuis resurgentem. O quantum gaudium attulit suis SS. Apostolis, sed specialiter suæ SS. Matri, dum eis sapientius gloriosus apparuit, ac cum eis de cœlesti regno dulciter est sermonicatus!

Qui à mortuis surrexit.

In 2. Mysterio consideremus devotè, & adoremus Christum ascendentem in cœlum, ab Angelis, & animabus è limbo libertatis, dulcè cantantibus & jubilantibus circumstipatum, jam verò in gloria ad dexteram Dei Patris sedentem, & à tota cœlesti curia salutatum.

Qui in cœlum ascendit.

In 3. Mysterio consideremus devotè, & adoremus Christum mittentem Spiritum S. suæ SS. Matri, & SS. Apostolis in die Pentecostes, quando simul in uno cubiculo congregati orationi, & contemplationi vacabant.

Qui nobis Spiritum S. misit.

In 4. Mysterio consideremus, & devotè adoremus Christum suæ SS. Matri in agone constitutæ assistentem, cui tantum Divinum amorem infudit, ut præ ardore animam in manus Ipsi⁹ redideret, quam postea tertią die à mortuis resuscitavit, & ineffabilis majestate ac gloriâ in cœlesti regnum transvexit.

Qui Te in cœlum assumpſit.

In 5. Mysterio consideremus devotè, & adoremus Christum coronantem suam SS. Matrem in Reginam omnium Angelorum & Beatorum. O quis poterit explicare lætitiam, ac solemnitatem illam, quam Angeli & Beati in suæ Regniæ coronatione fenerant, & agebant!

Qui Te in cœlis coronavit.

104 Noster P. Justinus Miechoviensis adhuc post quamlibet decadem unam ponit oratiunculam, quæ cum in aliquibus locis sit in usu, etiam eas hic exhibeo, ut si forte cui arriderent, possit pariter earum usum assumere.

Post 1. decadem cujuslibet partis subjungitur: *Decies millies laudent, glorificant, & benedicant Te, ô Sanctissima Virgo Maria!*

omnes Sancti Beatorum Spirituum ordines; cum quibus speramus Te aliquando videre, collerique in cælo.

Post 2. Vicies millies &c. ut antè, omnes S. Patriarchæ & Prophetæ; cum quibus speramus &c.

Post 3. Tricies millies &c. omnes S. Apostoli & Evangelistæ; cum quibus &c.

Post 4. Quadrages millies &c. omnes SS. Martyres & Confessores; cum quibus &c.

Post 5. Quinquagies millies &c. omnes S. Virgines & Viduæ; cum quibus &c.

Orationes dici solitæ post Rosarium!

seu gratiarum actio.

Agimus tibi gratias Omnipotens Deus pro universis beneficiis ta-105
is, quæ nobis per Mysteria hæc gaudiosa, dolorosa, gloria exhibi-
sti, quivivis, & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

O dignissima Mater Dei, Beatissima Advocata nostra, O Virgo
Maria! Suscipe hoc Rosarium, quod Sanctissimæ Trinitati, cœlesti-
que Exercitu, specialiter verò tibi in laudem, & honorem nunc or-
avimus: offer illud dilectissimo Filio Tuo JESU Christo pro Christiano-
rum Principum concordia, bæresum extirpatione, ac S. Matris Ec-
clesiæ Catholicæ exaltatione, pro felicitate (Domus v. g. Austriacæ)
actotius Christianitatis, pro omnibus vivis, & defunctis Fratribus,
& Sororibus, totiusque Confraternitatis, pro salvis, & infirmis, pro
captiis, & offictis, pro nobis famulis, & famulabus tuis. Ora pro
nobis, O Regina SS. Rosarii! ut semel, & simul omnes post hoc exili-
um Tecum, & omnibus electis feliciter in patria cœlesti vivere, & sine
fine gaudere valeamus. Rogamus Te, Omnipotens Deus! dignare SS.
Rosarii veneranda Mysteria, quæ à Tua fideli Ecclesia in honorem
Deiparæ, semp̄erque Virginis Marie electa, & custodita fuisse, be-
nignissime respicere, ut omnibus, qui in Te sperant, gratiam auxilii Tui
præstes, & virtutem Mysteriorum obtineamus, orationisque effectum,
per JESUM Christum Dominum nostrum Amen.

Maria Virgo perpetua, cum sua Prole piâ, benedicat, & custo-
diat nos omnes, à repentina, & improvisa morte, & ab omni periculo
liberet nos Deus Pater, + Filius, + & Spiritus Sanctus, + benedi-
ctum sit nomen Domini nostri JESU Christi, & nomen Sanctissime Vir-
ginis Marie Rosarii Patronæ; Sanctus Pater Dominicus, totaque
cœlestis Curia sit laudata per omnia sæcula sæculorum, Amen.

CAPUT IV.

De meditatione Mysteriorum SS. Rosarii.

Multieruditè, sed variè de meditatione Mysteriorum SS. Rosarii, unicò Sodalitatis scopò, differuerunt, prout nempe quemlibet eorum illuminaverat Spiritus Sanctus; hæ tamen meditationes pañim sublimes sunt, & captum rudiorum excedunt, ideo in præsenti capite adnitare talem meditandi modum describere, quem possint etiam illiterati comprehendere.

§ I.

De devotione ad recitationem Rosarii requisita.

106



Uo ad debitam Rosarii recitationem requiruntur, unum, quod reliquibus precibus est commune, alterum soli Rosario proprium. Commune est devotio, ad quam ex parte animi necessaria est mentis collectio, ex parte verborum, corundem debita prolatione. De illa cum innumeri libri jam extent, sufficiet ea solum audire, quæ laconice scripta Ven. Humbertus noster Expositionis Regulæ S. Augustini c. 46. Cordis evagatio, ait, in orationibus aliquando accedit ex infirmitate humana, aliquando ex negligentia, aliquando ex proposito: licet autem totum sit reprehensibile; tamen tertium magis, quam secundum, & secundum magis quam primum. Item sunt quædam cogitationes cujusdam necessitatis, sicut cum incumbit aliquis in aliquid, de quo oportuit eum cogitare; Sap. 9. *Deprimit terra in habitatio sensum multa cogitantem*; aliæ vanitatis, Psal. 93. v. 11. *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt*; aliæ iniquitatis, Sap. 1. *Perversæ cogitationes separant à Deo*: in oratione ergo cavendum est à primis, sed plus à secundis, plus à tertiosis. Item quædam oriuntur ex immissione dœmonum, quædam etiam ex culpa præcedenti, ut cum quis ante orationem adeo est vagus

vagus, quod illà occasione occurrant ei orandò, sicut & in somniando, quæ ipsum impediunt; quædam ex culpa præsentí, ut cùm quis dicendò officium se occupat in aliis: primum malum, secundum pejus, tertium pessimum. Item in orando occurrunt quandoque cogitationes utiles, & de pertinentibus ad orationem, ut cùm occasione alicujus verbi occurrentis in oratione cogitat quis aliquid utile ad sermonem; quandoque & impertinentes, & inutiles, imò quandoque nocivæ: primæ habent aliquam excusationem, secundæ minorem, tertia minimam. Multum igitur debent omnes, & maximè Religiosi, dare operam, ut orandò versetur in corde, quod profertur in ore. Hucusque Humbertus.

Ex parte prolationis verborum requiritur, ne verba impertinentia inserantur, & ut verba orationis omnia integrè, & debita cum mora proferantur. Cùm verò preces Rosarianæ soleant à plerisque nimis celeriter, & præcipitanter dici, oportet, ut contra hoc vitium latius agam, illiusque turpitudinē vivis coloribüs de pingam. Sub initium, dum aliquis consuetudinem celeriter orandi in se jam inchoatam advertit, & non emendat, lingua sensim ita volubilis, & lubrica efficitur, ut in orando curat sine modo, mentem præveniat, & non nisi maxima cum difficultate possit regi: si nec hic frœnetur, incipiuntur absorberi syllabæ, à syllabis proceditur ad verba, inde corrumpitur sensus verborum; tandem fit, ut homo hoc ipsum, quod communius usu cum aliis loqui deberet, non nisi præcipitanter proloquatur, nec quicquam amplius possit legere competenter. Quod si vitiò præcipitanter insestum cum aliis clarâ voce orare contingat, verba præire nequit, & erubescit, cùm mira, & trunca verba sine ullo sensu proferat. Hinc eos alii non intelligunt, nec possunt assequi orandò, sed aut pariter aliqua verba omittere debent, & ita paulatim etiam ad properantium disponuntur, aut longius protrahunt orationem; ex quo magna generatur confusio, dum alias tardius, & decenter, alias celerrimè idem pronunciat, ut in fine nec alter alterum intelligat, nec ullus verum conficiat Rosarium, & per consequens nemo Indulgentias consequatur. Ulterius adhuc progressit præcipitanter malitia. Præcipites, cùm non credant alios tardioris, & gravioris linguæ esse, eorum morositatem subsanant, eos sine misericordia ad cursim orandum urgent, & impellunt, ut illis vix moram respirandi concedant, ex quo non potest non aliquis in pectore dolor sequi, & ita præsumunt alios cogere ad pecundum: & quod pessimum est, ex quodam affectato zelo nonnulli

Hi frequenter ad publicas preces comparent, ut frequentius pos-
sint devotionem, & orationem turbare. Ex talibus nauci homi-
bus progreditur ardens infernalis titio, qui reliquis orationis so-
ciis idem præcipitantiæ vitium inurit, qualis visus fuit è pectore
cujusdam, dum cum aliis clarâ voce, sed verba absorbendâ, ora-
bat, prorumpere, & in socium inflammandum profilire, qui & ipse
eodem modō truncando verba properabat, prout è Cæsario refert
Penequinus in Isagog. p. 3. c. 14. n. 3.

108 Et hi afferere adhuc audent, præsertim qui celerrimè quidem
orant, omnia tamen distinctè proferunt, se in hac celeritate ma-
gnam sentire devotionem, quam se sub debita mora habere ne-
gant. Videamus autem, an ita sit, ut dicunt. Qui devotè orat,
mentem in Deum elevat, nec circa aliud cogitationes ejus occu-
pantur, sed totæ in Deo absorbentur: præcipitum verò tota co-
gitatio in eo est, ut citius fuiant. Orationis, & devotionis esse-
tus est quædam dulcedo spiritualis in mente relictæ, præcipitum
verò mens non dulcedine, sed amaritudine plena est, unde fini-
tâ oratione de earum prolixitate queruntur; si forte cum aliis ora-
verint, etiam sub ipsis precibus adversus alios indignantur, eos
que postea, quod nimium verba, & orationem protraxerint, cri-
minantur. Non ita agit, qui spiritualem illam degustavit dulce-
dinem; non satiatur hic oratione, sed difficulter ab illa divelliatur,
unde Sancti multas horas orandô, & meditandô insumpserunt.
S. Vincentius Ferrerius, quò prolixius occurrebat Officium diei,
eo magis de illo latabatur, nec adversus prolixitatem murmura-
bat. Alius devotionis effectus est vita melior, & in rebus spiritua-
libus zelus quidam, & fervor: præcipites verò quemadmodum in
orando, ita & in cæteris pietatis exercitiis repent, & languent;
omnia perfundorè, & quadam tristitia obeunt, unde mores eo-
rum non sunt undequaque, prout deberent, benè compositi.

109 Ab his non longe distant, qui ex hoc turpi vitio planè virtu-
tem formant, eāmque agilitatem linguæ appellant. Similia ta men-
dicta aliunde non veniunt, nisi ex cæcitate mentis, quā se jam
ostendunt obtenebratos. Si velint scire, quā matre præcipitan-
tia generetur, dicam eis, ex vitio capitali acediæ, quæ D. Tho-
mæ est iædium bene operandi, & tristitia de re spirituali, I. p. q. 63.
art. 2. ad 2. Discutiant mentem, & investigent causam genuinā,
cur ita orantes festinent; & nullam aliam reperient, quām quod
oratione minimè delestantur, sed illam fastidian, ac propterea
quām velocissime ab illa se expedire conentur. Dic sodes, si co-
ram

ram Pontifice, Cæsare, aliōve Principe causam capitū tui ageres,
& grave dānum à te, tuisve propulsare velles, ita luridē, festi-
ne, p̄cipitanter verba perorares, truncares? cum verò oras, non
summum Principem, & Regem Regum alloqueris, non grati-
am finalē, felicem mortem, vitam aeternam postulas? Credē
mihi; licet Deus sine verborum sono cordis tui vota cognoscat;
vult tamen nihilominus, ut tu eadem summā demissione verbis
exterius modō competenter prolatis proponas.

Aliud longè de hac celeritate sentiunt Sancti Patres, & A. **110**
scetæ, qui unō eam ore detestantur. Unum vel alterum accipe.
S. Bernardus in Speculo de orante dicit: *Omnium, quæ in oratione
dicuntur, usque ad unam literam se pro certo noverit debitorem.* A-
crius scribit Thomas Kempensis Operum parte I. serm. 6. serè toto
in hoc vitium, & inter alia de Religioso curriculo psallente in
choro ait: *Adest citò, (demon) ut versum ex ore torpentis rapiat,
& in sacculum suum verborum fragmenta jactet;* & paulò post: *Si
Deum non times, nec Angelos revereris, nec fratres tuos scandaliza-
re erubescis; quare diabolum tibi insidiantem non metuis, quia omnia
verba neglecta, & imperfecta in charta sua cautè describit,* nempe
olim in judicio contra te proferenda? In hanc rem scribit Jacobus de Vitriaco Cardinalis Hist. occid. c. 34. demonem in hume-
risonustum faccō, plenō syllabarum in Horis Canonicis ex nimia
properantia omissarum, à quodam Viro Sancto visum. Plura in
Collo thuris Patris Joannis Nadasi S. J. Authoribꝫque ibidem
citat̄ perquire, & invenies, quæ satis stupeas, tēque timore sa-
lubri percellant.

Hoc licet agnoscant alii melioris vitæ Christiani, putant ta. **111**
men sibi licere, dum alijs occupationibꝫ obruuntur, recitationem
Rosarii accelerare: sed & hos corripit Deus. Inter exempla
Rosariana de Moniali prohibetur, quæ longō tempore magnâ de-
votione Rosarium recitabat: impositum deinde ipsi fuit officium,
cujuſ administratio magnam diei partem sibi vendicabat; quare
jam Rosarium indevote, & festinanter cœpit percurrere. Sic lu-
ridē quādam vice in Ecclesia recitanti comparet Gloriosissima
Dei Mater, eisque dicit: *Tu Rosarium meum recitas, & ignoras
ipsa, quid dicas; cor enim tuum non est amplius, sicut esse sole-
bat, in te.* Si non vales dicere Rosarium integrum, die tertiam
partem, sed tunc recollege te ipsam, & talſ modō acceptum mihi
tuum erit Rosarium.

Invigilare ergo debent Superiores, Parentes, Patresfamilias, **112**

ne subditi huic vitio assuescant, verba absorbeant, aut omittant; si simul oraverint, ne ullus præproperè incipiat, antequam alii omnia integrè pronunciaverint. Si quos verò vitiō hōc jam infestos adverterint, eos ad illud emendandum solicent; sicut enim celeriter orandō habitus iste vitiosus acquiritur, siciterum tardius orandō aboletur.

§ II.

Documenta quædam pro rectè instituenda
meditatione.

II3 Alterum ex requisitis ad devotam Rosarii recitatio-
nem, soli Rosario proprium, est Mysteriorum con-
templatio. Ad hanc rectè instituendam apprehendi viva-
citer debent, quæ in quovis Mysterio, seu actu aliquo in-
signi vitæ Christi, aut B. Virginis gesta sunt: juvabit quo-
que concipere circumstantias alias loci vel temporis, item quod hæc vel illa verba, aut sermones intercurrerint, et si de his nec vesti-
gium in sacris Litteris reperiatur. Nam sacri Evangelistæ totam
vitam & passionem Christi complexi sunt compendiō historicō, &
solum substantiam rei stylō brevi descripterunt, reliqua pia animæ
consideranda relinquentes; & nonnulla ipse Deus quibusdam ex
servis suis, illa scire devotè petentibus, dignatus est revelare, ut eò
magis nostrum ad se affectum accenderet, & ad sui contemplatio-
nem & amorem provocaret. Quibus expensis affectus opportuni
excitandi, & quædam ex actu illo documenta elicienda sunt. Nihil
tamen obest, si ab aliquo illiterato circumstantia quædam modò sim-
plici concipiatur: nam et si Mysterium non ita contigerit, fortè
nec contingere potuerit; dummodo tamen per hoc exardescat affec-
tus & devotio, Deo minimè displicebit, utpote cui simplicitas in
orando præprimis placet, ut præclarè ostendit P. Michaël à S.Ca-
tharina Trini perfecti volumine III. tract. 14 erud. 6. Hinc pro illi-
teratis in sequentibus quodvis Mysterium, prout evenerat, expli-
cabo, addámque nonnullas etiam Sanctorum Mulierum revelatio-
nes, præsertim circa duo ultima Mysteria partis glorioſæ, de quibus
in Sacris Paginis nec verbum reperitur.

II4 In eas tamen materias, quæ apud Authores controversæ sunt,
non oportet se immittere, easque curiosius ruminari: nam hōc mo-
dò affectus non excitabitur in Deum, sed suffocabitur. Cum ergo
similis questio occurrerit, aut illam transire oportebit, prout ipse
de-

datâ operâ feci, aut eligenda una sententia, & secundum eam meditatio instituenda, & affectus excitandus erit : & nihil refert, si etiam sententia hæc in se non sit vera ; meritum enim à sola devotione & affectu dependet. Ponamus unum, vel alterum exemplum. Quæritur à quibusdam, è quo spinarum genere fuerit corona Christi contexta ? sunt, qui dicunt, ex junco marino, cuius spines longissimæ & acutissimæ sunt, frondes fuisse usurpatos; ex rhamno vero, dicunt alii, quod senticeti genus est frequens in Palæstina aculeis, velut herinaceus plenum. Certum autem est, sertum Christi plenum fuisse spinis longis & acutis, quales in fragmentis ejusdem ferti in diversis orbis partibus asservati, conspiciuntur, quarum duas se vidisse ait R. Romæ P. Cornelius à Lapide in Matth. 27. v. 29. & unam pariter longam & præacutam ipsemet Vienæ apud RR. PP. Capucinos veneratus sum. Similes quæstiones sunt simpliciter declinandæ. Item quæritur à S. Scripturæ Interpretibus, quomodo Christus duodenus desperditus, Jerosolymis triduo victoraverit? Cornelius à Lapide cum nonnullis in Lucæ cap. 2. censet, Christum ostiatim non mendicasse, sed à Doctoribus, aut ab aliis, qui in templo sapientiam ejus audierant, & admirati sunt, in domos suas invitatum, victimum accepisse : S. Bernardus vero homil. infra Octavam Epiph. S. Bonaventura, Alensis, S. Thomas 22. 9. 187. art. 5. & alii putant Christum per illud tempus vixisse mendicandō; quæ sententia & mihi videtur longè probabilior: si enim Christus aliquem invitatus accessisset, hospes utique ex eo sciscitus fuisset, quos Parentes habeat, ubi illi morentur? si cognovisset eum advenam; interrogasset, cur cum Parentibus non concesserit domum, sed Jerosolymis remanserit? quæ omnia Christus edere debuisset. Hoc tamen nulli hominum revelavit, sed totum Mysterium occuluit: hinc cum inventus erat in templo, & B. Virgo illi dixerat; *Pater tuus & ego dolentes quærebamus te* Lucæ II. 48. ita respondit, quod visus sit S. Josephum non agnoscere pro Patre suo, sed alium, & quidem ipsum Deum, ajebat enim: *Nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse: & ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos.* Lucæ II. 49. & 50., id est, circumstantes Doctores non intellexerunt, cuius tandem Patris filius sit. Quamcumque tamen in his partem quis elegerit, secundum eam etiam formabit affectus.

Ergo critici & scioli illi, qui ad modum hæreticorum nihil, 115 quod in S. Bibliis non reperitur, credunt, ac propterea omnes revelationes, præsertim Sanctorum Mulierum vilipendunt; qui cir-

cumstantias, quæ in Scriptura non referuntur, circa aliquod Mysterium à devoto quopiam conceptas, consideratas & expositas, velut anilia somnia derident; qui circa Mysteria fidei aliud non agunt, quam cavillant, illi nunquam debitò modò meditantur: scire quidem volunt, quid meditatio sit; vim tamen ejus & dulcedinem nunquam sunt experti, quin potius sèpè ob suam temeritatem puniti: prout evenit nasutulo illi, qui, cùm quædam è concione S. Vincentii Ferrerii nostri, habita in die Ascensionis Domini, etiam de cathedra referre volebat, afferere ausus est, quòd Sanctus aliquid ex se ipso sine fundamento adjecterit; sed quam primùm hoc effutis, in pœnam suæ temeritatis obmutuit, & ita disturbatus evasit, quòd debuerit manibüs de cathedra deportari. Nota mihi sunt verba illa Spiritus Sancti: *Qui credit citò, levis corde est Eccles. IX. 4.* hinc nec ipse omni, obviæ mulierculæ credo, nec omnem allatam revelationem recipio, cùm in nulla te facilius, quam in similium revelationum & apparitionum relatione, imò & in ipsis apparitionibus, stropha aliqua lateat; diabolus siquidem ita novit se in Angelum lucis transformare, quòd subinde difficulter possit agnoscere. Propterea tamen omnis fides Sanctis Mulieribus, earumque revelationibus deroganda non est, sed prudenter credi potest, quòd, cùm illæ magnâ pietate Divina Mysteria ruminarent, pleniorēmque de iis notitiam desiderarent, etiam Deus, ipsarum desiderio volens satisfacere, ipsis circumstantias revelaverit, quas S. Historiographi reticuerunt: unde & passim nonnullæ à piissimis & doctissimis receptæ sunt, & cùm multum ad ædificationem & devotionem faciant, etiam in Libris asceticis & publicis sermonibus inducuntur. Nec deest in Sacris Litteris fundamentum. Christus Dominus à sua resurrectione, quibus se primò omnium fecit conspicabilem? suæ SS. Matri, deinde Mariæ Magdalena, & alteri Mariæ, iisque præcipiendò, ut hanc sui apparitionem Discipulis extemplo nuncient: *Ite nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt.* Matt. XXVIII. 10. Apostoli autem nuncium hunc audientes, ad modum criticorum Mulieribus his fidem non adhibuerunt, sed narrata apparitio somnium ipsis & delusio fuit. Quid autem ad hæc Dominus Exprobavit, inquit Marcus cap. ult. v. 14. *incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia iis, qui widerant eum resurrexisse, non crediderunt.*

Simili reprehensione etiam illi tepidi, & nominatenus solùm Catholicí, digni sunt, qui miraculis, gratiis spiritualibus, aut pœnis manifestis, si parumper miræ videantur, fidem omnem detrahunt

trahunt. Sed, si attestante S. Scriptura in veteri testamento ad consolationem aliquorum peculiares gratiae, & apparitiones, & in terrorem, & exemplum aliorum horribiles poenæ factæ sunt etiam supra ordinem, cursimque naturæ; cur non etiam similia in novo contingere potuerunt? Aut cur Christus & Beati non possent diversis formis fidelibus suis amicis apparere. In potestate, inquit Princeps Theologorum D. Thomas 3. p. q. 76. art. 8. c. 1. Corporis gloriose est, quod videatur ab oculo non glorificato vel secundum totum, vel secundum partem, & in effigie propria vel aliena.

Alii vero, quibus omnia antiqua, etiam sacratissima, sor. 117 descunt, omnī die novas revelationes habere volunt; sed, si milles antiqua Mysteriorum puncta recolantur, digna adhuc sunt, quod millies repeatantur.

Ut de affectibus etiam quædam dicamus, monendæ sunt mulieres, quæ nimium pulchritudine delectantur, ne ex apprehensione solius pulchritudinis Christi Domini Infantis in parte gaudiosa actus amoris eliciant, actus enim isti solum naturales forent; sed altius se attollant, & speciosissimum hunc Infantulum etiam Deum agnoscent, ament, adorent. In parte dolorosa quidam contemplandō illa Mysteria alium affectum producere nequeunt, quam commiserationis, quod etsi per se bonum sit, & sanctum, inquit Ludovicus Granatensis noster Memorialis lib. 6. c. 29. non est tamen primarius fructus, qui ex hac arbore vita solet decerpī. Quare excitandi sunt affectus perfectiores, nempe contritionis de peccatis, quæ tantorum erant dolorum causa; propositi imitandarum virtutum, quæ in passione Christi renitebant; humilitatis, patientiæ, obedientiæ, benignitatis, mansuetudinis, silentii &c. gratiarum actionis pro tantis beneficiis, sed præcipue redemptionis; amoris reciproci; admirationis divini consilii, quod nos tam svavè, & convenienti modō, nempe instruendō virtuosè vivere, redemptos esse voluerit.

Oratus ergo felige locum opportunum; negotia, solicitudinem craftini, & aliarum rerum depone: Deum tibi præsentem, B. Matrem, aut Cœlites cogita; aut concipe te cum illis laudes Dei alternare, prout modō visibili Horas Canonicas cum Christo alternatim dixit S. Catharina Senensis, & aliis Novitiis noster cum ipsa B. Virgine Officium Marianum recitavit: recole, quam devotione, & mentis ardore Sancti hoc Rosarium dixerint, aut dicent, si tuas vices supplerent: postula à Deo gratiam, Mysteria proposita contemplandi, luménque Spiritus Sancti, cuius opus

70 Caput IV. De meditatione Mysteriorum SS. Rosarii.
pus est ardens meditatio, hoc vel simili affectu: *Da, O Deus! modò gratiam devotè meditandi, loquere Domine quia audit servus tuus (1. Reg. c. 3. v. 10.) sed inspira etiam, quid respondeam; intellectum il-*
lustra, ut tua cognoscat beneficia, affectum in tuo amore inflamma,
voluntatem demum ad ea amplectenda move, quæ in bis facienda no-
verit. Sub ipsa oratione alii sese afflictabant: quod si ad hoc te
resolvere nequis, de geniculis ora: aut secundum consilium Pa-
tris Leonardi Fossælib. 1. disc. 6. c. 1. n. 5. secundum diversitatem
Mysteriorum, & affectuum, quibus æstuas, etiam corpus compo-
ne, ut cum Christo prostrato in oratione etiā prosternaris, cum eo
huc illuc transeunte ambules, coram Judice stes, jāmque ipsum
ternus adores &c. Item preces jaculatorias interpone, proposi-
tum, & intentionem devotè orandi sæpius innova: si quid minùs
devotè dixeris, dole. Finitas preces dulcissimo Cordi Christi Do-
mini (ut ipse Beatam Gertrudem docuerat) perficiendas commi-
te: Quāvis enim hæc devotissima Virgo, scribit Blosius in Mo-
nili c. 3. §. 11. Divinum Officium cum aliis peragens, singula ver-
ba attentè pronunciare studeret; sæpe tamen ex humana fragilita-
te distracta est: unde quādam vice dixit intra se: Et quis frudus
provenire potest ex hoc studio, cui tanta instabilitas est conjunc-
ta? At Dominus volens eam consolari, præsentavit ei dignissimū
illud totius boni Gazophilacum Cor suum, & dixit: Ecce Cor
meum oculis mentis tuæ prætendo; cui omnia, quæ per te minùs
perficere potes, fiducialiter pro te perficienda commendabis, & ita
eoram oculis meis apparebunt perfecta. Certè ipsum Cor meum
Divinum hamanam fragilitatem, instabilitémque cognoscens,
semper cum desiderio expectat, ut tu si non verbis, saltē cogi-
tatione committas ei pro te supplendum, emendandum, ac perfi-
ciendum, quidquid minùs per te vales. Igitur quilibet post Ho-
ras Canonicas, vel alias preces potest hoc modò orare: *Bone JEsu!* propitius esto mihi peccatori: ego tepidum, & distractum servitu-
um comendo mellifluo cordi tuo emendandum ac perficiendum; tibi que
ipsum offero ad salutem omnium, in unione illius perfectissimæ atten-
tionis, quæ tu Patrem orasti, & laudasti in terris. Responde, queso,
satisfac, & supple plenissime. Hæc Blosius.

S. III.

Expenditur Mysterium primum partis
gaudiosæ.

720 **I**Maginare tibi, ante tuæ mentis oculos cœlum aperiri, de quo
B.

B. Trinitas, conclusō de mundo redimendo consiliō, mittit
unū à supremis Angelis, Gabrielem nomine, in terras, in civi-
tatum Nazareth ad juvenem, teneram, Sanctāmque Virginem.
Comitare solemnem hunc Nuncium usque in secretius Mariæ
conclave, ibique, quid cælō attulerit, ausculta. Maria id tempo-
ris in oratione, & rerum Divinarum contemplatione tenet, &
Angelus, specie elegantis juvenis assumptā, inopinatō ad eam in-
greditur, humanissimē se ad contestandam reverentiam inflectit,
imò, ut quidam scribunt, genibūs provolutus ipsi salutem imper-
tit, nunciātque, Dei scilicet Filium velle jam cœlis se demitte-
re, castissimum suum uterum intrare, naturāmque humanam in-
duere. Qua autem de causa? Ut genus humanum, unō bolō dia-
bolo venditum, redimat, & cœlum, per quatuor jam mille anno-
rum spatum clausum, referet. Quid autem ipsum ad hoc impu-
lit, quid induxit? Purissimus erga mortales amor: potuisset et-
enim mundum in dæmonis potestate reliquisse, & admisisse, ut
nemo unquam ad cœlestem gloriam pertingeret. Hæc nuncii sum-
ma. Quā propositā Angelus, ut Virgo suum animum declareret, ro-
gat: quæ primum rubore præ verecundia, cùm ita se extolli au-
divisset, suffusa, & perterrita, consensum deinde summā animā
modestiā dedit, dixītque: *Fiat mibi secundum verbum tuum.* In
ipso temporis articulo mittit cœlestis Pater Filium suum deorsum:
Filius adventat, & Spiritus Sanctus Virginem obumbrat: format
ex purissimo Mariæ sanguine pulchrum, & omnibūs membris ple-
nè instrūtum corpusculum; creat animam, & eam illi infundit,
& corpusculum hominem viventem facit, cui se hypostaticè Ver-
bum Divinum unit, & sic naturam humanam assumit. Hic Deo
conjunctus homo nomen Christi Iesu sortitus est; cùmque in pri-
mo statim conceptionis suæ momento plenā ratione polleret, præ-
ceptum ipsi à Patre Æterno, mundum per sævissima cruciamen-
ta in cruce olim redimendi, impositum, lubens promptusque su-
sccepit dicens: *Ecce veniam, ut faciam Deus voluntatem tuam* He-
bræ. X. 9. In hac Filii Dei conceptione tantis, ex omnibus in Ma-
trem Dei electa Virgo, gaudiis innatavit, ut ea nemo satis possit
profari. Angelus interim genibūs positis novem horis suum re-
cens conceptum Dominum adorat, humilitatem, & excellenti-
am Mariæ cum conjunctis sibi aliis Angelis demiratur, honorat.
(Hoc revelatum scribit P. Matthæus Pecker S. J. in concio. de Annunc.
B.M.V.) Mysterium cognovimus, sed quid nobis jam agendum, nisi
quod & nos saltē mente in genua ante nostrum Salvatorem præ-
cumba-

72 Caput IV. De meditatione Mysteriorum SS. Rosarii.
cumbamus, ipsi in adventum gratulemur, cum demississimè ad-
oremus? Reprehendimus vero hic ingratæ erga Deum mentis,
qui ultroneè, & purò amore tot nobis dona, & beneficia contulit.
Pro nobis, non pro infelibus Angelis, factus est homo; non ad
redimendum illos, sed nos, advenit.

§. IV.

Secundum Mysterium partis gaudiosæ.

¶pareat coram oculis mentis tuæ tenella Virgo, quæ per mon-
Atana viam satis salebrosam carpit. Quò autem tendit ipsius
iter? ad cognatam suam Elisabetham. Mirum hoc alicui videri
posset, quòd Virgo, alias solitudinis amantissima, modò jam in
publicum prodeat, tamque prolixum iter per montesineat: non
tamen absque ratione egit. Proficiscitur siquidem, non ut vagari,
sed Cognatæ suæ, cætera sterili, & seni, inopinatam desperata
jam graviditatis benedictionem possit gratulari. Ne autem quis exi-
stimet, potuisse B. Virginem aut per litteras, aut internuncium
hanc civilitatem exhibuisse, ac per consequens etiam domi mansis-
se: sciendum est, quod ipsa Virgo humillima, tanquam junior
seniorem convenire voluerit non ad gratulandum tantum, sed eti-
am famulandum, quod & per trium ferè mensium tempus usque
ad ejus partum egit. Et quod caput itineris est, Maria se ad il-
lam contulit, ut Christus, quem in suis præcordiis jam gestave-
rat, Joannem infantulum, maternò adhuc clausum uterò, à pec-
cato originali mundaret. Itaque non ita ex se ipsa, quām inslin-
et Spiritus Sancti processit eō præsertim fine, ut Christus quām
eitissimè suum Præcursum sanctificaret. Videtur quoque non
inficiandum, Mariam vel ab Angelo, vel per aliquam aliam reve-
lationem didicisse, quòd Elisabeth sit præcursum Christi paritu-
ra, quòdque Christus ad eum Spiritu Sancto replendum festinet,
cùm per donum prophetæ, quod ipsi collatum fuisse è Sacris Pa-
ginis novimus, non tantum futura, sed etiam occultissima scive-
rit. Præterea si Spiritus Sanctus Elisabetham non cellaverit,
quis jam sub corde B. Virginis quiescat, ut propterea hunc fructū
illa benediceret, non malè concludi potest, quòd eō magis totum
præsentem, ac futurum infants Elisabethæ statum Maria cogni-
tum habuerit. Maria felicissimè domum Elisabethæ attigit,
& quāmprimū ipsi salutem dixit, Christus Joannem à pec-
cato originali liberum effecit, qui propterea præ gaudio exul-
tavit.

tavit. O quantæ in uno itinere Virginis sanctissimæ virtutes relucent, quæ totidem in te vitia reprehendunt! illa submissa erat, tu superbus, illa præsertim erga cognatos officiosa; tu agrestis: illa nihil non egit, ut eò citius Joanni succurrat, illumque è peccato eximat; tu amore proximi nec digitum moves: illa Spiritus Sancti instrumentum fuit, per quod tot bona acta sunt; tu instrumentum diaboli es, per quod tot mala operatur. Illa in sua conversatione non nisi de Divinis loquitur, tu de terrenis, lascivis, famæ proximi injuriis &c.

§ V.

Tertium Mysterium partis gaudiosæ.

Quid hic occurrit oculis? O triste spectaculum! Maria proxima partui cum Sponso suo Josepho iter agit versus civitatem Bethlehem, ut sua nomina describerentur, novumque tributum penderent Tiberio Cæsari. In civitate hac, cum advenis plena essent omnia, jam hunc, jam illum vicum transeunt, petunt ubique teatis, & sedibus recipi; sed ubique depelluntur. Tandem in speluncam rupe excisam, quæ in modum stabuli serviebat (*Cornelius à Lapide in Luca cap. 2. v. 7.*) divertendum erat. Maria hoc peregrinum, & spureum habitaculum oculis undequaque lustrat, nec reperit locum ad parandos cibos, illosque sumendos, per noctem quiescendum opportunum, sed omnia telis aranearum obtexta, omnia fætore, humore, horrore plena. Propterea tamen non ita propriæ commoditatis, quam filii, illâ nocte generandi, causâ angebatur, cum non suppeteret locus, quod ipsum posset pro merito locare. In hoc mœrore, & angustia tempus sui partus expectat prægnans Virgo, quod appropinquante pendes ad exemplum Moysis, ad rubum ardens accessuri, nudat, pallium suum expandit, mittit se in genua, orationem, & mentem elevat ad superna. (*ex lib. 7. Revel. S. Birgittæ c. 22.*) Procedit jam clauso utero Divinus Pusio in mundum, séque in brachia suæ inviolatae Matris deponit, (*ex lib. 8. Revel. ejusdem c. 47.*) quens statim admiratione, gaudiô, & devotione plena salutat, & adorans osculatur primò pedes illi tanquam Deo; manus tanquam Domino; & faciem tanquam filio; mox ardissimè eum pectori suo admovet, & tenerrimè amplexatur (*Hoc traditione baberi scribit P. Ribadeneira in festo Nativit. Domini.*) Ad novum hoc miraculum accurrit Josephus, qui interim ad latus recesserat, procidit

quoque ad pedes Divini Infantis, illūmque adorat: id ipsum fecerant & cœlestes Genii, paulò post tres devoti pastores, & tandem tres ab Oriente Magi. Valde reprehensibiles essemus, si hic velut insensati nullam devotionem, nullum amorem erga natum Salvatorem demonstraremus. Ergo procedamus & nos ante eum, debitōque eum honore afficiamus. Quia bona Sanctæ Matris veniam in ulnas sustollamus, cordibus nostris tenerrimè ad motum dulcī amplexu involvamus, oscula primum pedibus imprimamus in sua Deitatis agnitionem, manibus deinde eadem libemus, tanquam nostri Domini, & benefactoris munificentissimi, demum extremis labris labella contingamus, velut fraterculi, amici, & sponsianimarum nostrarum. Quod si paulò a te, O dulcis JESU! oculos deflectimus, & per tuum diversorum circumducimus, omnia, quæ conspicimus, ruborem nobis incutiunt; dum nonnisi pauperiem extremam Regis ditissimi, humilitatem profundissimam summi, austерitatē vitæ Infantis tenerrimi, sed præprimis amorem ardentissimum Sponsi clamant. Quò ergo nos cum nostra superbia, avaritia, commoditate vitæ tendimus?

§. VI.

Mysterium quartum partis gaudiosæ.

123

IN hoc Mysterio Maria, rursus in itinere constituta, nostrum subit conspectum. Patere, O Virgo sacratissima! ut nos tibi viæ socios nos adjungamus. Et quò, O Beatissima Mater? Ierosolymam, ait, in templum, ut legem purificationis adimpleam, meum filium Æterno Patri præsentem, eundem à summo Sacerdote redimam, parturiturum, vel columbarum offerri sinam. Sed quæ ista responsio? Ergo tu, puritatis speculum etiam aliquā indiges purificatione? Divinum Filium tuum redimere à Sacerdote intendis? Ergo Filius tuus illius est? Quantum pro illo Sacerdoti numerabis? Ad quod blandè subridens Mater amabilis, non legistis, inquit, quid Levitici XII. præceperit Dominus? Mulier, quæ prolem à viro conceptam peperit, aliquot hebdomadis immunda censerī debet; quibus evolutis in templum unā cum prole sistere se debet, & à Sacerdote certis mundari cæmoniis, & infans Deo offerri. Proles verò primigenita ex lege alia Num. c. 18. v. 15. pertinet ad Sacerdotem ita tamen, ut Parentes eam quinque siclis (ex sententia aliquorum secundum monetam nostram tribus florenis, 45. cruciferis) possint ab eo redimere: quod si

si redimere non potuerint, vel noluerint, infans in dominium transit Sacerdotis, ipsiusque servus efficitur. (Sermone de Purificat. B.V. ex ijs qui S. Vincentio Ferrerio adscribuntur: nam, ut obseruat noster Hiacynthus Graveson tom. 6. Historiae Ecclesiasticae colloq. 5. hos omnes sermones non manu S. Vincentii, sed Auditorum, qui ex ore dicentis reportarunt, fuisse scriptos, unde magna stylis barbaries, aliæque minutiae in ijs offenduntur, quæ tantò Virò prorsus sunt indigne) Optimè leges adduxisti Virgo Sacrata; sed quid istæ ad te, tuumque Flum? Hunc tu nullò cooperante virò, sed virtute solum Altissimi concepisti, absque dolore, & supra naturæ ordinem genuisti: tu ergo lege hac non teneris, Filius quoque tuus, quem hic in gremio adoramus, extra omne Sacerdotum dominium collocari debet; Dominus universi est, non servus, non est pes hominum, sed Caput. Obtivit jam modestissima Virgo, nec eximere voluit se his legibus, aut exemptam declarare; sed, ut pervenit ad templum, locum inter alias mulieres immundas occupat, secundum morem par turturum, aut columbarum offert, & pro Filio præscriptum æs apud Sacerdotem deponit, quod illi de thesauris Magorum adhuc supererat, nam reliquum jam pauperibus erogavit. Hæc videndò non possumus non admirari tum Matris, tum Filii demissionem: illa licet mundissima, purificari; hic quinque scilicet, quasi jure aliquò ad Sacerdotes spectasset, à servitute redimi, voluerunt. Confundimur hic ob superbiam, & duritiem cordis nostri; nos neque hoc, ad quod legibus obligamur, & pœnis pellimur, observamus. Quæ non in nobis consumit indignatio; si minoris, quam nobis ipsis esse videmur, astimamur.

§. VII.

Mysterium quintum partis gaudiosæ.

Vix natî Salvatoris vitæ jam insidiatur Herodes, ac propterea multa infantum millia circa Bethlehem præcipit jugulari, putans inter eos quoque Christum hac funestâ clade involvendum. Sed monente Angelò fugit Sacra Familia noctu in Ægyptum, Regnum à moribus incolarum, & superstitione ethnica barbarum: post septem annos (Christophorus à Castro) deinde regressa habitavit in civitate Nazareth; inde post annos quinque Sanctissimi Parentes Filiolum duodenum ducunt Jerosolymam ad festum Paschatis celebrandum, expletis verò diebus solemnitatis sep-

125 Ast quibus fletibus & suspiribus via undequaque sonat? Con-
juges hi, alias felicissimi, amissum deflent filiolum suum, eum-
que inter notos, & incognitos gemebundi requirunt, apud quos
ejus os ambrosium, ocellos, crines, totiusque corporis formam,
& habitum describunt. In tertium diem sic illum sollicitè qua-
rentibus, Iesus Jerosolymis in templo cum Doctoribus de altissi-
mis S. Scripturæ Mysteriis, & quidem, ut nonnulli conjecturant,
de adventu Messiae differebat, ita ut sapientiam ejus nemo satis
potuerit demirari: finitis vero hisce colloquiis panem per triduum
hoc ostiatim mendicabat, quanta hac Cœli Domini missio! Ad-
verte tamen, Mariam, Conjugemque suum absque culpa propria
Divinum hunc Puellum amisisse, cum ille in regressu de Jerusa-
lem datâ operâ ibidem occulte remanserit. Aliorum quidem in-
fantum nemo simile quid suis Parentibus absque peccato perpe-
trasset; Christus tamen sine peccati nota hoc agere potuit; nam
et si infans, summus tamen Deus, & Dominus etiam suæ sanctissi-
mæ Matris erat, hinc & ipsum prona debebat adorare. Præci-
pua secessus hujus Christi à suis Parentibus ratio fuit, quod vo-
luerit aliquem sapientiæ suæ radium, adventumque Messiae, ex-
pletis de eo vaticinijs, aliquò modò Civitati Jerosolymitanæ o-
stendere, & ita eandem ad sui in talem receptionem disponere.
Inter reliquas rationes non est postrema, quod ideo suos dilectissimos Parentes voluerit vehementer contristare, ut ipsis occasio-
nem patiendi aliquid, & magnam in cœlis coronam merendi præ-
beret. Nec permisit illos longò tempore hoc merore confici: sed
tribus post diebus tristitiam eorum in maximum convertit gaudi-
um, cum se in templo inter Doctores medium fecit inveniri.
Quibus verbis poterit illud gaudium exprimi, quod Maria, & Jo-
seph ingressi templum ad dulcissimæ ejus disputantis vocis sonum,
deinde ejus incomparabilis formæ conspectum conceperunt? sed
nec exiguis è Sapientia ejus, quam adeo circumstantes Doctores
admirabantur, in SS. Matrem honor redundavit. Cogita, Sapi-
entes hos Viros, cum verba attonitæ Matris audiebant: Fili!
quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus, & ego dolentes quarebamus
te. Lucæ c. 2. in eam omnes sua ora, suos oculos convertisse,
modestiam, & formam humanam altiorem contemplantes. Ergo, se-
cum ratiocinabantur, hi Parentes illi felicissimi hujus admirandi
Filii sunt? suos deinde oculos in Filii vultum reflectunt, in eaque
eadem

eadem lineamenta, totiusque oris dispositionem, quæ in Matre apparebat, deprehendunt; nec jam amplius hujus filium esse ambigere poterant, quem ipsa corporis species prodidit; sed sortem tantæ Matris, conditionemque, quæ naturam ipsis transcendere videbatur, beatissimam nec sine honoris signis prædicabant. Interim Christus Parentes secutus, Doctores stupore, & reverentia erga se, & SS. suam Matrem plenos reliquit: *Et erat subditus illis*, & quidem in omnibus, ita ut eos non solum fuerit reveritus, sed & artem fabrilem exercens sustentaret. De die labori manuum insistebat, noctu vero orationi & contemplationi rerum cœlestium vacabat. Et nos decuisset cum Maria & Josepho amissum Puerulum requirere, quid vero agimus? Cum ipsum culpæ propriâ amittimus, imò è cordibus nostris peccandô per nefas expellimus, ipsum amplius requirere, in peccatis perseverandô, de-dignamur. Quòd si per breve tempus se nobis absconderit, & consolationes suas subtraxerit; si crux aliquam, si tristitiam immiserit, ipsum pariter debita cum humilitate non requirimus, sed ad mundana, ad desperata convertimur. Rebelles ipsi, non obedientes sumus.

§ VIII.

Mysterium primum dolorosum.

IN hoc vitæ genere Christus multis annis Sanctissimis suis Pa-rentibus convixit, Josepho quidem annis viginti & octo, qui-bus transactis piissimus Senex inter suæ castissimæ Conjugis, ejusque Divini Filii manus placidissimè defunctus est, & ita conditio-nem B. Virginis jam viduæ reddidit notabiliter miseriorem; Sanctissimæ suæ Matri vero adjecit adhuc duos annos. Abhinc vero postquam quadraginta dies jejunaverat, non amplius quæ fa-ber, sed quæ Doctor orbis in publicum processit, & tribus annis prædicandô, magna patrandô miracula, multaque incommoda & vitæ pericula preferendô per totam Iudæam, fuitimásque regio-nes circumcursabat; quorum itinerum & incommodorum majori ex parte sociam habuit suam Beatissimam Matrem. (*Christophorus à Castro.*) Tandem mundum redimere volens, pridie, quam pateretur, in sui mnemosynon SS. Eucharistiæ Sacramentum in-slituit. Quamvis autem sua Dilectissima Parens ad cœnam ultimam unà non discubuerit; tradit tamen cum aliis Paulus Barry Anni Mariani 2. p. c. 17. quòd eadem nihilominus cum aliis piis Mulieribus in eadem etiam domo, sed in alio cubiculo fuerit, quòd Pe-

Petrus SS. Sacramentum à Christo jussus intulit, eoque primò Beatissimam Matrem, deinde socias paverit, ut illæ hujus Sacra-
menti virtute paulò post secuturos dolores & agones faciliùs pos-
sent perferre.

Post hæc extra civitatem processit in hortum montis oliva-
rum, redemptionis opus ab oratione auspiciaturus, quam ut ritè &
imperturbatè perageret, tempus quietæ noctis, & locum ad lapidis
jactum à discipulis semotum elegit, ubi positis humi genibus in
ferventissimas se preces effudit, quas etiam in tres horas produxit;
quibus Æterno Patri supplicavit, ut amarissimæ passionis calicem
à se transire ficeret: ne verò suæ voluntati contraire videretur,
adjectit: *Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.* Luec c. 22. v.
42. (discamus modum, tempus, & locum orandi ; discamus no-
stris, majoris præsertim momenti, operibus orationem præmitte-
re) Inter orandum tantis angustiis conficitur, ut deficiente ani-
mâ in terram corrueret, ac sanguinem sudaret. Accurrere jam,
O anima mea ! cum S. Theresia deberes, Divinum sponsum tuum
de terra sublevare, refovere, sudorem de sua SS. facie detergere;
nam ab omnibus derelictus, à nemine ullum, nec in agone qui-
dem, solatum habet. Ast, si Theresia multitudine suorum pec-
catorum deterrita, propius accedere non est ausa, sed solùm longi-
us semota slabat multis afflita cogitationibüs ; (taliter Mysterium
hoc contemplari hæc Virgo, teste Ribera in ejus vita, solebat) quô
pactò tu, O anima ! appropinquare præsumes, majoribus & copio-
ribus irretita peccatis ? Ergo eminus eundem contemplore, & in
causas agonis hujus, & sanguinei sudoris inquire. Naturalis
causa fuit horror quidam tormentorum imminentium, quæ omnia
clarissimè prævidebat, & vehementi imaginatione apprehendebat;
ex quo secutus est terribilis in anima conflictus, dum ex una parte
animus tormenta & mortem refugiebat, ex altera eum ad illa
subeunda zelus, & Dei honor impellebant. Causa altera fuit om-
nium totius orbis peccatorum, quæ tam varia, tam enormia, tam
copiosa sunt, apprehensio, pro quibus omnibus satisfacere, ac illa-
tam Divinæ Majestati injuriam compensare intendebat. Perpende
hic anima mea etiam crimina tua inter illa enormia numerum
fecisse, & quasdam guttas sudoris illius sanguinei expressisse. Alia
præterea causa erat dolor, è tam exiguo fructu suæ amarissimæ
passionis, ac profundendi sanguinis in tam multis peccatoribus
præviso, conceptus. Cave ergo ne & in te passio hæc suò fructu
frustretur, & tu pereas æternum; te cum quoque meditare, si ap-
prehend-

prehensio mortis naturalis tantas in Christo excitavit angustias ;
quas non excitabit in peccatore moriente apprehensio mortis
æternæ ?

Excusō paulisper terrore, & confirmatō ab Angelo Gabriele 128
animō, procedit Christus satellitibus (quos de Pilati custodia , &
peditum 550. equitum verò 56. fuisse, quidam scribunt) & eorum
duci Iscariotæ quadraginta passibūs (ut referunt nonnulli) ob-
viam : hunc tamen scelestissimū proditorem non torvis oculis, non
gestibūs minacibūs, non demum eō modō, ut nos inimicos nostros
solemus , sed blandā & serenā facie excepit, & dīgnatio ! dī amor
admirandus ! osculum à projectissimæ sortis homine acceptum , fa-
miliariter reddidit, (Cornelius à lapide in Matth. c. 26. v. 49.) &
Amice, inquit, ad quid venisti ? Conversus deinde ad Judæ commi-
litones, quærit ex eis, cuius quærendi causa huc advenerint ? & re-
sponsō accepto de JESU Nazareno, ait: Ego sum. Ut ergo dixit eis:
Ego sum: abjerunt retrorsum, & ceciderunt in terram Joan. c. 18. v. 6.
Unica hac vocula totam ad terram turram prostravit, manifeste
ostendens, quod, nisi ipse capi velit, in se nihil possit committere.
Licet autem Christus satellites iterum se erigere permiserit, nihil
tamen placatores, quin potius in furorem acti , in Agnum inno-
centem irruunt , & ut vicem rependerent, ipsum pariformiter
sternunt, deinde super peccatus ejus ingeniculant, sputis faciem a-
mabilissimam ex agone adhuc pallidam , & ex sudore madidam tur-
pissimè inficiunt, & tantum non eundem suffocant ; tandem ligati
ad tergum manibūs, velut latronem ad Annam Pontificem ab-
ducunt. S. Bernardus apud Discipulum De Sanctis serm. 14. lit. 4.

§ IX.

Mysterium secundum dolorosum.'

PErrahunt igitur eum in eadem nocte ad Annam quondam 129
Pontificem, coram quo alapam ipsi infregit miles petulantis-
simus : inde dicitur ad Caipham illius anni summum Sacerdotem,
ubi an ipse Christus, Messias promissus, & Filius Dei esset, interro-
gatur : quod, cum affirmasset, à Caipha & ibidem congregatis Seni-
oribus blasphemus judicatur : cùm verò Levitici c. 24. v. 16. præce-
perit Deus, ut, Qui blasphemaverit Nomen Domini , morte moriatur :
lapidibūs opprimet eum omnis multitudo , siue ille civis, siue peregrinus
fuerit ; condemnarunt eum, velut blasphemum ad mortem. Cùm
autem nox esset, ac propterea sententia non posset executioni man-
dari,

30 *Caput IV. De meditatione Mysteriorum SS. Rosarii.*
dari, servabant eum ad diem sequentem in eadem domo scilicet
Caiphæ, in qua tanta perpessum dicit S. Hieronymus, ut illa in die
judicii sint primò ad plenum revelanda. Sequenti mane convene-
rat adhuc major Scribarum & Seniorum turba, eandem mortis
sententiam in eum iterum pronunciant, & tradunt Pontio Pilato
idololatriæ, quinto Judææ Præfidi à Tiberio Cæsare constituto, oc-
cidendum; nam Judæis non licebat interficere quenquam. Pilatus
verò auditò, quòd Jesus Galilæus, & hinc de potestate Herodis,
Regis Galilææ, esset, mittit eum ad Herodem: qui, cùm sibi Jesus
nihil fuerit locutus (nolebat quippe à morte liberari, quod unicò
bonò verbō ab Herode obtinuisse) albâ veste indutum velut fatu-
um, qui oblatum favorem regium respuerat, nec se ipsum juvare
voluerat, clarâ luce per urbem copiosissimam, ineffabilè cum con-
fusione ad Pilatum remittit. Pilatus devolutâ ad se judicandi po-
testate, cùm nullam in Jesu mortis causam inveniret, liberum eum
dimittere conabatur: verùm Judæis ante prætorium ejus stantibüs
(non enim illud ingressi sunt, *Ut non contaminarentur, sed ut mandu-
carent Pascha. Joan c. 18. v. 28.*) & necem Christi instanter peten-
tibus, rebatur Pilatus fortè Judæorum furorem mitigandum, si
Jesum flagellis acriter cædi permitteret. Itaque jussit eum à suis
militibus Romanis, gentilibus, & Judæis infensissimis verberari,
ut sic flagellatum, delinitis Judæis, posset libertate donare. Intel-
lecta hac Pilati jussione sine dubio Pontifices, & primores Judæo-
rum milites, ex se jam crudeles, promissâ pecuniâ ad validius cæ-
dendum incitabant.

130 Ingredere jam, ô Anima! Pilati domum, seu porius macel-
lum, & crudele hoc spectaculum intuere. Viden, quanto
furore milites Christo primùm vestem albam, quâ adhuc indutus
flabat, deinde omnia reliqua indumenta detrahant, nudum jam
ad statuam raptent, cui ille manus, loris aut funibüs alligandas,
sine ullo renisu admoveat. Qui non hic risus, qui sarcasmi à cir-
cumstante cohorte moti! Interim dum Christus præ rubore nec
oculos attollit, jam sonat vibratum flagellum, & sacrum crudeli-
ter dorsum ferit. Corpus primò subiubet, deinde livet, & intu-
met, tandem lacerata cute sanguis profluit copiosus. Nihil hic
impatientiæ conspicitur, nihil confusus, & inconditi ejulatus à
Christo auditur: hæc tamen ipsa patientia ad majorem milites
furorem acuit, ita, ut, quòd mitius hæc flagra sustinet, eò majori
inclemencia deserviant. Dorsò jam conciso, itur ad pectus, & re-
liqua corporis membra, de quibus avulsa cute etiam ipsa caro ful-
gatur,

catur, ut in teto corpore non nisi unum continuum vulnus apparet. Testes furiarum militum, in ipsa etiamnum columna marmorea, stigmata perseverant, quæ flagella inflexa, columnæ eidem impresterunt: (*Raynaudus in suo De stigmatissimo*) Expleta sunt hic, quæ de eo vaticinatus est David Rex: *Congregata sunt super me flagella, & ignoravi, nempe eorum causam Psal. 34. v. 15.* Item: *Super dorsum meum fabricaverunt peccatores. Psal. 128. quod verti potest ex hebræo: araverunt aratores dorsum meum.* Quantus in corpore tenerrimo dolor, O Deus! sed quanta etiam in eodem tolerando patientia! Cum ergo, flagellandō lassati, funes, quibus Christus columnæ alligatus tenebatur, solverant, concidit dolore, séque in suo cruro volutat; deinde recepta anima ad colligendas huc illuc sparcas vestes reptat, & ubique post se cruentata vestigia relinquit.

O infelices manus, quæ ausæ sunt castissimum Christi corpus coram tot impudentissimis scurris suis privare vestibūs! O flagra, quæ sic illud dilacerasti! O si nunquam fabricata fuissetis! Vide tamen, ô homo! si tuæ inter illas fortè manus etiam fuerint; si & tu illum denudaveris? & scito, suberbiam, luxumque in vestibus ita Dominum gloriæ dehonestasse: peccata, præsertim virtuti castimoniae adversantia, flagra hæc confecerunt, hæc in Virginem Christi carnem debachata sunt. Ergo ad columnam hanc, ad pedes Christi recentem adhuc sanguinem stillantes provolvere, tantæ sævitiae veniam deprecare: dolor tibi lachrimas ex oculis propellat, quibus vulnera Christi eluas; & oleum eas devotionis perunge, demum cum S. Theresia gratiam, tuas pravas inclinations, & habitus superandi pete. *Cornelius à lapide in Matth. c. 27. ad v. 26. Hieremias Drexelius de Christo moriente parte 2. c. 3. §. 5. Jacobus Marchantius Hortō pastorum tract. 3. lecl. 17. &c.*

§. X.

Mysterium tertium dolorosum.

Voluntati Pilati abunde in flagellatione Christi satisfactum est, nec aliquid poenarum ulterius ipsi infligi desideravit; rabies tamen militi, instigantibus præsertim Judæis, nondū quietit, sed congregata universa cohorte, quæ minimū quingentis viris constabat (*Cornelius à lapide in Matth. c. 27. v. 27.*) milites injussu Pilati, sed propria sponte Christo, tanquam Regi fiditio illudere, & per ludibrium Regijs eum insignijs ornare, Regijsque hono-

32 Caput IV. De meditatione Mysteriorum SS. Rosarii.

res exhibere constituant, cum eum Regiam sibi dignitatem arro-
gasse audierint. Itaque nudum (dubium est, an nudus ex flagel-
latione remanserit, an dein vestitum renovando vulnera nudave-
rint) in scannum vel saxum eminentius elevant, in eoque velut
throno, tali scilicet Regi ludrico competenti, sedere faciunt, in
purpuræ vicem detritam, laceramque ei chlamidem coccineam cir-
cumponunt, caput coronâ, non aureâ, sed è spinarum ramis u-
lis contextâ, plenâ oblongis, acutis, duriusculis spinis, non per
modum circuli, sed pilei, quâ totum caput usque ad medietatem
frontis congeretur, (Discipulus de Sanctis serm 14. lit. M.) cir-
cumdant: ut autem tenacius capiti inhæreret, eandem ligneo,
aut alterius generis instrumento impresserunt; unde factum est,
quod multæ spinæ cutem capitis subintraverint, imò juxta non-
nullos apud Drexelium *De Christo moriente* parte 2. c. 4. cranium
cum utraque, tam pia scilicet quam dura, meninge perforarint,
ut, nisi cum sustentasset Divinitas, naturaliter decedere debuisset.
Videre hinc erat spinas undequaque protuberare, rivulosque san-
guinis in frontem, oculos, faciem totam, in aures, collumque de-
fluere, ita ut nec videre aliquid posset, nisi per compressionem cilio-
rum sanguinem, oculis infusum, ejecisset. (S. Birgittalib. I. Re-
vel. c. 10.) Sceptrum demum regale, Cannam nempe, ei in manus
tradunt. Sic coronatum Regem milites jam salutant, & flexo
poplite, Ave, inquiunt, Rex Iudæorum: & expuentes in eum, acce-
perunt arundinem, & percutiebant caput ejus. Matth. c. 27. v. 30. ut
spinæ altius, firmiusque capiti infigerent, & ad quemlibet pul-
sum novum excitarent dolorem.

Ego vero, O Christe Salvator mi! Regem te agnosco non fa-
naticum, sed verum: non Iudibrii, & theatri, sed gloriae. Ego
coram te procido, & ut illas injurias, sannasque aliquod modò com-
pensem, adorote, & maxima cum reverentia dico: Ave. Rex cœ-
lorum. Memento mei Domine, cum veneris in Regnum tuum,
mihique ibidem coronam gloriae tribue, quam mihi per hanc spi-
neam promeruisti. Sed indulge veniam, quod superbiendò saepe
honorem tuum tibi abstulerim, eumque mihi attribuerim; quod
cogitationibus meis iracundis, elatis, invidis, lascivis &c. velut
totidem spinis tuum S. caput pertuderim: jam vero tuum tibi ho-
norem restituo, veniamque commissorum peto.

123 Hoc amictu, his insignijs ad commiserationem commotus Pi-
latus producit Jesum ad propilæum viginti octo gradibus altum,
qui adhuc Romæ visuntur, & columnis marmoreis innixum,

populo spectandum. Ad unam columnarum consistit Praeses, ad alteram Christus; coccineā deinde vestem paululum reducens Pilatus, ut vulnera totius corporis, & abrasā flagrē carne prolucentes costæ possent conspicī, duo solum sensu plena verba inclamat: *Ecce homo!* Monstrum hoc, quod ostento, *O Judæi!* homo est, non decoriatum pecus. Homo ille est, quem vos mihi tradidistis, quem vos multorum postulastis, sed in nullo convicistis; ita jam insons castigatus est, ita humana in eo species corrupta est, ut ea vix possit amplius cognosci. Utique crudelitas vestra jam exsatirata erit, & istis pœni's contenti ulteriores non expetetis. Intueamini, considerate; si homines, non saxa, estis.

Huc huc anima cum penicillo, & totam Christi, sponsi sanguinum, formam in tuo corde vivis effigura coloribus. Stat hic coram te immotus: caput sertō dumosō, & undique stillante, prægravatum; capilli sanguine concrescente compacti; oculi sanguine suffusi, modestè depresso; facies rheumatīs putidissimis, cruento commixtis, obduta, cæterū verō è tot verberibus livida, nec domesticis noscenda; manus restē colligatae sceptrum tenent fragile; reliquos artus chlamis male aptata tegit ex parte aliqua, sed ex majori patula relinquit. Sic deformatus coram infinita propemodum multitudine lachrimabili specie suos etiam tacitus dolores perorat. Hunc igitur in corde depictum jugiter contemplare.

§. XI.

Mysterium quartum dolorosum.

Falleris verō, ô Anima! si arbitriteris Judæorum animos inspectā tā ejus formā delinitos, nec pœnæ aliquid eidem inferendæ postulasse. Audi, quid unanimi voce clamitent: *Tolle, tolle, crucifige eum.* Quibus vociferationibus quāvis fortiter obluctantur Praeses; minis tamen, & timore, incurrendi apud Cæsarem odii, inductus vota illorum implet, & JESUM ad crucis mortem condemnat. Sententia hac latanter à Judæis, & militibus exceptā, removent ab humeris, & tergo, vulneribus nonnihil siccatis, adhærentem purpuram, & Christum suis vestibus induunt, ut, si non ex facie deformata, saltem posset ex vestibus agnoscī. Crux humeris ejus prægravis (cujus hasta 15. pedum longa, brachia 8. lata passim scribuntur) injicitur, ac ad calvarię montem proceditur. Si vidisti, ô homo! unquam reum aliquem ad supplicij locum evehi, tunc conceptum ex illo spectaculo horrorem

34 *Caput IV. De meditatione Mysteriorum SS. Rosarii.* ¶
rorem h̄c excita, & commiserationem. Produc̄tus est etiam JE-
sus sat lugubr̄ apparatu. Primō progreditur tibicen, qui tubam
inflans ad hoc supplicium spectandum convocat populum, qui ad
festum Paschatis ex omni Iudea, aliisque regionibus copiosissi-
mē Jerosolymam convenerat: (*Cornelius à lapide Matib. c. 27. ad
v. 31.*) Sequitur tribunus cum sua armata cohorte, in ejus me-
dic Christus cum duobus aliis, ad idem supplicium damnatis, la-
tronibus incedit anhelitu ægrō, & diffīclī, incurvō corpore, &
lentō passu, cūm p̄z dolore, debilitate, & lassitudine totus
tremeret, & vix sibi ipsi, multō minūs tanto ponderi ferendo sus-
ficeret: nam præter hoc, quōd totam noctem sine somno exēge-
rit, plagas innumerās toto corpore accepit; unde non mirum,
quōd tanto sanguine exhaustus vix potuerit pedibus insistere. Ur-
getur tamen sine misericordia, nec absque dolore maximo: nam
cūm crux per terram tracta continuo ad saxa, & scrobes allideret,
totum ejus corpus concutiebat, & s̄pēnumero coronam coñtin-
gens, aculeos innovatō dolore altius capiti intrudebat. Plaudunt
interea, & conviciantur Pontifices, & reliqua Judæorum fæx,
quæ infame hoc agmen cladebat. Sic gradiens obvius fit suæ Vir-
gineæ Matri, quæ fortè in quodam civitatis vico cum Joanne aliis
que piis mulieribus adventum ejus præstolabatur: quōd conspedi-
tantus eam dolor invasit, ut in deliquium propè exanimis prola-
beretur, ex quo surgens Jesum sequitur dolore plena: cui adjun-
ge & te, ô Anima! plorans Christum comitare, & calumnias,
blasphemias, maledicta, quibūs exagitatur, audi. Non procul ven-
tum est, & desedit Jesus in terram, & quidem, priusquam locum
patibuli attigit, pluries. (*ex S. Birgitta.*) Non vides, O Anima de-
vota! Christum sub cruce jam fatiscentem? Accurre ergo, quid
moraris? & subleva laborantem, crucemque de ipsius humeris in
tuos fuscipe. Sed timeo, ne te præsumptionis argutum repellat,
tibique dicat: tu crucem meam bajulare attendas, cūm tuam levissimam
non feras, sed ei jam dudum delicatus succubuisti? tu a-
more mei nihil planè duri vis sustinere. Si me adjuvare desideras,
trabem hanc allevia; depone innumerā tua crimina, quæ illi insi-
dent, mēque usque ad terram suō pondere deprimunt: hæc per pœ-
nitentiam expia, & me multū relevasti.

134 Cūm ex tot casibus jam adeo debilem Christum advertissent
Iudæi, timuissentque, ne, si etiam sursum in montem crucem fe-
rat, in via expiret non crucifixus; crucem imponunt Simoni Cy-
renæo, cogūntque eandem sursum in montem portare, ut, Christo
vivo

vivo adhuc & citius cruci appensō, reverti possent Jerusalem ad prandium. O crudelis Iudæorū clementia! ideo Christo parcunt in via, ut atrocius in eum sœviant in monte; ut vivus in infami crucis patibulo suspensus velut publicus latro pereat.

§. XII.

Mysterium quintum dolorosum.

Quod propius ad sui supplicii locum scandit Christus, eò magis 135 increscunt angustiæ. Jam in loco debito carnifices sacras vestes, tot vulneribus compactas & agglutinatas, violenter detrahunt, ut iis refricatis, & immensus dolor renovaretur. Alius interea in cruce foramina, sed non acceptā justā latitudinis & longitudinis Christi mensurā, terrebrat: unde factum est, ut longius à se invicem distarēt, quam potuerint Christi manus pedesque pertingere. (S. Birgitta lib. 1. Revel. c. 10. & alii passim.) Hoc tamen animadversum est primò dextrā manu jam cruci suffixā; unde, antequam novum foramen excavarent propinquius, alligatō ad manum sinistram fune ad venarum usque, nervorumque disruptionē eum distenderunt, dum manus ad foramen pertraheretur: idem hoc in affixione pedum egerunt, ut olim jam prædixit Psaltes Regius: Foderunt manus meas & pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea. Psal. 21. v. 18.; ita enim omnia membra luxata sunt, ut potuissent omnia ossa dinumerari. Hæc distensio inter omnia fuit tormentum acerbissimum, quemadmodum (ut narrat Discipulus in saepè cito sermone de Passione Domini inter eos, qui sunt de Sanctis, decimo quarto lit. P.) ipse Christus Personæ cuidam devote, de cruciatio maximo interroganti, affirmavit dicens: Tunc maximum dolorens sensi, quando ita extensus in cruce fui, ut omnia ossa mea potuerint dinumerari, & quicunque mibi pro illo dolore gratias egerit, ita gratum mibi obsequium præstabit, ac si omnia vulnera mea unguentō pretiosissimō deliniret. Audi vero, quam formam corpori Christi hæc extensio induxit: Tunc, ait B. V. B. Birgitta lib. 1. c. 10., oculi ejus aperuerunt semimortui, maxilla ejus submersa, & vultus lugubris, os ejus aperitum, & lingua sanguinolenta, venter dorso inhærens consumptō humore, quasi non haberet viscera. Omne corpus pallidum & languidum ex fluxu, & egressione sanguinis. Manus & pedes ejus rigidissime extenti erant, & juxta formam crucis cruci attracti & conformati. Barba & crines ex toto respersi sanguine. Itaque cum filius meus sic laceratus & lividus staret, solùm cor recens erat, quia optimæ & fortissimæ naturæ erat. In infandis his doloribus tribus pependit horis, à sexta nem-

pe usque ad nonam, si nempe horæ computari inciant ab ortu solis secundum modum Orientalium; secundum modum verò germanicū à duodecima usque ad tertiam pomeridianam: in crucem enim actus est 25. Martii in æquinoctio verno, quō tempore sol per universum orbem oritur, & occidit horā sextā: igitur horā septimā Orientalibus eō tempore est prima, nempe ab ortu solis, & consequenter hora sexta Orientalis, aliis Babilonica, est Germanis duodecima; & nona Babilonica, tertia pomeridiana Germanica. Circa quam prædictos dolores clausit dolor maximus, quem in morte, inter omnia terribilia extremo, sensit. Certum quippe est, dolorem, qui in separatione animæ à corpore totum hominem torquet, reliquos totius vitæ superare; sicut & eundem adhuc eō esse acriorem, quō difficilius anima à corpore divellitur; quod omnino contingit in ætate media & ideo florescente, dum natura ad statum venit perfectum, virésque optimas recipit, ut homo, cùm prīmō incipiat perfectè vivere, etiam desideret in multos annos conservari: si homo nulla prævia, aut saltem brevē depastus infirmitate, habeat brevē decedere; tunc enim resistenti fortiter naturæ integræ etiam major infertur violentia: si homo rem in vita unicè dilectam & quidem sibi præsentem habeat deserere. Cùm ergo Christus annō ætatis trigesimō quartō nullā præcedente infirmitate, (nullam enim unquam corpus ipsius modō perfectissimo à spiritu Sancto formatum subiit) solum unā nocte & die mediā discruciatus, corde recente & vivace, in præsentia suæ dilectissimæ Matris, quæ interim dolore ineffabilē deficiebat, expiraverit; non potuit fieri, quin ejusdem cor summō dolore funderetur. Genuinè autem dolorem mortis descripsit defunctus ille Conversus, de quo ex Casario Speculum Exempl. tit. Posto Christi exempl. 3. Hic eadem, quā mortuus erat, horā apprens suo superiori petiit licentiam alio ē monasterio migrandi; requisitus ab eo, quō abire vellet? redit ad Deum, respondit. Et Prior: cum multi vitæ perfectæ viari per Purgatorii flamas transeant, quid est; quod tu absolutè te statim ad Deum perrecturum, dicas? Defunctus: Habebā consuetudinem, quoties transirem Crucifixum, hanc dicendi orationem: Domine per amaritudinem illam, quam propter me in cruce, maximè quando anima tua de corpore tuo egressa est, sustinuisti, anima mea in egressu suo miserere. Et exaudivit orationem meam Dominus, meique est misertus. Et Prior: Quomodo tibi fuit morienti? respondit: Videbatur mihi in agonia totus mundus esse lapis natus, & pectus meum premere. Talem ergo compressionem eti-

am mei causâ expertus est Dominus. O igitur vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus! Thren. c. i. v. 12.

Sine sensu, sine vita essem, O Deus! si me cum Maria Magdalena ad crucis pedem non prosternerem, in lachrimas non defuerem, tibique suinas gratias non agerem. Quare illuc provocatum me tui, O Christe! miserebet maximè, sed tu quoque mei milerere: gratiam veniā mque temeritatis clementer induige, quod ipse quoque (proh dolor!) peccatis meis ad tuam necem multum contulerim: Stilla tamen super me unam pretiosissimi tui sanguinis guttulam, quæ omnes animæ meæ maculas abluat. Ut autem hoc facilius assequar; tuum, O Mater mœstissima! patrocinium imploro: tibi in Joanne in filium datus sum, tu ergo in talem me suscipere dignare. O altitudo! O Sapientia Divini consilii! tu, O Christe! longè faciliori viâ me redimere potuisses, sed amor tuus in hanc te crucem sustulit. Infinitæ tibi sint laudes, & gratiæ pro immenso hoc redemptionis beneficio, pro tam horribili membrorum tuorum in cruce tendore. Per tuum te agonem etiam rogo, da mihi felicem aliquando ex hoc mundo transitum. Depositum de cruce ad exemplum SS. Mattis totum deosculare, & triste funus ad sepulchrum prosequere.

§ XIII.

Primum Mysterium gloriosum.

QUAMVIS autem anima Christi in morte separata fuerit à corpore, Divinitas tamen tam corpori pendent in cruce, quam animæ mansit semper unita. Cum primum verò corpore egressa est, splendore & majestate Divinâ in fugam egit dæmones, qui in magna copia in loco supplicii aderant, tum ut milites ad extremam inciterent crudelitatem, tum ut viderent finem, neandum enim illum Filium Dei sciebant (ita dæmon quidam infirmo apprensus fassus est, se moriente Domino in bracchio crucis sedisse. Discipulus ex Cæsario serm. 135. de tempore in fine: alium narrat Alphonsus Villegas in sua Christi, & Sanctorum historia cap. 44. confessus sub cruce) Luciferum verò, qui ibidem præcipuas partes obibat, devictum & captivum in triumpho duxit in infernum, & ligatum reclusit ibidem ad mille annos, ut ipse in persona egredi amplius non possit, donec solvatur tempore Antichristi: sed & ipsi & reliquis dæmonibus vires imminuit, ut tantum amplius homini damnum inferre neg-
que-

38 *Caput IV. De meditatione Mysteriorum S. Rosarii*
queant, nisi volenti, & illos propriūs accedenti. *Cornelius à Lapide in Apocal. c. 20. v. 1. & sequen.* Contulit autem se anima Christi ad limbum SS. Patrum, qui ibidem redemptionem suam præsto. labantur, & suam ipsis ostendendō Divinitatem, ac ejus visione beandō, totum carcerem convertit in paradisum, (*S. Thomas 3. p. q. 52. art. 4. ad 3.*) apud quos etiam triduō suæ mortis remansit : (*ibidem in c.*) latitiam verò eorum, gratiarum actiones, aliósque pios affectus relinquo animæ devote consideranda. Illucescente die tertio (*S. Thomas 3. p. q. 53. art. 2. ad 3. & communis Doctorum*) educit hos omnes SS. Patres è Limbo, & nonnullas animas è Purgatorio (Idem ibidem q. 52. art. 8. c.) liberas ad sepulchrum, iisque lividum suum, saucium, & deformatum corpus ostendit, ut ex vulneribus, ac stupenda forma , quantum amore ipsorum per- pessus sit, intelligerent. Credibile est, Santos corpus hoc adorasse, in eo vulnera, & amorem Christo , quod in se flagraverat, sume admiratos, illaque cumulatissimas gratias egisse. Subinde per miraculū hinc inde sparsus sanguis, crines, aliāq; de corpore avulsa, allata, corpori que debitō locō inserta, & adjuncta sunt, quod deinde anima subintrans, illaque se iterum uniens, illud ex omnibus plagiis, quinque exceptis, sanum, vivum, atque gliosum, quatuor ei dotes communicandō, effecit : dotem scilicet agilitatis, quā posset velocissimè se de loco in locum, etiam remotissimum , trans ferre, ac, ubi vellet, consistere ; Subtilitatis , quā posset corpora omnia sine læsione permeare ; claritatis , quā pulchritudinem & splendorem incomparabilem , præsertim in quinque plagiis, indeptus est ; & immortalitatis, ut nihil incommodi pati, multò ve- rò minus obire posset. Talibus instructus dotibus erexit se vivus Salvator, & vi subtilitatis penetravit illæsum & immotum, qui o- stium monumenti cludebat, lapidem, & vi agilitatis cum toto suo **Animarum**, & **Angelorum** comitatu se ad suam dulcissimam Ma- trem proripit, quod prius Archangelum Gabrielem , ut suum nunciaret adventum, alegavit. (*S. Vincentius Ferrer. serm. 1. Pasch. & alii.*) Mox Angelus, in modum fulgoris, de cœlo des- cendit, splendore, motuque terræ excitatō perterret excubiales milites, lapidem revolvit, ut cerni posset sepulchrum jam vacuum, & consequenter Christum redivivum jam inde abiisse : post in sa- xo residens, mulieribus adventantibus enarrat, Christum à mor- tuis virtute propriā surrexisse, quod, cùm non procul latitantes adhuc milites audierant, Jerosolymam ad Pilatum & Pontifices ti- more conciti profugerunt potius, quam redierunt. *Cornelius à Lapide*

Lapide in Mattb. c. 28. v. 1. Tu, O Anima! cubile B. Virginis debita cum reverentia ingredere. Et ecce! totum cubiculum fuligore cælico collustratur, & mox Christus, Angelorum, consanguineorum, affinium, reliquorūmque veteris testamenti Beatorum turmā consociatus, intrat, qui omnes tenerrimè Sanctissimam Matrem salutant, eīque gloriam suam, sed præcipue Christus sua supra solem rutilantia vulnera, ostendunt. Quod hīc gaudium! quæ in felicissima Matre exultatio! Illa verò nihil cunctata, ut debet exciperet mortis Triumphatorem, ad pedes ejus vulnera exosculatura procidit, eīque felicem de inferno, cunctisque inimicis triumphum gratulatur. (Idem fac & tu Anima devota.) Ad sodales quoque conversa, humanissimam eis reddit salutem, ac cum iis, sed præcipue cum SS. Genitoribus Joachim & Anna, Josepho sposo suo, S. Joanne Baptista, ceterisque cognatis cœlesti modo jucundatur.

Simili gloriā, O Anima! & corpus tuum habet in die judicii resurgere, si tamen tolerandō patienter quæque adversa hanc fuisse gratiam emerita. Si tamen compatimur, inquit D. Paulus Rom. c. 8. v. 17. ut & conglorissemur. Altè tuo cordi verba illa imprime: *Hec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.* Lucæ c. 24. v. 26. Si oportuit Christum per spinas intrare in gloriam suam; tu per flores vis intrare in alienam?

§. XIV.

Secundum Mysterium glriosum.

Noluit verò Christus confessim post resurrectionem suam cœlum descendere, sed ascensum hunc usque ad quadragesimum diem comperendinavit, ut discipulos suos varijs argumentis in fide, & spe resurrectionis confirmaret; deinde ut paulatim sine illo vivere, & absentiam dulcis illius commercii patienter ferre assuescerent: nam si se statim illis subtraxisset, non potuissent fieri, quin inde acerbissimum conciperent dolorem, inquit Ludovicus Granatenfis *Memorial.* lib. 6. c. 43. Intra hoc tempus quāvis cum illis continuò non sit conversatus, sæpe tamen tum Genitricem suam, tum A postolos invisens in diversis instituit, ac ineffabilē gaudiō, & dulcedine replevit. Die tandem quadragesimō, qui erat quintus Maii, finitō prandio, quod Jerosolymis circa meridiem cum discipulis sumpsit, duxit illos, aliósque complures cum SS. sua Parente, ac familia Marthæ, in montem Oliveti, quō & Animæ SS. Patrum, fortè etiam B. Virginis, aut alteri

teri cuidam conspicabiles, ut ubi incœperat passionem suam sudandō, etiam inchoaret triumphum gloriæ suæ in cœlos a fenden-
dō. Quantā autem dulcedine, & inter quas lachrimas comitanti-
bus valedixerit, cogitare aliquid possumus, sed non enarrare. Eg-
gredere ergo & tu, O anima mea! & huic te supplicationi mente ad-
junge. Consensō montis vertice, cuncti, qui aderant, pedibus se
Christi affundunt, illos sicut & manus cœlestem odorem spirantes,
lucémque emittentes, dissuaviantur, & inter calidissimas lachri-
mas ultimum dulcissimo Domino vale dicunt: in illius se gratiam,
tutelāmque commendant. Cūm deseras nos, clamant, & oculis
tuam præsentiam, tuam pulchritudem, auribus nostris suavissi-
mam tuam loquelas subtrahas, ne in cœlis ad dexteram Patris po-
situs nostri oliviscaris: illi nos comenda, illi pro nobis tua vulne-
ra exhibe, ibidem nobis loca præpara, & brevī iterum nos re-
visita, nōsque ad te assume. Pro nunc verò nobis tuam S. benedi-
ctionem impertire. Quibus ille faciem solitō amabiliorē, & radi-
antiōrem exhibens, dulcissimis, & consolatione plenis verbis eos
demulxit, & elevatis manib⁹ suis benedixit eis, & ferebatur in cœ-
lum (Lucæ c. 24. v. 50.) virtute propriā, angelicō quidem stipi-
tus obsequiō, non tamen fultus auxiliō, relictis in rupe, ubi ulti-
matim constiterat, pedum vestigijs, quæ ibidem etiamnum per-
severant. Sancti quoque, si cui visibiles erant, eidem suaviter
valēdientes sursum se cum Christo in aëra sublevārunt, qui splen-
dore, & majestate circumdatus pedepressim sursum elevabatur, ut
infrastantium longius produceret solatium: cūm verò ad eam
pervenit altitudinem, ut eorum oculos refugere inciperet, nu-
bes gloriosā, & eximia luce corusca suscepit eum ab oculis eorum,
ac mox velocissimè per dotem agilitatis ad cœlum pervenit empy-
reum, in quod, postquam peccatō Adami clausum reseraverat, se-
cum suum beatorum agmen introduxit. Quantō verò honore ab
Æterno Patre Christus exceptus sit, & ad suam dexteram colloca-
tus; quæ festivæ acclamations Angelorum auditæ sint, nemo est,
qui enarret. Credibile est, Sanctos ante thronum SS. Trinitatis
prostratos, eā possibili devotione adorasse, illique pro omnibus be-
neficiis summas persolvisse gratias, ac demū assignatas suas Statio-
nes, & palatia magnificentissima occupasse, thronos conscedisse, ac
imperium regni cœlorum velut Reges auspicasse, cuius decorum,
splendorem, deliciásque non quidem satis admirari, capere tam en-
poterant, & experiri.

*Si amor tuus, & sponsus, O anima mea! in cœlis residet, non
est*

est, quod cor tuum terrenis affigas: si patria tibi cœlū est, terra hæc sit tibi exilium, nec ibidem remanere affectes: si tibi sedes, & corona in cœlis à Christo parentur, ergo illuc enitere, sic vive, ut percipiās: tua desideria in cœlum tendant, illac suspira; dic sæpius cum illa infirma Virgine, de qua Marchantius *Horti pastorum tract.*
3. lecl. 27. prop. 3. in fine: Domine! quando me de hoc carcere erues? quando apparebo coram te? quando tuā fruar pulchritudine? Hic illektus pīs desideriis Virginum Sponsus apparet illi, promittitque sua se velle in die ascensionis suæ vota implere. Quā adveniente puella circa meridiem unā manu Crucifixum, alterā cereum arripiens, devota verba erga Sponsum pronuncians, in cœlum ad eundem migrat. Vix verò animam efflavit, cùm horologium horam post meridiem significavit, quā Salvator noster cœlum ascendit, inquit Marchantius.

§. XV.

Tertium Mysterium gloriosum.

Promiserat Christus in ultimo ante ascensionem prandio, se **I38** Discipulis suis missurum Spiritum Sanctum, ideoque ne ante ipsius adventum Jerosolymis discederent, præcepit. Igitur ipsum B. Virgine multisque aliis in monte Sion in cœnaculo, quō Christus ultimo cœnavit, in oratione perseverantes, jejunantesque se ad ejus adventum parabant, ubi & interim Matthiam in duodecimum Apostolum Judæ loco ascivere. Nec diu eos moratus est, sed decimō post ascensionem, 50. post resurrectionē die, nempe 15. Maii, misit spiritum Sanctum: ad cuius adventum insonat quasi tonitruī fragor, ventus validus terram & cœnaculum concutit, ut ibidem congregati Apostoli & fideles ad eundem devotè suscipiendum excitarentur, & magna civitatis pars ad eandem domum & hoc spectaculum exciretur: porro nubes lucida totam dominum intexit, & ignis lucidissimus, seu potius sub ejus specie Spiritus Sanctus, de cœlo descendens, domum illorum ingreditur, qui in partes seu formas linguarum dissiliens, capitibus insedit singulorum. Sub specie verò ignis huic Divino Spiritui apparere placuit, ut per hanc suam denotaret naturam & effectum. Ignis Divinitatem & ardentissimum amorem, qualis ille inter Patrem & Filium est, velut symbolum proprium repræsentat: inter effectus vero ejus etiam est, quod accendat, purget, quidquid corripit, in suam substantiam transmutet, & demum illuminet. Ita & Spiritus Sanctus corda ibidem congregatorum adhuc vehementius in Dei amo-

re accedit, diversis donis & gratiis auxit, in Apostolicis terrenos affectus consumpsit, ac in homines cælestes transmutavit. In istu præterea oculi eos omnes lumine suō non tantum ita illustravit, ut altissima fidei mysteria, et si litteris nunquam narrarent operam, plenissimè intelligerent; sed & omnium nationū eis idiomata infudit, ut in iisdem mysteriis diversarum nationum populos, modò ad persuadendum apto & intrepido, possent instruere; quem in finem eis quoque Sacramentum & characterem contulit Confirmationis. Hinc non jam, ut antea, pavidi, sed imperterriti in medium populorum, qui ad hoc portentum concurrerant, profiliunt, & fulgente adhuc supra eorum capita lingua flammæ, totius admirandi casus rationem in diversi linguis exponunt, Spiritum Sanctum, ut Joël Propheta prædixerat, advenisse nunciant, Christum verum Deum, & Messiam esse suadent, ac alia magnalia Dei loquuntur. Quàmvis autem Pharisæi, & Scribæ quidam eos velut ebrios irriderent, tria tamen circiter millia in illa die conversorum fidem Christi suscepérunt. *Actus Apostol. c. 2. Cornelius à Lape ibidem, &c.*

O amorem Dei in nos miseris homines admirabilem! Tota
139 Ss. Trinitas nostram voluit salutem operari. Hæc enim, de qua dicit Leo Papa in sermone Beatæ Trinitatis, immutabilis Deitas una est in substantia, indivisa in opere, consors in voluntate, pars in omnipotentia, æqualis in gloria: divisit sibi opus nostræ redemptionis, ut Pater propitiaretur, Filius salvaret, Spiritus Sanctus signaret, sanctificaret, & redemptos in fide, spe, & amore robotaret. Quàmvis autem tota Trinitas, cum omnes tres Personæ simul ad extra operentur, in Apostolos descenderit, eosque cœlestib[us] charismatis repleverit; solus tamen Spiritus Sanctus visibiliter apparuit, cum Divinæ illæ Personæ hæc ex magno amore & bonitate egerint, gratiam sanctificantem, aliisque dona hominibus illis infuderint, quæ omnia Spiritui Sancto specialiter attribuuntur: Patri enim, velut primæ in Trinitate Personæ attribuitur Omnipotentia & Creatio universi, quæ inter beneficia, hominibus collata, est primum; Filio Sapientia & Redemptio, ut Personæ secundæ assignetur beneficium secundum; tertia demum Personæ datur Bonitas, & inde promanans beneficium tertium sanctificationis; quàmvis omnes tres tam ad creationem, quàm sanctificationem concurrant; Filius tamen solus, naturam Christi humanam terminandò mundum redemit. Quantas ergo gratias, ô anima mea! non tantum Filio, sed & Aeterno Patri & Spiritui Sancto debes!

Nec tamen tuam deplora sortem, quod id temporis in cœtu Apostolorum non fueris, neque sub illa specie Spiritum Sanctum receperis: nam & modo ad quamlibet justi animam Divinus ille Spiritus cum Patre, & Filio descendit, & mansionē apud eam facit. Si eos nondum hospitiō receperis, age, ora, invita, ut recipias; si recepisti, sape cum illis piis affectibus colloquere. Nolite contristare spiritum Sanctum Dei, (Ephes. c. 4. v. 30.) aliquō vel levissimō peccatō, sed potius in desolatione, & ariditate ad illum convolate, in rebus dubiis consulite, & invocate, inspirationes ipsius, & monita acceptate.

§ XVI.

Quartum Mysterium gloriosum.

Hoc amore inflammata Maria Virgo Sacratissima multis adhuc 140 annis, quotidie ē manu Capellani sui Joannis Evangelistæ S. Eucharistiam sumendō, loca Passionis Christi summā devotione visitandō, alios in rebus fidei instruendo, eosque, sed præser-tim puellas alias, quas ad suum contubernium suscepserat, illisque velut Mater præterat, in omni devotione & sanctitate instituendō (Barry Anno Mariano parte 2. c. 47.) in mundo agebat, sic que se ad beatam mortem parabat: quam ut minus terribilem haberet, Christum adhuc secum conversantem deprecata est, ne in exitu suo sibi quemquam malignorum spirituum cernere daretur, ut author est S. Cosmas Vestitor in Historia de transitu B. Virginis quem de sanctitate & doctrina commendat Hipolyt. Marracius in Polyanthea, & Biblioteca Mariana parte 1., & floruit inter græcos circa annum 850. Cūm verò viribus, amoris igne sensim consumptis, beata mors instabat, apparet ei Angelus, quem quidam Gabrielem autumant, mortis horam intimaturus, & ad cœlestem gloriam invitaturus, qui præter vestimenta funebria, quib[us] indui moritura deberet, etiam palmam ei, in signum brevi secuturæ victoriae, seu felicissimæ mortis, & triumphalis in cœlum ingressus, in signum quoque sui corporis incorruptionis, porrexit; Apostolos præterea suæ morti adfuturos, corpus humaturos, ac in admirabili ejus funere personam Christi impleturos prædixit. Felicissimum hoc de beata morte nuncium amicis, & cognatis renarat B. V., atque se ad Filium brevi migraturam, sed inde graviter turbatos, & lachrimantes gravissimis verbis consolatur. Deinde lectulo funerali se imponit, cui ibidem, ex amore languenti, per tres dies inservierunt novem Angelorum chori. (S. Mechtildis lib.

94 *Caput IV. De meditatione Mysteriorum SS. Rosarii.*
lib. I. c. 47.) Ne insuper Apostolorum deessent obsequia, ecce va-
lidissimus tonitruī sonus auditur, (*Cosmas ibidem*) turbo, hinc
inde per orbem sparsos Apostolos, nube candidā involutos adve-
hit, & ante januam domū Virginis collocat: dum verò causam
raptūs sui ignorantēs plurimū mirabantur, prodit è domo Joa-
nes, iisque, quæ ab Angelo Virginī intemeratæ nunciata sunt,
ostendit. Sed hæc lamenta, & lachrimas ex Apostolorum oculis
elicerunt: à Joanne tamen consolati, detersis lachrimis ad B.
Virginem introēunt, eāmque reverenter salutant (*Pete & tu A.*
nima devota à Joanne intromitti, ut felicem possis spectare exi-
tum, ab illaque maternam benedictionem adipisci) Et illa, redi-
ditā illis salute, dicit se jam in limine æternitatis consistere, séque
jam jam ad amplexum sui Filii ex hac vita migraturam. Vesti-
menta subinde funebria indicit, lugentes dulcissimis verbis, pro-
missōque suo patrociniō refocilat, supremum vale dicit, & ma-
ternam eis benedictionem impertitur; (*O Virgo Beatissima! &*
mihi tuam sacram benedictionem impertiri dignare) corpus ad
exitum in lecto componit: ad cuius caput Petrus, ad pedes Jo-
ānes constitit, cæteri Apostolorum lectulum ambient, & DEI
Genitricem laudant; reliqua autem Virginum turba, quarum cen-
tum, & viginti *Cosmas* adfuisse scribit, lacrymabunda ejus mor-
tem præstolatur. Mox, inquit *Cosmas*, tonitruī magnum totam do-
mum concussit, & cœlestis odor tantā illam suavitate replevit, ut
omnes, qui aderant, exceptis Apostolis & tribus virginibus lucer-
nas gestantibus, consopiti redderentur. Interim Christus magnō
splendore & majestate circumdatus, ingenti Angelorum & Beato-
rum multitudine stipatus, allabitur, & Genitricis animam nullō
dolore inter concentus Angelorum solutam corpore decimā quin-
tā Augusti (*juxta alios 8. Septembris*) suscipit: Petro jam, & reli-
quis Apostolis præcipit, ut corpus debitā veneratione sepeliant, &
ad sepulchrum tribus diebus excubias agant, quibus transactis se
illud in cœlum translaturum quoque aperte significavit. Hæc ut
dixerat, jubilante Angelorum & Beatorum coronâ, cum sua San-
ctissima Parente in cœlum est regressus; sopiti verò homines ex-
pergefacti, jam summō animi sensu exanime corpus tantæ Matris
repererunt. Tollunt igitur Apostoli sacratissimum corpusculum,
& præinente Petrō Psalmum 113. *In exitu Israël de Ægypto*, de-
ferunt per medium Jerusalem, confluente undique turbâ ad monu-
mentum. Rumor hujus etiam ad Pontifices pervenit, qui in con-
temptum Matris, à sc̄e in cruce suspensi, mittunt armatos, qui sup-
plica-

plicationi huic & feretro aliquam inferant injuriam. Unicus tamen ex his eò audaciæ processit, quod manus ad feretrum, tumbam ad terram detracturus, extenderit; sed non impunè: nam utraque manus de suo cubito in pœnam avulsa, feretro adhæsit, & ex illo peperdidit. Miser verò præ dolore horribili ejulare, veniam petere, & promittere emendationem. Ad hæc Petrus spem omnem consequæ salutis ipsi denegat, nisi corpus perpetuæ Virginis reverenter osculetur, ac Christum ex ea prognatum Dei Filium esse confiteatur. Quod fædò manus iterum suo quoque cubito adhæsit: Apostoli verò iter suum ad prædium Gethsemani prosecuti sunt, ibique corpus involutum sindone mundâ, quam hinc inde apprehenderant, (non enim illud tangere præsumebant) in sepulchrum submiserunt, & secundum mandatum Christi ibidem in tertium diem Angelicos concentus audientes (secundum Nicephorum & S. Joannem Damascenum) excubabant.

Suspirabis sine dubio, & dices: O si & mihi daretur beatè mori! Moriatur anima mea morte justorum, & si aut novissima mea horum similia. Num. c. 23. v. 10. Morieris autem sanctè, si sanctè vixeris; talis enim mors est, qualis erat vivendi ratio, & hoc utrumque per Beatissimam Matrem impetrabis, si eam devotè & perseveranter invocaveris.

§ XVII.

Mysterium ultimum gloriosum.

Hucusque, Anima devota! in terris cum Maria Matre Dei con- 14 E
versata es, eāmque ubique secuta; sequere eam quoque modò euntem in cælum, ejusque gloriissimum triumphum contemplare. Corpore Anima illius egressa, illico cælesti fuit decore & splendore induita, & à Christo, jubilante circumquaque Angelorum & Beatorum agmine, in cælum ducta: de quo triumphali ascensu in quodam loco scribens B. Alanus de Rupe ait: *Nullus cælitum visebatur absque psalterio aliquo musico, nil nisi puram Salutationem Angelicam resonante, mira cum specialis melodie suavitate.* Tali pompa, Christo, velut sponsa sponso innixa, cælum descendit, quam ille per medios, hinc & inde subsistentes, pulcherissimos Beatorum ordines ad Æternum Patrem adduxit, ac modis omnibus commendavit. Quæ cùm ita se habeant, subintulit tota B. Trinitas: Cùm ipsa virtus sanctitate omnes superaret Beatos, supereret etiam gloria. Igitur te, o Virgo immaculata! in cælorum seu

seu omnium Angelorum & Beatorum nobiscum jam in cœlis com-
morantium ; item terræ totius, seu omnium tam rationalium,
quam irrationalium creaturarum Reginam creamus, instituimus
& damus ; omnibusque creaturis præcipimus, ut te in talem susci-
piant, venerentur, tibiique pareant. Accedunt primò Angeli,
quorum exercitum duxit S. Michaël, ipsique (ut revelatum tra-
ditur B. Amadæo, seu Joanni Menesio) ad tantam coronam gra-
tulantur : sequuntur Beati reliqui, inter quos Cognati ejus, vis-
tanta suæ Cognatæ dignitate, ineffabilè modò exultant. Talis
fuit gloria Animæ Virginis Sacratissimæ exhibita.

142 Sed & corpori ejusdem magnam volebat Deus exhibere glo-
riam, idque ante universalis judicii diem vitâ redonatum in cœlis
præmiare. Hinc die tertiâ, ad sepulchrum adhuc in Dei ac Vir-
ginis intemeratae laude perseverantibus Apostolis, nubes splendi-
dissima sepulchrum circumdedit, ait Cosmas ; comparet cum in-
numeris cœli incolis Christus, & ex Discipulis querit, (ut narrat
Petrus de Natalibus lib. 7. c. 65.) quis honor, quæ gloria hoc cor-
pus deceat ? quibus respondentibus, dignum illud esse, quod in
cœlum transferatur, ut ibidem redivivum debitam possit merce-
dem recipere, Christus animam suæ Dilectissimæ Matris continuò
illi corpori, adhuc incorrupto, & gratissimum odorem spiranti reu-
nivit : & mox de sarcophago prodit viva cœlorum Domina, novis,
cœlestibus, similibusque iis, quibuscum Christus visebatur, vesti-
bus induita, ut ipsa revelavit S. Birgittæ *lib. 7. Revel. c. 40.* & in
conspictu omnium immensâ gloriâ à Christo in cœlum subvehitur.
Unus autem ex Apostolis tantis solemnniis defuit, (prosequitur bi-
storiam Cosmas) quem S. Joannes Damascenus *Orat. 2. De dormit.*
Deip. Thomam appellat, & die tertio post advenit, qui tanta mi-
rabilia audiens, admiransque sepulchrum sibi aperiri instantiūs
postulabat, ut horum omnium cognosceret veritatem : Hoc vero
Apostoli detrectant, afferentes tantorum illi testimonia sufficere
debere, néve, si fortè infideles sepulchrum apertum audirent,
corpus furtò sublatum esse prædicarent. At Thomas : cur me,
inquit, similem vobis, communis nostri thesauri portione frauda-
tis ? Tandem sepulchrum apperientes, vestimenta tautum & sindo-
num, corpus vero minimè repererunt. Addunt alii, in eodem sepul-
chro etiam rosas, aliisque fragrantia olera reperta, in cuius memo-
riam etiam eadem festo Assumptionis B. V. benedici solere. *Grati-*
gorius Rippell in suo de Cæremoniis Ecclesiasticis parte 3. c. 8. n. 3.

In cœlum summâ magnificentiâ introducta , quinque præcessâ **143**
concepit gaudia, quæ ipsa S. Mechtildi in hunc ferè modum enumerauit lib. I. c. 48. Primum percepi ex conspectu SS. Trinitatis, in qua vidi, quantum præ cæteris creaturis electa sim ad dignitatem filiæ Patris, Matris Filii, & sponsæ spiritus Sancti. II. Dum Ss. Trinitas me exceptit, salutavit, mihique gratulata est. III. Dum eadem osculum mihi dedit, meque ineffabilibus gaudiis replevit. IV. Dum plenitudinem suæ mihi charitatis infudit, ut tota anima ex amore divino incenderetur, meumque cor præ ducledine liqueficeret. V. Dum tota se se mihi infudit Trinitas, & omnia membra penetravit, & ego plena Deo effecta sum, & deinceps omnia ille in me peregit: nam per oculos aspiciebat, per aures audiebat, in corde habitabat, & ore meo sibi soli dulcissimas & perfectissimas laudes cebat.


Mystici quidam Doctores apud Engelgrave de Assumpt. B. V. **144**
§. 5. ad maximam Deiparæ gloriam tradunt, eam paulò ante, quam obdormiret, SS. Eucharistiam pro viatico sumpsisse, cuius deinde species in mortuo, sed incorrupto, corpore etiam non sunt corruptæ, sed una in cœlum assumptæ, ubi hodie in Virgineo pectore ve-
luti cristallo pellucida adhuc SS Hostia à Beatis summa cum volup-
tate conspicitur, ac velut fons resurrectionis totâ æternitate adoratur.

Gloriam demum supremæ Matris adauxit repetitus Beato-
rum omnium applausus. Sicut enim dubitari non potest, quin Ss.
Trinitas novos ipsi honores exhibuerit, fortè iterum de novo co-
ronaverit, aut saltem, ut Reginam proclamaverit: ita nec dubitari
potest, quin Beati novis ipsam honoribüs affecerint, iterum illi
submissi homagium fecerint, ac ad plenam tam animæ scilicet,
quam Corporis gloriam fuerint gratulati. Quare indignissimus,
& ingratissimus hominum essem, ô Domina! si, dum cœlum & ter-
ra tuam gloriam loquuntur, ipse solus obmutescerem. Igitur & ego
ad tuum, ô præcessa Virgo! thronum adrepo; tibi ad tantam ma-
jestatem, quâ post Christum major in cœlo non est, gratulor, téque
in Dominam & Reginam recipiens, tibi etiam homagium præsto.
Ait, si Regina mea es, me in vasalum suscipe; si Domina, in ser-
vum; si Patrona, in clientem; si Mater, in filium. Quanta in tam
sublimi Persona Regia dignatio! non dedignaris etiam abjectissi-
mum in filium adoptare, cui sat magnæ gloriæ esset, servum re-
mansisse. Hâc fretus, totâ devotione ad te confugio rogitans; ut
Filio tuo me præsentes, me comendes, ac æternam beatitudinem

98 *Caput IV. De meditatione Mysteriorum Ss. Rosarii.*

impetres; in qua eò te ardentius amabo, laudabo, ac pro tantis beneficiis uberiores gratias agam.

145 Hæ meditationes, si ad tuum sint, Lector benevole, palatum, eas sèpius, sed præprimis ante Rosarii recitationem, revide: et si enim totam earum substantiam cognitam jam habeas; experieris nihilominus, te, quotiescumque iterum relegaris, iterum in amore Dei incalescere: ordo certè verborum, & sententiarum emphasis valent multùm ad affectus excitandos, quæ tamen recenti non possunt diu memoriam retineri.



CAPUT V.

De benedictionibus Rosarianis.

Ria solent in Confraternitate Rosariana benedici, nempe Rosaria, candelæ, & Rosæ, de quibus, cùm ea benedicere ad munera Præsidis pertineat, in præsentiarum tractare, & ob quandam connexionem etiam de Absolutione Generali differere lubuit.

146 De his generatim sciendum est, quòd quivis Sacerdos non habet facultatem ista benedicendi, & dandi Absolutionē Generalem, sed hæc facultas solùm aliquibus sit concessa. In Ordine nostro secundū decretu Reverendissimi P. M. Generalis Antonii de Monroy, quod in epistola encyclica ad totum Ordinē dedit 30. Augusti 1679, eandem habent tantùm Provinciales, Priors, Subpriors, locorum Præsidentes, & Vicarii, actuales Prædicatores, etiam Quadragesimales, Rosarii Promotores, ac Directores, & Sacristæ majores, sed *Confessarii*, inepto enim ad audiendas confessiones talis facultas denegatur à Reverendissimis Generalibus; videatur n. 633. & quòd hoc decreto etiam hodieum standum sit, decisum mihi fuit eo in loco, ubi de similibus convenit sciscitari: ergo alii Sacerdotes non possunt prædicta benedicere, nec moribundos generaliter absolvere. Extra Ordinem nostrum prædicta præstare possunt tantùm Præsides Confraternitatis, cùm solis iis Reverendissimi nostri Generales in litteris institutionis Sodalitatis, quas infra c. 14. n. 589. dabo, illam facultatem tribuant. Et hoc propterea

terea ita ordinatum arbitror, ne benedictiones, & Absolutio Generalis vilescerent, si triviales forent, & omnibus communes, sed eo in majori honore, & aestimatione haberentur, quo à paucioribus, iisque majoribus conferri possent: hinc etiam coronæ, Rosaria, & similia in aliis Ordinibus non nisi ab aliquibus, iisque majoribus benedicuntur, & Absolutio Generalis impertitur. Posunt nihilominus Piores nostri extraneis Sacerdotibus Confessariis, sicut & alii extranei Præsides aliis Sacerdotibus Confessariis in casu impedimenti delegare facultatem absolvendi generaliter, (sed non præfata benedicendi, quamvis prout dicetur c. 15. reg. 2. n. 623., Rosaria ab extraneis Præsidibus benedicta nullas habent Indulgentias) & quidem extranei Præsides id delegare ex se ipsis nequeunt, sed ex licentia Reverendissimi Generalis per expressas litteras obtenta, quarum specimen inferius c. 16. n. 633. apponam. Hinc errat Author libri dicti Schäffer in editione altera an. 1715. dum asserit, quod ipsis Sodales habeant jus, & quovis Sacerdote petendi Absolutionem Generalem, quam propterea ipsis etiam ille impetriri possit, ac debeat. Quamvis autem absente Sacerdote, qui hæc authoritate instructus sit, Sodalis moribundus gratiâ Absolutionis Generalis destituatur, adhuc tamen 4. modi residui illi sunt Indulgentiam plenariam lucrandi, de quibus postea c. 12. §. 12.

Benedictiones sequentes debent à Sacerdote, stolâ indutô, 147
dici, ad quas etiam à nonnullis acceditur cereus Rosarii benedictus, hæc tamen cæremonia nullibi præscribitur, nec est de essentia benedictionis. Sacerdoti tamen physicè præsentia esse debent, quæ benedicere intendit.

§ I.

Benedictio Rosariorum.

- ¶. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*
- ¶. *Oui fecit cælum, & terram.*
- ¶. *Domine exaudi orationem meam.*
- ¶. *Et clamor meus ad te veniat.*
- ¶. *Dominus vobiscum. ¶. Et cum &c.*

148

Oremus.

Omnipotens, & Misericors Deus, qui propter eximiam charitatem tuam, quod dilexisti nos, Filium tuum unigenitum Dominum nostrum JESUM Christum de cælis in terram descendere, & de Beatisimæ Virginis Mariæ Dominæ nostra utero sacratissimo Angelô nunci-

200 Caput V. De benedictionibus Rosarianis.
ante, carnem suscipere, crucemque, ac mortem subire, & tertia die gloriosè à mortuis resurgere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli; obsecramus immensam clementiam tuam, ut hæc signa Rosarii, in honorem, & laudem ejusdem Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fideliter dicata, beneficias, & sanctifices, eisque tantam infundas virtutem Spiritus Sancti, ut quicunque borum quodlibet secum portaverit, atque in domo sua reverenter tenuerit, & in eis ad te secundum ejusdem sanctæ Societatis instituta divina contemplandæ Mysteria devotè oraverit, salubriter, & perseveranti devotione abundet: sicutque confors, & particeps omnium gratiarum, privilegiorum, & indulgentiarum, quæ eidem Societati per sanctam Sedem Apostolicam concessa fuerunt, ab omni hoste visibili, & invisibili, semper, & ubique in hoc sæculo libetur: & in exitu suo ab ipsa Beatissima Virgine Maria Dei Genitrice ubi plenus bonis operibus praesentari mereatur. Per eundem Dominum &c.

Aspergantur aquâ benedictâ.

149 Quæres primò, quam virtutem Rosaria per benedictionem acquirant?

Respondeo eam, quæ in formula benedictionis exprimitur, & est triplex: prima est, ut, qui tale apud se gestaverit, & ex eo meditandò Mysteria oraverit, perseverati devotione abundet, seu magis ac magis in hac devotione inardescat. Secunda est, ut fiat particeps Indulgentiarum Rosarianæ Societatis. Tertia, ut speciali modò defendatur ab infestatione dæmonum, constat siquidem dæmones, eorumque ministros Rosaria benedicta aversari, & fugere, ac talia apud se gestantibus nocere sæpius non fuisse auctos: unde primi Sancti Patres, ac Sorores Ordinis nostri publicè supra vestes è collo suspensa gestabant.

150 Unò, vel alterò exemplò dicta confirmemus. Refert ex aliis P. Venturini tom. I. disc. 33. ignem tantum Rosario benedicto, divinitus coactum, exhibuisse honorem, ut idem nec quidem corripere, minus consumere valuerit: cum enim Rosarianæ devotioni cuidam addictissimo, nescio, quod infortuniò, domus conflagrasset, id solatii, jaclitam suam deploranti, nihilominus ignis reliquit, quod tota supellectili in carbonum cumulum redactâ, solum suum Rosarium integrum, & penitus illæsum repererit. Non minus mirabile, quod cum quinque Indis gestum est. Carpentibus his simul eandem viam ingruit tempestas horrida, pluit, fulgurat, tonat: quæ ut nonnihil evaderent, recipiunt se in proximam speluncam; sed hoc asylum adeo tutum non erat, quin tonitru

nitrui in medium illorum non prolaberetur. Ecce tamen stupendum miraculum! duos illico perimit, reliquos tres, qui collo Rosaria subnexa habebant, non attingit. Egit hoc Divina Majestas, ut gentem illam ad fidem Catholicam recens conversam erga suam SS. Matrem, ejusque Rosarium eò amplius inflammaret. Hæc Venturini. Ausim quoque afferere, si tanta à fidelibus fides, spesque in Rosaria benedicta, quanta in S. Scapulare Carmelitanum, Corigiam S. Monicæ, aliaque similia, collocaretur, etiam tanta per illa miracula patrarentur.

Quæres 2dò, an oratio Rosarii non valeat tantum, si fiat è non benedicto Rosario, quam benedicto? 154

R. quod oratio Rosarii sit quidem ejusdem meriti ad quodcunque materiale Rosarium dicatur, unde & orans devotè sine benedicto, vel planè sine ullo Rosario satis facit legibus Sodalitatis, & fit particeps bonorum operum reliquorum Sodalium; Indulgentias tamen eas non obtinet, quæ Rosariis benedictis sunt affixa, quod per se est manifestū, quia non ponit conditionē requisitā à Pontificibus, & quia, prout ex formula benedictionis patet, per benedictionem Rosariis aliquæ Indulgentiæ affiguntur; reliquis tamen recitantibus devotè Rosarium, aliisque pia opera exercentibus, indultis Indulgentiis tales minimè privantur. Longè ergo melius est è benedicto Rosario consultam peragere orationem propter dicta n. 149.

Quæres 3. Ut Rosaria sint benedictionis capacia, ex qua materia debeat esse confecta? 155

R. nullam materiam excipi: tamen piè monet Pepinus noster in tractatu, quod inscripsit *Salutare Mariam* conc. 3. ne in Rosariis vanitas & ostentatio queratur: ne ob nimis pretiosa grana, aut appensa numismata dicamur plus velle esse pulchri, pretiosi & rari, quam devoti. Quare in Confraternitate Scapularistica Carmelitarum inhibitum est Scapularia acu pretiosè picta, quæ non nisi ad vanitatem deservire possint, benedici.

Quæres 4. quam formam debeat habere Rosaria, ut possint benedici? 156

Respondeo, Rosaria materialia debent habere talem formam, ut repræsentent vel integrum Psalterium Marianum, vel tertiam partem: petiture enim in formula benedictionis à Deo, ut hæc signa Rosarii in honorem & laudem ejusdem Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fidei dicata benedicas; ergo Rosarium debet habere parvam crucem, quæ signet Symbolum Apostolicum, deinde 15. majuscus.

Ia grana pro totidem Orationibus Dominicis, & 150. minuscula pro Salutationibus Angelicis: vel si signet tertiam partem, 5. **majuſoula**, minuscula 50. Ratio hujus ex se est clara, quia nulla res **capax** est benedictionis, quæ non potest denotare, aut denominari **Rosarium**; quod autem non habet dictam formam, non potest denotare, aut denominari **Rosarium**: igitur nec benedici. Idem videre est in aliis benedictionibus; sic quod non habet formam calicis, non potest recipere benedictionem calicis. &c.

Quid jam de Rosariis sex decadum annexis tribus granulis sentiendum?

De hoc jam mentionem feci c. 3. n. 78. quod nempe talia **Rosaria** à nostris Authoribus, ibidem citatis, reprobentur, quodque in Italia nullatenus à nostris benedicantur, cum scilicet illa **Rosaria** (sic dicta) non habeant veram formam Rosariorum, sed sint propriè Coronæ B. M. V. quia ad numerum annorum ætatis ejusdem 63. globulis constant. Hoc si verum est, paucissimi in Germania **Rosarium** benedictum habebunt, quia pauci in dictæ Coronæ sunt in usu. Quia tamen nulla emanavit hac in re declaratio, ideo dubium hoc gravissimis Doctoribus proposui, ab illisque expetii sententiam. Quidam responderunt, dictas Coronas posse à nobis in Germania validè benedici, ita ut in illis, **Rosarium** tamen **nostrum** orantes, possint Indulgentiis Rosarianis frui: & hoc ex ea, ut arbitror, ratione, quod, licet, si in rigore loquamur, in se non sint signa Rosarii, nec Rosarii formam habeant; sint tamen signa Rosarii secundum communem persuasionem hominum, neque aliter, quam Rosaria nuncupentur. Cum quo tamen stat, quod, si quis in eisdem Coronis intendat recitare solum Coronam B. Virginis, seu in honorem Ætatis illius dicere 63. *Ave*, nequam lucretur Indulgencias, Rosariis benedictis concessas: Quod si dictam Coronam conjungat Rosario, se exponat periculo amissionis dictarum, prout dictum fuit n. 78. Alii è contrà negabant, asserentes, si S. Congregatio Indulgentiis præposita consuleretur, eam responsurā, non posse benedictione Rosariana dictas Coronas benedici, quemadmodum, ut sàpè dictum est, in Italia non beneduntur; cum Rosaria materialia repræsentent orationes Rosaril, quarum nec plures, nec pauciores sunt, quam 150. si accipiantur summatim, vel 50. si de illis solum pars tertia spectetur. Convenierunt tamen in hoc omnes, populum instruendum esse, quod Rosaria è 5. aut 15. decadis constare debeant, talibusque ad maiorem certitudinem Indulgientiarum utantur, prout etiam PP. Brit. eit.

gittini instruunt homines, sua Rosaria tantum 5. decadum esse debere.

Quæres 5. possunt ne etiam Rosaria, seu Coronæ Jerosolymitanæ Franciscanæ 7. decadum benedici ?

155

R. si de coronis 6. decadum jam dubium sit, non potest non esse dubium de Coronis 7. decadum, mihique longè verisimilius videtur, quod tales benedictionis Rosarianæ minimè sint capaces. Rosaria etenim Jerosolymitana nec in se, nec secundum persuasione hominum sunt Rosaria, cum communiter à Rosarijs Dominicanis distinguantur; sed, si constent 7. decadis, propriè sunt Coronæ B. M. V. quibus 72. Ave Maria in honorem totidem annorum ætatis ejusdem (secundum aliam opinionem) recitantur. Quod si etiam in 7. decadis adhuc perseverat forma, & signum Rosarii, perseverabit etiam in 8. 9. aut 100. decadis, & sic Rosarium nullam habebit certam formam, aut globulorum numerum; quod tamen aperte est falsum.

Dices, tamen æquè benè, & commodè potest Rosarium in talibus Coronis dici. Item ubi 7. decades sunt, sunt etiam 5. ergo ubi 7. aut plures sunt decades, ibi erit & forma Rosarii.

156

R. Hoc argumentum nimis multum probat, & consequenter nihil. Nam Rosarium æquè commodè recitari potest ex digitis, aut globulis vestium; quis tamen affirmabit digitos & globulos posse velut Rosaria benedici? Non ergo ideo præcisè Rosaria benedicuntur, quia ex illis commodè Rosarium dici potest, sed quia signant & repræsentant Rosarium Marianum, quia granorum numerus respondet numero Orationum in Rosario, quia ex talibus cognosci potest, hominem hunc esse Sodalem Rosarianum, & Rosario affectum: hinc Pontifices apud se, maximè palam, Rosarium benedictum gestantibus certas Indulgencias concederunt, prout postea n. 500. videbimus. Ex corona vero 7. aut plurium decadum quis Sodalem Rosarianum dignoscet?

Ad alterum dico; licet, ubi sunt plures decades, sint etiam 5.; tamen istæ 5. ob additionem aliorum non amplius sunt signum Rosarii, nam numeri secundum Philosophos per additionem vel ablationem mutantur specie, & hinc quinque & septem differunt specie, et si in septem etiam continantur quinque.

Quæres 6. An grana absque filo possint benedici?

R. Suppono tanquam certum, cumulum aliquem granorum non posse benedici, quia nondum habent formam Rosarii, sed adhuc sunt indifferentia ad quemcunque usum, quemadmodum non

157

non potest benedici benedictione calicis argentum etiam jam præparatum, antequam actu formam calicis recipiat. Dico jam, quod neque præparati jam, & numerati globuli precatorii benedici possint, antequam sint in filum trajecti, & possint defervire ad actuali-
lem usum: quia nulla materia, etiam proximè disposita, potest be-
nedici, antequam actuali-
lem recipiat formam, & possit esse usui, ita
patet in vestibus sacris, quarum materia etiam præparata, & con-
cisa non benedicitur, nisi consuatur, & ponatur in eo statu, ut pos-
sit indui à Sacerdote.

Obijciunt tamen quidam simplicissime, quod nempe non be-
nedicatur filum, sed grana.

Respondeo tamen, quod nec solum filum separatim, nec sola
grana benedicantur, sed utrumque simul, quia per utrumque con-
stituitur integrum Rosarium, quod potest servire ad usum: exem-
plum est in veste sacra v. g. Casula, de qua anterior, & posterior
pars, usque dum sunt separatæ, benedici adhuc non possunt, licet
filum, quo illæ partes junguntur, se solo non benedicatur.

158

Quæres 7. quando Rosarium benedictum amittat benedictionem?

R Secundum communem, res benedictæ tunc amittunt bene-
dictionem, quando amittunt debitam formam, & usum, sed quæ-
stio est, qualis destrucción ad amissionem requiratur? ideo.

159

Quæres 8. si unicum granum desperdatur de Rosario, seu de
150. granis, an amittatur benedictio, & Indulgenciarum? tamdiu enim
Indulgenciarum affixa manent, quamdiu benedictio. Eadem prorsus
difficultas est, an Rosarium, in quo unus globulus precatorius
deest, possit benedici? videtur enim par ratio utriusque. P. Studer
parte 3. c. 10. in fine ait, in hoc casu non desperdi benedictionem.

Meliùs tamen P. Claudius La Croix S. J. lib. 6. p. 2. n. 1385.
dicit probabilius esse, si Indulgencia fuerit Rosario, vel grano ap-
plicata, & hoc desperdatur, desperdi Indulgenciam, nec posse rem
aliam substitui: idem declaravit Innocentius XIII. de Rosariis
Jerosolymitanis, ut n. 841. dicemus, ita ut desperditum uno granum,
totum Rosarium desperdat benedictionem, & Indulgencias, neque
possit aliud granum substitui. Hoc ipsum La Croix videtur ex-
tendere ad alia quæcunque Rosaria. Verum de Rosario nostro
nunquam fuit edita similis declaratio, neque bene declarationes de
uno Rosariorum genere transferuntur ad aliud: ergo ex hoc cap-
ite nihil de Rosariis nostris evincitur. Alia ratio hujus opinio-
nis afferri posset, quod nempe desperditum aut deficiente uno granum
desit forma Rosarii requisita. Sed posset responderi, quod tunc
notar-

notabiliter non destruatur forma, parum autem pronihilo reputatur. Contra tamen est, quod juxta n. 156. amissō unicō granō mutetur species numeri, in certa autem specie numeri granorum consistit forma Rosarii. Item Rosarium benedictum, & recitatio Rosarii se habent ebdem modō, Rosariis etenim Indulgentiæ assignuntur in ordine ad recitationem Psalterii; sed probabilior, & tutior sententia est afferens, quod si in recitatione Rosarii vel unum Ave Maria omittatur, non acquirantur Indulgentiæ, ut dicetur n. 439. nisi illud suppleatur: ergo & probabilius, & tutius erit, suppleret unum granum, & deinde benedicere Rosarium.

Ex quo sequitur, quod eò magis amittantur Indulgentiæ, si de integro Rosario una decas desperdatur, vel plures, ac propterea non possit benedici unica sola decas, aut duæ, vel tres, quia tunc planè non adest amplius forma Rosarii.

Quæres 9. Si rumpatur filum Rosarii, an benedictio amittatur? 160

R. Si filum rumpatur, & iterum colligatur, non perdi benedictionem videtur certum, sicut cingulum, quod pertinet ad vestes sacras Sacerdotum, si ita rumpatur, quod una pars adhuc sit apta ad cingendum, manet adhuc benedictum, & altera pars, si addatur, redditur benedicta, cum accessorium sequatur principale: secus si nullâ parte se possit Sacerdos præcingere, ut docet P. Hermannus Busembaum lib. 6. p. 2. tract. 3. cap. 3. dub. 4.

Si filum ita rumpatur, ut debeat assumi novum, communis est hominum persuasio, non amitti benedictionem. Opponi tamen possunt non omnino contemnenda: Res siquidem benedictæ amittunt benedictionem, quando amittunt formam, & usum ordinariū, ut cum communi dictum fuit n. 158. atqui Rosarium ruptō filō & commixtis granis perdit formam, & usum ordinariū. Item res benedicta, si redigatur in eum statum, in quo non posset benedici, desinit esse benedicta: grana autem remotō filō ponuntur in eum statum, in quo nequeunt benedici secundum n. 157. Tertiō, dum separantur ab invicem partes notabiles in aliis rebus benedictis, perit benedictio, ut mox fuit dictum de cingulo ex P. Busembaum, ubi & addit, si manica ab Alba separetur, etsi postea assuatur, Albam nihilominus evadere non benedictam. Dicunt quoque nonnulli Authores, & fortè probabilius, si Crux, cui Indulgentiæ sunt applicatae, frangatur, deperditas esse Indulgentiæ, etsi ab Aurifabro redintegreretur: quia positâ fracturâ cessant, nec est aliqua causa nova, quæ eas reducat, etsi redintegreretur, & ita inter alios docet la Croix lib. 6. p. 2. n. 1385. licet aliqui dicant

Crucem reparatam adhuc retinere benedictionem, cùm videatur moraliter eadem cum illæsa. Nec dicas, in Rosario non filum, sed grana benedici: ratiuncula enim hæc jam est everfa n. 157. ubi ostensum est, nec filum solum, nec sola grana, sed integrum compositum benedici. Et reponet tibi la Croix, nec gluten, quod brachia cum hasta Crucis conjunguntur, benedici; & nihilominus illò dissolutò deperdi benedictionem.

His tamen obstat communis persuasio hominum & usus: nam ubique locorum Rosaria, quantumcunque tenui, & mox permittando, filo inhærent, sine scrupulo benedicuntur; unde si mutatō filo periret benedictio, omnia venalia Rosaria, quæ necessariò debent in fortius filum colligi, amitterent benedictionem, per quod sequeretur magna turbatio in populo, quin & Rosaria in contemptum abirent. Unde videtur dicendum, res benedictas, eti in illis contingat aliqua mutatio, adhuc permanere benedictas, si facta mutatione adhuc maneant secundum coñunem aestimationem prudentum, & persuasionem hominum moraliter eadem, quæ erant ante mutationem; quale est Rosarium assumptō aliò filo, iisdem permanentibus granis. Scio nihilominus multos timoratos pro majori securitate variatō filo iterum Rosaria benedicere soleare. Demum lacerata Rosaria non videntur comburenda, cùm non benedicantur benedictione consecrativa, ut uestes sacræ, sed solum invocativâ specialis assistentiæ, vel auxilii Dei, ut candelæ, rosæ, & alia comedibilia; licet & hæc in materia subiecta subinde requirat certam formam & usum, ut patet in benedictione Crucis &c.

161 **Q**uæres 10. An Rosaria nostra possint vendi, permutari, commodari, donari sine ammissione Indulgientiarum?

Respondeo, cum hucusque non fuerit à Sede Apostolica prohibutum, licetè possunt alienati etiam cum Indulgentiis: Et ita etiam Romæ solent peregrini permittere Rosaria à nostris benedicti, quæ deinde in aliis provinciis divendunt.

S. II.

Benedictio Candelarum Ss. Rosarii.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit &c.

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum &c.

Oremus.

Domine JEsu Christe lux vera, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, effunde per intercessionem Virginis Mariae Matris Tuae, & per quindecim ejus Rosarii Mysteria benedictionem tuaam

tuam super hos cereos, & candelas, & sanctifica eas luminet ut gratia: & concede propitiatus, ut, sicut hæc luminaria igne visibili accensa, nocturnas depellunt tenebras, ita corda nostra invisibili igne, ac Spiritus tuus & Sancti splendoris illustrata, omnium vitiorum cæcitatem careant, ut pura mentis oculò cernere semper possimus, quæ tibi sunt placita, & nostræ saluti utilia; quatenus post hujus seculi caliginosa discrimina ad lucem indeficientem pervenire mereamur. Qui uis Ec.

Aspergantur aquâ benedicta.

Quæres 1. quare in Sodalitate cerei benedicantur? quæ can-
delæ ad Rosarium convenientia?

163

Respondet P. Venturi tom. I. disc. 33. §. 3. n. 12., quod aptè benedicantur à Sodalitate, quia in candela accensa belle exprimitur Rosarium: cera repræsentat humanitatem Christi secundū vitam ante passionem, seu quantum ad Mysteria gaudiosa; flama Divinitatem in Mysteriis glorioſis, & consumptio cerei à flamma donat passionem, quæ proponitur in Mysteriis dolorofis. Aliae expositiones morales cerei videantur in libris, quæ facile occurunt.

Quæres 2. quam virtutem obtineant isti cerei benedicti?

R. Primò eam, pro qua petitur in benedictione: ut scilicet, 164 qui talibus cereis usi fuerint, per intercessionem B. Virginis omni mentis cætitate careant, & illuminentur, ut possent cernere, quæ Deo sunt placita, & saluti nostræ utilia.

2. Qui tales cereum ardente teuerit in agone, acquirit Indulgentiam plenariam, ut dicetur n. 541.

3. Habent virtutem mira patrandi, sic teste P. Venturini ibidem n. 13. cùm agenti jam animam ex infelici, & alto casu, quod omnia membra collisa fuerant, candela hæc benedicta de more in manum tradita esset, ut primùm flamma pervenerat ad impressam B. V. imaginem (nam talis in quibusdam locis imprimitur) ultra proredi non est ausa, & ecce! luctans jam cum morte redditus sensibus, & post integræ sanitati. Candela verò, quæ tantum operata est portentum, ad honorem, & gloriam Reginæ SS. Rosarii in publica, & solempni Supplicatione Victoriæ, in qua Urbe hoc contigit, circumlata fuit. Narrat præterea idem P. Venturini, duas puerperas, quæ angustiis partus conficiebantur, applicata tali candela feliciter peperisse. Hinc sicut Jacobus Marchantius. *Horti Pastororum tract. 3. De fide Christi. lect. 15. prop. 3.* piè suadet, ut ingruentibus doloribus partus coram Venerabili Sacramento lumen accendatur, ut Christus, qui lumen est de lumine, & ex Matre sine dolore processit, gratiam largiatur infanti, ut etiam

108 Caput V. De benedictionibus Rosarianist
sine periculo ad lumen vitæ hujus per partum, & ad lucem gra-
tiæ per baptismum possit pertingere: ita ex iisdem motivis hæc
Rosarii candela potest coram imagine B. V. accendi.

165 Probabile est talem candelam posse in manus tradi moribun-
do non tantum jam Sodalitiæ inscrip̄o, sed etiam inscribi peten-
ti, sicut eidem dari potest Absolutio Generalis, non enim major
de una ratio est, quam de altera: itaque piè credendum, quod pe-
tens fieri Sodalis, gaudere possit Indulgentiâ plenariâ candela.
Reliqua de his candelis dicentur infra n. 543.

§. III.

Benedictio Rosarum.

166 ¶. Adjutoriū nostrum in Nomine Dom. R. Qui fecit cælum, & terram,
¶. Dominus vobiscum. R. Et cum Ec.

Oremus.

Deus, Creator, & Conservator generis humani, dator gratia
Spiritualis, & largitor æterne salutis, benedictione tuæ sanctæ beneſticias
rosas, quas pro gratiis tibi ex solvendis cum devotione, ac venera-
tione Beatæ, semperque Virginis Mariæ Rosarii bodie tibi præsentamus,
& petimus benedici, & infundi in eis per virtutem sanctæ Crucis & bene-
dictionem cælestem, ut, qui eas ad odoris suavitatem, & repellendas
infirmitates humano usui tribuisti, talem signaculū sanctæ Crucis bene-
dictionem accipiant, ut, quibus cunque in infirmitatibus appositæ fuerint,
seu qui eas in domibus suis portaverint, ab infirmitatibus sanentur, di-
scendani diaboli, contremiscant, & fugiant pavidi cum suis ministris de
habitationibus illis, nec amplius tibi servientes inquietare præsumant.
Per Dominum, &c.

Aspergantur aquâ benedicta.

167 Ratio, cur rosæ in hac Sodalitate benedicantur, est in prom-
ptu: quia nempe, prout supra n. 1. dictum est, ipsa Sanctissima Ro-
sarii Patrona Psalterium suum coronæ rosis confectæ assimilare
dignata est: hinc rosa tum ipsius Virginis Sacratissimæ, tum ejus
Rosarii symbolum est elegantissimum, & ipsis communiter tot,
tantisque bellis modis adaptatur.

168 Quæres tamen de harum rosarum virtute, quam scilicet illæ
per benedictionem nanciscantur?

R. Virtus hæc est duplex: prima, ut sint in infirmitatibus
remedium efficacius; secunda, ut fugent dæmones & maleficia.
Uſus earum est ordinarius, quod scilicet adhibentur ad medicinas;
est etiam extraordinarius, quod plus ab ipsa Deipara, quam à natu-
rali

sali rosarum virtute effectus expectatur, & iste est varius: solent enim folia aut integra, aut in pulverem redacta sumi per modum medicinæ tam ab homine, quam à pecore, aut illis infirmi tumigari, vel verò eadem folia tanquam emplastra plagis exterioribus applicari: & taliter magnâ fide, & imploratō Divinō auxiliō adhibitæ rosæ & contulerunt jam, & adhuc conferunt desideratam sanitatem, quod plura comprobant experimenta. Tale est celebre illud, de quo P. Venturini *ibidem* n. 6. quod contigit Lisabonæ annō 1575. ubi miser quidam, postquam per longum tempus diroꝝ morsus, cruciatûsque in suo senserat corpore, & jam à Medicis erat derelictus, tandem magnâ fide, & devotione nonnulla benedicta rosarum folia sumpsit aquæ innatantia: elapsa deinde ferè mediâ horâ, magni in ipso exurgunt motus, & contorsiones, & ecce! prodit carnifex per vomitum ejactus, serpens scilicer 10. palmariꝝ longitudinis, & unius digiti crassitudinis. Sæpè item deonera- runt puerperas, ita quidem, quod, referente eodem P. Venturi- ni, sumpta folia à Matre attulerit infans secum in lucem super humeros, ad demonstrandum, partum fuisse virtute harum rosa- rum promotum. Videatur n. 146. & 629.

Rosas benedicere possunt, qui Rosaria. Quare cùm aliqui- bus tantum hæc benedicendi detur facultas, eam non omnes ha- bent, ut dictum fuit n. 146. & dicetur n. 629.

§. IV.

De Absolutione Generali.

Inter Præsidis Sodalitatis benedictiones, de quibus in præsen- 169
tiarum, colloco etiam Generalem Absolutionem. Hæc est singu-
lare solatium vitâ decedentium, quam etiam summi Pontifices si-
bi à Generalibus Ordinis nostri postulant impertiri.

Formula Generalis Absolutionis

Dictrō ab aliquo Confiteor, Pater Spiritualis: Misereatur &c.
Indulgentiam &c Dominus noster JEsus Christus Filius Dei vivi,
qui B. Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per
suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, & remittat
tibi omnia peccata quæcumque, & quomodounque in toto vitæ decursu
commisisti, de quibus corde contritus, & ore confessus es, restituens ti-
bi stolam primam, quam in Baptismate receipisti, & per Indulgentiam
plenariam à summis Pontificibus Innocentio VIII. & Pio V. Confra-
tribus SS. Rosarii in articulo mortis constitutis concessam, liberet te de
præsentis, ac futuræ vitæ penit, dignetur Purgatorii cruciatus remitte-

110 **Caput V.** De benedictionibus Rosarianis.

re, portas inferi claudere, paradisi januam aperire, tēque ad gaudia sempiterna perducere per sacratissima suæ vitæ, passionis, & glorifica tionis Mysteria SS. Rosariò comprehensa. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto Deus unus vivit, & regnat in sœcula, sœculorum, Amen.

Quæres 1. quem effectum habeat Absolutio Generalis?

170 R. Moribundus per eam acquirit Indulgentiam plenariam, ita ut sit liber ab omni reatu penæ, ac infans post S. Baptisma, quod significatur per stolam primam in Baptismate receptam.

Quæres 2. Quòd apparatu debeat Sacerdos eam impetriri.

171 R. Sacerdos sœcularis sit induitus superpelliceo, & stola, Regu laris verò stola. Hæc tamē plus solemnitatis sunt, quam necessitatis nam absolutio Sacramentalis, licet major, validè tamen sine his confertur. Pater Studer p. 3. c. 12. n. 5. ait Adrianū VI. ordinasse, ut, ad profitendū veræ fidei lumen, moribundus sub Generali Absolu tione tenere debeat candelam benedictā; piè tamen credo, Pontifi cem hoc non exegisse, tanquam conditionem absolutè necessariam ad consequendam Indulgentiam, sed tanquam aliquam congruentiam, hoc enim foret nimis durum, cùm apud pauperes raro a liqua candela benedicta reperiatur. Quòd si moribundus ante ago nem, dum absolvitur, teneat cereum benedictum SS. Rosarii, ha beat intentionē lucrandi solum Indulgentiā plenariam per Ab solutionem Generalem, non per retentionem cerei obtainendam, sed hanc reservet sibi pro agone; nam Indulgentia cereo affixa est pro agone solum, & pro illo, qui eam tenendō objetit.

172 Quæres 3. Qualiter debeat esse dispositus moribundus, & pri mò quidem, an debeat antea confiteri? Videtur enim, quòd sic, quia in formula Absolutionis dicitur: *Remittat tibi omnia peccata, de quibus corde contritus, & ore confessus es.*

Respondet tamen P. Andreas Roth c. 8. n. 29. quòd non re quiratur absolute, ut antea confiteatur moribundus in re, sed sufficiat, si confiteatur in voto, si nempe interius doleat de peccatis, licet jam amplius non possit confiteri, & hoc videntur innuere illa verba: *De quibus corde contritus es.* Censeo nihilominus, si tales adhuc sunt in statu confitendi, & dudum non fuissent confessi, eos monendos esse ad confessionem; si verò non ita pridem confessio nem peregerint, renovandus erit dolor de peccatis, ut melius ad percipiendam hanc Indulgentiam disponantur.

173 Quæres 4. An moribundi debeat esse in agone? Indulgentia enim concessa est pro constitutis in articulo mortis, qualis est pro priè tuæ, dum homo est in agone.

Respon-

Respondet Idem *ibidem*, quod, si faveat tempus, convenientius Absolutio detur infirmo, dum optimè sibi adhuc est præsens, & se possit per aliquem pium actum ad illam gratiam recipiendam disponere: Unde per articulum mortis etiam intelligitur illud tempus, quod homo creditur brevi moriturus.

Quæres 5. Cui moribundo?

R. Solùm Sodali SS. Rosarii, sicut & ei, qui licet adhuc non sit inscriptus, petit tamen inscribi, ut dicetur n. 190. Unde ille, qui non est Sodalis, aut, si talis est, nunquam tamen tota vita Sodalitatis statuta servavit, hanc gratiam non meretur. Illi tamen haec gratia non est deneganda, qui hebdomadatim Rosarium persolvere non potest, aut qui illud plerumque recitat, licet illud subinde negligat, prout dicetur infra n. 509. Reverendi ergo Domini, qui moribundis SS. Sacraenta ministrant, eosdem ad hanc Sodalitatem invitabunt, si eos nondum inscriptos invenerint; qui si ad Sodalitatem aspiraverint, eos ad Sodalitatem recipient dicendò v. g. *Ego te recipio in Sodalitatem, si sint ipsi Præfides; si vero sint delegati: Ego in nomine Præfidis, cuius vices gero, te in Sodalitatem Rosariæ non suscipio;* Deinde ipsi statim impertiantur Absolutionem Generalem, & Præses quantocuyus nomina & cognomina ipsorum Albo Mariano inseret; vel si delegatus, nomina Præfidi inscribenda mittat. Ita nimirum totum fieri debere edoctus sum.

Quæres 6. An casu, quod haec Absolutio data jam sit semel alieni in articulo mortis præsumpto, iterum ipsi debeat dari in articulo mortis vero?

P. Andreas Roth adducit quandam Authorem negantem, quod tali infirmo iterum possit dari Absolutio. Sed recte opinionem hanc rejecit P. Roth cap. 8. n. 31. & sequentibus: nam, dum impertitur haec Absolutio, semper tacite seu implicitè subauditur: *Ego tibi impetrator Indulgentiam plenariam, si verè obieris, secus non, cum haec Indulgentia non nisi in articulo mortis vero acquiratur:* Innocentius siquidem VIII. prout videbimus n. 366. voluit hanc Indulgentiam *semel in vita & semel in morte* obtineri posse. Præterea dum Absolutio datur in articulo mortis præsumpto, non suspenditur ista Indulgentia usque ad articulum verum: quare eadem semper debet repeti, usque dum ad verum agonem deveniatur.

Forma Absolutionis Generalis in antiquis libellis est antiquata. In nova n. 169. posita volebant quidam apud P. Roth non debere fieri mentionem S. Pii V. prout nec fit in Bulla Innocentii XI. infra n. 408. credebant etenim S. Pium specialem adhuc indul-

112 **Caput V.** De benedictionibus Rosarianis.
dulgentiam pro articulo mortis concessisse: in novo tamen Ordin-
nis nostri Breviario etiam mentio S. Pii est inserta. Reliqua vi-
deantur n. 146. & 512.

Dicetur autem infra n. 512. quod hæc Absolutio Generalis
non possit dari sano & incolumi, sed tantum moribundo. Dictum
quoque jam fuit n. 146. quinam possint hanc impetriri Absolu-
tioneim.

CAPUT VI.

De Regulis Sodalium.

177 **R**egulas suis clientibus ipsa B. Virgo prescripsit, ac B. P. Dominico dictavit, quas B. Alanus in sua Apologia p. 2. c. 14. recenset. Miror autem Scriptores Rosarianos nullam regularum istarum mentionem fecisse, & ex omnibus, quos mihi videre licuit, unicus Venturini eas exhibet tom. I. disc. 19. §. 2. has igitur, cum debitum tamen observationibus, dabo, nam illæ successu temporis à Summis Pontificibus sunt nonnullæ immutatae, & auctæ. Quare ut status pristinus, & modernus Sodalitatis perspiciatur, & regulas antiquas B. Virginis, & modernas, sed essentiales tantum, subjicio: in diversis etenim locis etiam diversa consuetudine introducta observantur, quæ omnibus aliis Sodalitatibus imponere nec expedit, nec oportet; nonnullæ tamen consuetudines in Bulla Innocentii XI Nuper c. 7. infra n. 386. & sequentibus referenda confirmantur, & Indulgentiis ornantur.

Statuta Confraternitatis Psalterii.

Ab ipsa Deipara S. Dominico dictata.

178 **Hæc mea Confraternitas Psalterii in Nomine JEsu Christi, &**
Virginis Marie esse fundata debet. Ita B. Virgo.

Regulæ Sodalium modernæ.

R E G U L A I.

Hæc Confraternitas debet appellari Confraternitas JEsu, &
Mariæ sub titulo Psalterii, vel Rosarii B. Mariæ Virginis.
Nota.

Titulus hic etiamnum servatur, & in omnibus libris huic So-
dalitati attribuitur, & inhibetur, ne aliud nomine appelletur.

179 **Fratres autem & Sorores (pergit Regina Rosarii) esse quicun-
que ex omni studio Ecclesiæ possunt, & subjectas observabunt cæremoni-**

as, sive statuta: facta prius sui declaratione de perseverantia in ea Fraternitate. Ex quo potest erui.

REGULA II.

Uscipiendi in hanc Confraternitatem declarent se, quod velint in ea perseverare.

Nota.

Nullus in hanc Sodalitatem suscipitur ad certum tempus, sed in perpetuum, & imprudentissimus esset, qui vellet ad certum tempus esse Sodalis, cum tales in morte, & post mortem multis gaudeant gratiis, & Indulgentiis, quibus ille omnibus destituetur, postquam desineret esse Sodalis.

Datoque simul nomine in Album inscribendo, quae nomina, ut & 180 defunctorum semel in anno publicè legentur. Revide cap. 2. regulam 11. n. 68.

REGULA III.

Uscipiendo nomina, & cognomina debent Albo ab habente potestatem inscribi.

Nota.

Hæc inscriptio sit in signum, quod ad hanc Confraternitatem, & ad omnia beneficia, gratias & privilegia eidem annexa suscipientur. Modum ex quodam libello edito à P. Jacobo Sprenger prescriptis Schatzkammer p. 1. c. 11. n. 3. atque ad Altare Ss. Rosarii statuendam esse mensam ad inscribendos Sodales, quod congruum est, & etiamnum in usu, non tamen est necessarium, ut hæc inscriptio in Ecclesia peragatur. Addit autem dictus Author, nomina inscriptorum debere postea à Sacerdote sub majori Sacro publicè legi, & iterum oretenus ad Societatem recipi: sed hæc ceremonia jam exolevit.

Necessæ non est, ut quis die inscriptionis confiteatur, & ideo etiam in statu peccati mortalitatis existens potest ad Sodalitatem recipi & inscribi, & verè fieri Sodalis, licet hoc redigendum non sit in praxim, sed ad consequendam Indulgientiam plenariā oportet eō die sua peccata confiteri, & ad mensam cœlestem accedere. Ex quo habetur, quod non sit necessæ, ut volens inscribi ipse templum, in quo est Sodalitas, adeat, sed sufficit, si se per alium inscribi permettat; sicut etiam satis est, si semel in uno loco fuerit ad Societatem receptus. Ita sententia communis.

Quæres 1. an inscriptio sit absolutè necessaria ad gratias Soda- 183 litatis

litatis consequendas, ita ut non sufficeret, si quis solum per verba, aut signa sit ad Sodalitatem receptus, sed insuper debeat esse Albo inscriptus? Non omnium hac in parte eadem est sententia, sed pro diversitate gratiarum etiam diversa sentiunt. Ut autem recto ordine procedamus, referenda erunt gratiae, quas homines ex hac Sodalitate habent.

Prima gratia est, quod aliquis in Sodalem recipiatur. Quod ad consequendam hanc gratiam requiratur suscepitio ad Sodalitatem, conveniunt Doctores omnes, quod ita per se clarum est, ut nulla opus sit probatione: nemo enim ratione solius Christianae fidei, aut spontaneae recitationis Rosarii Sodalis Rosarianus est, sed qui ad hanc Societatem, ab aliquo ad id habente autoritate, recipitur.

184

Verumtamen queritur, an sufficiat aliquem solis verbis, aut signis recipere, an vero insuper oporteat Albo Sodalitatis inscribere? Non requiri inscriptionem decent probabiliter P. Andreas Coppenstein, Cornelius Snekis, Leonardus Fossazus, Joannes Studer parte 3. c. 10. n. 3. Andreas Roth c. 2. n. 4. Dum enim aliquis solis verbis ad Sodalitatem recipitur, talis proponit sibi regulas Sodalitatis servare, easque deinde servat, & recitat Rosarium, haec autem omnia sufficiunt ad esse Sodalem, & sine inscriptione etiam bona est Rosarii recitatio, & Deo accepta, licet Indulgencias Sodalitatis (ut mox dicetur) nondum habeat annexas. Deinde nullib[us] declaratum invenitur, quod alio signo fieri non possit, nisi sola inscriptione, ad Sodalitatem receptio.

185

Secunda gratia est, quod homo hujus Sodalitatis beneficio participet merita totius Sodalitatis, immo totius Ecclesiae, Ordinis Prædicatorum, & omnium Beatorum in celo regnantium. De hac communione meritorum agetur latissime infra c. 8. & dicetur n. 313. & 337. probabilius esse ad primam, & tertiam non requiri inscriptionem, bene vero ad secundam n. 334. Sola tamen receptio verbalis, ut ita dicam, non est in usu, nec in eum deduci debet, sed oportet homines tum propter maiorem securitatem, tum ut reddantur capaces Indulgenciarum, ut statim dicetur, semper inscribere, minus vero talis receptio committi debet, aut potest seculari, ut dicam infra n. 627. solum ergo ex hac sententia deduci potest, quod, si Praeses receptum ad Sodalitatem postea inscribere obliviscatur, aut differat; receptus interim nihilominus membrum Sodalitatis efficiatur, & in communionem meritorum, seu bonorum operum veniat.

186

Imaginantur sibi nonnulli, quod, qui petit ad Sodalitatem susci-

suscipi, eō ipsō jam recipiatur ad eam: sed errant, nam ipsa petitio gratiæ non est formaliter ejusdem receptio, sed sèpè ab invicem separantur; quare petitionem sequi debet aliquis actus receptionis ex parte Præsidis. Circa modum recipiendi valdè solliciti & cauti olim erant Patres nostri, qui, ut paulò ante dictum fuit, inscriptos iterum publicè oretenus sub majori Sacro ad Societatem receperunt, & modò adhuc servandum præcipitur, ut, dum in aliquo loco ab Ordine nostro erigitur Sodalitas, ille, qui eam erexit, initio Albi novi scribat, se in hoc libro im posterum describendos in Sodales Marianos suscipere, ut dicetur infra n. 605.

Ipsa inscriptio signum optimum, & securissimum est recepcionis ad Sodalitatem: item Studer & Roth locis citatis supponunt, Præsidem virtualiter, & interpretativè aliquem recipere, si promittat se velle eundem inscribere, quod licet impugnare nolim; dico tamen valde bene Præsidem aucturum, si inscribi pertinentibus exponat ante omnia breviter statuta Sodalitatis, ipsosque moneat, ut opera sua bona, precésque Sodalibus co[m]unicent, deinde hæc ferè dicet: *Quare ego te ad Sodalitatem, ejusque gratias recipio, tibi que pariter in nomine reliquorum Confratrum omnium eorum merita vicissim applico.* Tandem secundum dicenda n. 212. curet, ut ille adhuc eō die inscribatur.

Tertia gratia est, quod Sodales possint lucrari Indulgentias Sodalitatis; nam extra eam constituti, et si etiam opera præscripta ponerent, v. g. recitarent Rosarium, Indulgentias pro ijsdem operibus concessas Sodalibus minimè lucrarentur. De hac gratia queritur: an ad eam absolute inscriptio desideretur?

Non esse absolutè, sed solum ad melius esse necessariam, dixerunt Coppenstein, Snekis, Guil. Pepinus in Tract. *Salutate Mariam conc.* 7. Studer, & Roth ibidem. Probat autem hoc P. Studer inde: Quia si Præses oblivisceretur alicujus nomen Albo inserere, talis non possit lucrari Indulgentias, quod tamen dici nequit: nam sine culpa propria magnam pœnam sustineret. Aliam rationem pro hac opinione non inveni. Allata autem valde est infirma, facile enim responderi potest, aliena culpa non inscriptum Indulgentias lucrari non posse, non ex pœna sibi inflicta, sed ex infortunio, quod scilicet non fuerit adimpta conditio necessaria.

Dicotamen: susceptio per signa, aut verba non sufficit, sed absolutè requiritur inscriptio. Hoc declararunt suimi Pontifices,

qui *in scriptis* Indulgentias sunt elargiti. Ita S. Pius V. in Brevi:
Consueverunt: concedit Indulgentias per Sacerdotes à Magistro Ge-
nerali Ordinis Prædicatorum, vel ejus Vicario duntaxat deputatos,
in Sodalitatem Rosarii receptis, & descriptis. Ubi notanda sunt ul-
*tima verba, nempe receptis, & descriptis, si enim receptio suffice-
ret, non addidisset: *in scriptis.* De Indulgentiis Stationum vide-
antur Litteræ Reverendissimi nostri Garziæ de Loaysa infra cap.
21. n. 474. ponendæ. Hanc inscriptionem esse necessariam decla-
ravit Capitulum nostrum generale Neapolitanum anno 1600. ce-
lebratum his verbis: *Si Fratres nostri voluerint ijsdem Indulgentiis,*
id est Confraternitatum SS. Rosarii, & Nominis Iesu, gaudere,
debent nomina sua facere in libro ad hoc deputato describi ab habente
ad id autoritatem. Iasinski veibò *Rosarium:* ubi notandum, quod
Capitula Generalia semper à Sede Apostolica approbentur. Idē
eddixerunt alii Reverendissimi Generales, è quibus de P. Tho-
ma Turco infra distinctius referemus; qui omnes in erectione
Sodalitatis in Litteirs institutionis præcipiunt Præsidibus, ut no-
mina, & cognomina, devotè recipi potentium, in libro, ad hoc
specialiter deputato, scribant, ut dictum est c. 2. reg. 10. n. 66. &
589. Demum ipsa B. Virgo citatis verbis inscriptionem exegit.
Ad quid ergo adeo energicè à tot, & tantis præciperetur, si tan-
tæ non esset necessitatis? Ita sentiunt magni Doctores, Clemens
Lossan serm. 6. de Rosario, Leonardus Fossæus lib. 1. de Rosario
disc. 5. c. 1. Vidal in suo Tract. De propos. dñm. annexò nostro P.
Martino Wigand exam. 1. ad propos. 37. q. 1. positam declatione
Capituli Neapolitani allegans, idem quoque, quos consului, re-
sponderunt. Hinc cum opposita opinio declarata fuerit falsa, &
*nemine amplius potest acceptari.**

Moribundi recipi possunt ad hanc Societatem, si petierint,
quibus etiam sic receptis impertiri potest Absolutio Generalis ex
speciali S. Matris Ecclesiæ benignitate, etiam antequam actu in-
scribantur, &c, ut piè credo, etiam aliis Indulgentiis pro articulo
mortis Sodalibus concessis frui possunt. Si tamen decadant, licet
secundum dicenda n. 313 & 319. ipsis suffragia Sodalium vivorū
prosint, etiam antequam inscribantur, Indulgentiæ tamen eis ne-
queunt applicari, ut dicetur n. 546. quare ab eruditissimis mihi re-
scriptum fuit, ut idem moribundi statim eodem die, vel saltem
quam citissime Albo inscribantur, ut præterea etiam Indulgen-
tiam pro die inscriptionis concessam lucentur.

Detegendus est hic error aliquorum opinantium Confratres Ss. Rosarii gaudere posse Indulgentiis omnium aliarum Confraternitatum, absque eo, quod in illas scribantur: atque hoc privilegium nullibi legitur nostrae Sodalitati concessum, quae aliunde thesaurum proprium prope infinitarum Indulgentiarum, & gratiarum possidet, quo etiam solè est contenta. Multi insuper dubitant, an communicatio Indulgentiarum, inter Regulares abrogata à PAllo V. in Brevi Romanus Pontifex 23. Maii 1606. §. 3. ponendo infra n. 770. sit restituta, cum alii assertent, alii negent. Ex quo sequitur, multò minus dari communicationem Indulgentiarum inter Confraternitates, nisi per Sedem Apostolicam alicui particulari tale fuerit privilegium in-
dultum, quale ostendere nequit Confraternitas Rosariana, quæ tamen propterea aliis non est deterioris conditionis, cum ex fine, & objecto, si non nobilior aliis, certè aquæ nobilis maneat.

Ut Sodalitatem hanc ingredi volentes in speciale Album de-
scribat S. P. Dominicus, alia vice ipsa Sacratissima DEI Geni-
trix scriò præcepit, prout apud Alanum lib. de Dignitate Psalt. 192
aliisque reperitur. Cum enim S. P. Dominicus vice quadam
in mari constitutus, in manus incideret piratarum, ab eisque
destinaretur ad triremes, protinus tempestas horribilis exorta
est, quæ navarchus fluctibus involutus interiit, reliqui verò in
magnum vitæ periculum conjicerentur. In his multiplicibus
angustiis Dominico ferventer pro incolumitate omnium oranti,
B. V. multis fulgoribus coruscans apparuit, & dixit, quod ejus
amore tranquillum mare, & apricum cœlum velit reddere, dum-
modò homines illi antea in hoc consentiant, omni die se Psal-
terium dicturos, & novam Fraternitatem, quæ JESU Christi,
& Virginis nuncuparetur, inchoaturos. Acceptata hac condi-
tione continuò siluere venti, & furentes æquoris fluctus subse-
dere. Tum Dominico B. Virgo injunxit, librum ut titulò se-
quenti insigniret. *Fraternitas Psalterii Domini nostri JESU Christi,*
& Sacratissimæ V. Mariæ, illosque primos Sodales in il-
lum referret. Initium ergo conscriptioni Sodalium ipsa Glorio-
sissima Virgo dedit.

Quadrat quoque huc, quod in Apolog. B. Alani c. 17. le. 193
gitur, suisce nempe devotum quandam tempore S. Patriarchæ
Dominici extra se in superna raptum, ubi vidit librum magnō
splem-

splendore circumfulsum, in quo Confratres, & Consorores St. Rosarii pulcherrimè descripti legebantur: SS. Patres vero Dominicus, & Franciscus illi erant, qui hos exarabant.

194 Quæres 2. an, si Ecclesia, in qua fuit Sodalitas Rosariana recta, destruatur, aut devastetur, insuper & Album Sodalitatis deperdatur, aut comburatur, Sodales ibidem inscripti debeat de novo alibi locorum in Sodalitatem scribi?

R. cum Fossæ lib. 1. de Rosario disc. 5. c. 1. n. 5. quod non sit necesse eos denuo scribi; dico tamen, libros Sodalitatis, etiam vetustos servandos esse, prout etiam communiter servantur, deferviunt etenim ad notitiam statutis Sodalitatis pristini, & fervoris prædecessorum nostrorum; ad exemplum, ædificationem, sequelam posteritatis. Videantur etiam dicenda cap. 14. n. 613.

185 Quæres 3. quinam habeant potestatem recipiendi, & inscribendi?

R. In Ordine nostro eam tantum habent Provinciales, Priors, Subpriors, locorum Præsidentes, & Vicarii actuales, Prædicatores, etiam tempore Quadragesimæ, Rosarii Promotores, ac Directores Rosariani, Sacristæ majores, si tamen sint Confessarii, & nullus aliis. Ita decrevit Reverendissimus Generalis noster P. Antonius de Monroy in sua encyclica ad universum Ordinem nostrum datâ 30. Augusti 1679. idem declararunt Generales alii, cui decreto etiamnum inhærendum esse edocitus sum ab iis, quos talia scire oportet. Extra Ordinem nostrum eam habent Præsides Confraternitatis, item quibus illi de licentia Reverendissimi Generalis nostri commiserint, de quibus postea specialiter cap. 16.

196 Caput hujus Fraternitatis est, ut omnium merita, suaque sint, ac omnibus communia. B. V.

REGULA IV.

Sodales debent sua merita communicare aliis Confratribus, ac pro iis suas preces, præprimis Rosarianas offerre.

Nota.

Cum prout sæpe bene observat Fossæus, applicatio specialis merita

meritorum & precum sit in libertate Sodalium, ut eas applicare possint, quibus ipsi velint, & sine eorum voluntate nemo possit eorum fieri particeps, hinc secundum mandatum B. M. V. Sodales debent habere ea communicandi voluntatem: unde in ingressu Sodalitatis moneri debent, ut tunc hunc applicationis actum elicant, secus nec illi aliorum operum participes erunt. Videantur dicenda n. 311.

Decretum hoc, seu ceremoniae minus observatae nullam penitus culpam importabunt, sed privationis paenam, qua pro sola parte omissionis careant pars satisfactoriae communicationis: idque in solo precum penso, stante interim ceterorum meritorum communitatis participatione. B. V. 197.

REGULA V.

NULLUS obligatur ad servandas has regulas sub aliqua culpa! si tamen quis unam non observaverit, privabitur gratiis observationi hujus regulae respondentibus: si vero alias servaverit gaudebit gratiis, earum regularum observationi indultis.

Nota.

Notandum, quod et si aliquis etiam per longum tempus nullam Sodalitatis legem servaret, non desineret esse Sodalis, ac properea nullum opus esset renovatione, qualis fit in Sodalitate Scapularistica, sed sufficit iterum incipere recitare Rosarium.

Ad receptionem, ingressum in Fraternitatem hanc nulla unquam pecunia pendetur directe vel indirecte, nisi liberamente ad Ecclesie ornamenti, ad luminaria, ceteraque Divino cultui necessaria pro cuiusque devotione. B. V. 198

Hoc ipsum, ne recipiendis ad Sodalitatem pro inscriptione aliquid exigatur, prohibuit Leo X. in Bulla: *Pastoris eterni* 1502. S. Pius V. in Brevi: *Inter desiderabilia* 1569. prohibent ad ipsum Generales nostri in Litteris institutionis inferius ponendis: ventant demum Authores, quorum multos recitat Studer p. 3. c. 10.

n. 3

Quilibet Sacerdos anno quolibet tres Missas dicet, unam de Crucie, alteram de Domina (nempe B. Virgine) tertiam pro defunctis in Fraternitate. Non Sacerdotes quilibet bebiomadum unum dicent Psalterium B. V. 199

REGULA VI.

QUILIBET Sodalis omni hebdomadâ integrum dicet Psalterium Mariannum vel per se, vel per alium, pro felici statu S. Romana-

nn

næ Ecclesiæ, Sodalitatis, & totius Ordinis nostri, meditando Mysteria Rosarii, cui tantum ingenii est, ut ea possit meditari.

Nota.

Hæc regula continet tria: primum, quod Sodales omni hebdomadâ debeant uiamquamque ex tribus Rosarii partibus recitare. Tempore quidem D. Dominici Sodalibus quotidie integrum Psalterium persolvendi erat laudabilis consuetudo, ut refert Alanus de Rupe, deinde Coloniæ Agripinæ & alibi locorum induitæ fuit lex, vi cuius Confratres obligantur quavis hebdomadâ tria Psalteria, & quidem unumquodque integrum unâ die absolvere, quam legem confirmavit Sixtus IV. in Brevi: *Pastoris æterni* 1478. & Sodalibus eam observantibus indulxit pro integro Rosario 7. annorum Indulgentiam in certis festivitatibus obtinendâ: hanc tamen obligationem sustulit Clemens VII. & declaravit sufficere ad prædictas Indulgentias consequendas, si per hebdomadam unicum Psalterium, & quidem tribus ejus partibus in tres dies distributis, recitetur: quod in substantia refertur, & confirmatur ab Innocentio XI. in Bulla: *Nuper c. 3. n. 8.* item novissimè à Bened. XIII. in Brevi: *Pretiosus* §. 4. Unde illæ tres Missæ à Sacerdotibus amplius non exiguntur, sed omnibus indiscriminatim quavis hebdomadâ integrum Psalterium recitandi obligatio est imposita.

201 Secundum, quod hoc Psalterium possit dici per alium, maxime in casu impedimenti, quod confirmavit Innocentius XI. in Bulla: *Nuper c. 3. n. 4.* Advertit hic Fossæus lib. I. disc. 9 cap. I. non requiri, quod substitutus si membrum Sodalitatis; & monet bene, ut iste substitutus intentionem suam in orando, more aliorum Confratrum, ad communitatatem referat. Advertit quoque P. Roth c. 3. n. 16. quod, qui Rosarii permittit recitari ab alio, privetur proprii meritū, quod acquireret, si solus Rosarii recitasset.

202 Tertium, quod Rosarium debet dici certò modō: unde dixi. I. quod debeat dici pro felici statu Ecclesiæ, nam, ut infrâ ostendam, per Rosarium multæ obtainentur Indulgentiæ, ad quas illa intentione requiritur. II. pro felici statu Sodalitatis & Ordinis nostri, cum hoc enim onere illi ad communionem bonorum operum, & beneficia Ordinis recepti sunt, & poscit æquitas, ut pro illis oretur, & quibus magna promanant beneficia. III. Meditandò Mysteria, dicitur enim in formula benedictionis Rosariorum, ut, qui in tali benedicto Rosario secundum ejusdem sanctæ Societatis instituta, Divina contemplandò Mysteria, devote oraverit, si particeps gratiarum

& Indulgentiarum Societatis: ergo ut Rosarium recitetur meditandū Mysteria est institutum Sodalitatis. Sed de hoc infrā

Demum sciendum est, Psalterium in quoctunque honesto loco, & quoctunque honesto corporis situ persolvi posse.

Die autem festo solemni præter hebdomadarum, Filio, mibique 203 integrum præsentabunt Psalterium. B. V. Hoc fuit observatum tempore B. Alani, ut etiam ipse narrat, modò tamen amplius non exigitur.

Pro infantibus autem, infirmis, aliterve impeditis, quotidie unum Pater, & Ave à quoctunque licet, offeratur, & tantundem pro defunctis, quos dederit inscribendos, sic per modum suffragii participantur. Hæc regula est mutata in sequentem.

REGULA VII.

In hanc Confraternitatem suscipi possunt omnis generis, & conditionis homines etiam illi, qui regulas præscriptas servare non possunt, ut sunt defuncti, & infantes, dummodo ipsorum loco ab aliis integrum per hebdomadam Psalterium dicatur. 204

Nota.

Quod defuncti recipi possint in Sodales, declaravit, & confirmavit Alexander VI. in Brevi: Illius, qui perfecta charitas est 4. Idus Junii 1495. in quo confirmat Sodalitatem SS. Rosarii, quæ, ut ipse fatetur, non solum vivos recipit, sed etiam defunctorum Confratres, & Conforores. 205

Infantes etiam in quibusdam Italiæ partibus sacrâ fonte abluti statim in Ecclesiam Ordinis nostri deferuntur, ac coram Altari SS. Rosarii Reginæ Cœlorum ab aliquo Sacerdote certis precibus offeruntur, deinde ut Sodales Albo Confraternitatis inferuntur, & ipsis ad collum appenditur Rosarium, quod abhinc ita appensum gestant. Benè autem circa infantes monet Schatzkner p. 1.c. 11. n. 4. quod, licet non sint Indulgentiarum capaces, neque devotionem aliquam, aut pium motum sentiant, ac adulti, dum hanc ingrediuntur Sodalitatem; negandum tamen non sit, quod hoc ipsum eis aliquid profit, quod Sodales sint aggregati, & tanquam clientes à Cœlorum Regina in speciale tutelam recepti, quod ipsorum loco alii preces persolvant: & arbitror Indulgentias recitatione Rosarii, Infantum nomine & loco acquisitas, animabus in Purgatorio existentibus esse applicandas. His quæ primùm ad usum rationis pervenerint, intimandum erit, eos.

Jam esse Sodales Marianos, & consequenter ad regulas Sodalitatis obligatos.

207 Horum igitur loco aliud agendum non est, quam hebdomadatim integrum dicere Psalterium, quod est communiter a Doctrinis receptum. Ratio autem hujus est, quia tales per receptionem vel inscriptionem efficiuntur veri Sodales, & hinc ex regula precedentibus obligarentur ad hebdomadale Psalterii pensum: cum igitur ipsis soli illud persolvere non valeant, illud persolvendum erit ab alio. Qui tamen curam hanc cuiusdam defunctorum in se suscepere, optimè ager, si & ipsis Indulgentias ac sacras communiones applicabit; quod si autem hoc intermitteret, Anima nihilominus ratione Psalterii alijs communib[us] suffragiis gauderet. Hoc intelligendum est de illis defunctis, qui primò post mortem inscribuntur, nam pro iis, qui in vivis, et si paulò ante mortem, jam inscripti sunt, non est necesse recitare hebdomadatum Psalterium, sed aliunde jam sunt participes suffragiorum. Demum non est opus, ut ille ipse, qui alterum sive vivum, sive mortuum inscribi fecit, vices ipsius recitandi Rosarium expleat, sed poterit eas committere alteri etiam non Sodali, ut advertit P. Studer. p. 3. c. 10. n. 3. cum verò non Sodalis nec pro se, nec pro defunctis luerari possit Indulgentias Rosarianas, damnum non leve defuncto emerget, si ejus loco consuetum Rosarium diceret non Sodalis.

208 Quod dictum est de defunctis, & infantibus, intelligendum est de infirmis, & impeditis, qui hebdomadatum non possunt persolvere Psalterium: hi ergo poterunt quoque illud permittere recitari per alium; si tamen impediti isti possint soli recitare Rosarium, sint autem tantum impediti ab ingressu Ecclesiæ; lucrari nihilominus poterunt etiam domi omnes Indulgentias, alias in Ecclesiis consequibiles, ut dicetur infra n. 535.

209 Quæres 1. an Sodalis substitutus per idem Psalterium possit, & suæ, & alterius obligationi satisfacere; vel debeat unū Psalterium persolvere pro se, & aliud pro altero?

Respondet Schäffler p. 1. c. 11. n. 9. quod talis non satisfaciat per unum Psalterium, sed debeat recitare unum pro se, & aliud pro altero: nam duo distincta debita duarum personarum non extinguntur eodem actu, sicut nec in civilibus eadem pecuniâ: hic autem sunt re verâ duo debita duarum personarum: ideoque utriusque non poterit satisfieri eodem Psalterio.

210 Quæres 2. an, si substitutus sit in peccato mortali, oratio ejus alteri proficit?

R. Cum S. Thoma, qui in Suppl. q. 71. art. 3. querit utrum suffragia per peccatores facta mortuis prospicit? ad quod in C. ita respondet, ut etiam solvat questionem factam de vivis, ait enim: Respondeo dicendum, quod in suffragiis, quae per malos sunt, duo possint considerari. Primo ipsum opus operatum, sicut Sacrificium Altaris, & quia nostra Sacraenta ex se ipsis efficaciam habent absque opere operantis, quamæqualiter explent, per quoscunque sint, quantum ad hoc suffragia per malos facta defunctis prospicunt. Aliò modo quantum ad opus operantis, & sic distinguendum est, quia operatio peccatoris suffragia facientis, potest uno modo considerari, prout est ejus, & sic nullò modo meritoria esse potest, nec sibi, nec aliis. Aliò modo, in quantum est alterius, quod dupliciter contingit. Uno modo in quantum peccator suffragia faciens gerit personam totius Ecclesiæ, sicut Sacerdos, dum dicit in Ecclesia exequias mortuorum, & quia ille intelligitur facere, cuius nomine, vel vice sit, ut patet per Dion. in lib. Eccl. Hierar. c. 7. inde est: quod suffragia talis Sacerdotis, quamvis sit peccator, defunctis prospicunt. Aliò modo, quando agit ut instrumentum alterius: opus enim instrumenti est magis principalis agentis, unde quamvis ille, qui agit ut instrumentum alterius, non sit in statu merendæ; alio tamen ejus potest esse meritoria ratione principalis agentis, sicut si servus in peccato existens, quocunque opus misericordiae facit ex precepto Domini sui charitatem habentis. Unde si aliquis in charitate decedens, præcipiat sibi suffragia fieri, vel alius præcipiat charitatem habens, illæ suffragia valent defuncto, quamvis illi, per quos sunt, in peccato existant: magis tamen valerent, si essent in charitate, quia tunc ex duabus partibus opera illa meritoria essent.

Ad ingressum quisque primum ritè confessus SS. Euccharistiam summet ipso die, aliòve post tempore opportuno. Dicentque ad sui oblationem Filio, Miblique factam septies Pater & Ave contra septem peccata & capitalia pro Fratribus & Sororibus. B. V.

REGULA VIII.

IN die ingressus in Societatem oportet confiteri, & S. Communione refici.

Nota.

Dictum jam supra est in nota ad reg. 3. n. 182. quod sine S. Communione subsistat inscriptio; tamen ad consequendam Indulgenciam plenariam oportet ipso die ad S. Synaxim accedere ita, ut si aliò die quis inscribatur, non lucretur Indulgenciam, sicut mihi interroganti fuit resolutum, quia Bullæ hanc Indulgenciam

concedentes, volunt & inscriptionem, & S Communionem eodem die fieri debere. Preces quod attinet, S. Pius V. requisivit, ut eodem die insuper dicatur saltem una quinquagena, seu tertia pars Rosarii; at postea Clemens VIII. in Bullis citatis ab Innocentio XI. in Brevi Nuper c. 2. n. 2. & 3. eandem Indulgentiam inscriptis & communicatis elargitur absque eo, quod aliquas preces personandas prescribat: unde concludit P. Roth c. 2. §. 2. hanc indulgentiam plenariam acquiri posse sine hac quinquagena: Communio tamen secundum communem sententiam praedicta, vel subsequi potest inscriptionem: quod autem addit P. Roth, nempe sufficere ad istam Indulgentiam acquirendam, si etiam aliud die postea sequatur communio, patet ex dictis non esse amplectendum, neque talis extensio communionis ad aliam diem in ulla Bullarum aperte fuit a Pontificibus admissa. Ex quibus habetur illa 7. *Pater & Ave amplius absolutè nec ad inscriptionem, nec ad Indulgentiam repuriri, sed esse solum de consilio.*

R E G U L A IX.

213 Sodales ad omnes publicas devotiones Rosarianas comparebunt.

Nota.

Capite 2. dictum est, quales devotiones Rosarianæ publicè debeant institui, & servari, Processio nempe & concio omnibus diebus Dominicis primis in quolibet mense, festis B. M. Virginis, & festis Mysteriorum SS. Rosarii: ad haec igitur devotè comparebunt Sodales Mariani, & studebunt se tantarum Indulgentiarum participes reddere. Justum autem est, ut sub Sacro cantato, aut Processione aliquam elemosynam tribuant, ut Sodalitas honestius possit observari, quamvis etiam ad hoc nullus absolute obligetur. Ad majus tamen sacrum comparendi his festis nullam invenio obligationem, licet aliqui aliter scrisperint, quia plerumque sermo de Rosario, & Processio post Vesperas habentur.

214 Ultra Paschalem confessionem ter in anno confitebuntur. B. V.

R E G U L A X.

Sodales sapienter in anno, præsertim Dominicis primis mensium, aut festis Mysteriorum, & B. M. V. ad consequendas Indulgentias confiteantur, S. Eucharistiam sumant, ac Altare SS. Rosarii visitent. Deceret præterea, ut eadem SS. Sacramenta festis S. P. Dominicci hujus Almae Societatis Authoris perciperent.

Nota.

Expedit valde, ut Sodales recensitis diebus s̄epiūs per annum conscientiam suam per Confessionem purgent, ac studeant Indulgentias plenarias lucrari, quæ ex S. Communione & Processione acquiruntur: Indulgentiæ enim hæc à Sede Apostolicâ in vanum non offeruntur, & talibus gratiis Sodales profecto se probarent indignos, si eas sponte oblatas acceptare recusarent. Sunt præterea omnes Indulgentiæ Rosarianæ defunctis per modum suffragii applicabiles, ut postea dicetur; justum autem est, ut Sodales vivi defunctis per Indulgentias plenarias succurrant, quin imò videtur hæc Sodalitas, aliis certam & annuam eleemosynam potentibus, specialiter animi puritatem expetere. Nonnulli præscribunt communionem omnī Dominicā primā mensis, & festis Sodalitatis; sed tanta obligatio ex nullo capite probatur, ut etiam observavit P. Studer 3. parte c. 12. n. 5.

Pro defuncto vel defuncta in Fraternitate quilibet unum Pater & Ave dicet. Aderuntque exequiis illius, si commodè poterint, sicutque honorabunt se invicem, ut salventur. B. V.

REGULA XI.

Sodales veniant ad anniversaria pro defunctis haberi solita. Item pro quovis defuncto dicant unum Pater & Ave, quam primum ejus obitus innotuerit.

Nota.

Quoad primam regulæ partem observandum est, quod debeat prius populo intimari, quod scilicet die illa anniversaria sint celebra, de quibus supra c. 2. reg. 7. n. 54. De secunda parte ait qui dem Schankammer p. 1. c. 11. n. 9. eam non esse regulam essentialē & universalem, sed particularem: nescio tamen, quare non deberet hoc tam facile, piūmque B. Matris statutum universaliter recipi, & unum Pater & Ave ad signum campanæ, pro recenter defunctis dari solitum, dici, cum illud signum ad hunc ipsum finem sit ab Ecclesia institutum, ut scilicet vivi pro pie defunctis orient. Non autem exigitur, ut Sodales pro quolibet defuncto per universum orbem illud Pater & Ave dicant: cum enim ob immensam Sodalium multitudinem non sit ferè hora, in qua non aliquis decebat, dicta obligatio nimis gravis & odiosa redderetur: sufficit itaque specialiter orare pro defunctis Sodalibus Sodalitatis loci, in quo aliquis degit, & pro illis, quorum obitus fuit peculiariter intitulatus. Scribunt præterea Authores nonnulli, debere scilicet annuatim

nuatim pro defunctis Sodalibus à quolibet Sacerdote offerri unum sacrificium Missæ, ab aliis integrum Psalterium recitari; bene tamen Schäfferammer ibidem ait, quod hoc de rigore non sit præcepit, sed solum sit quoddam opus supererogatorium, quemadmodum etiam funus defuncti prosequi, & ad ipsius exequias comparere solum est de consilio, ut ipsa B. Legislatrix per illa verba: *Si comodè poterint, expressit, ad quæ pietatis opera etiam Sodales per indulgentias in Bulla: Nuper Innocentii XI. c. 7. n. 3. invitantur.*

216 *Hæc Confraternitatis formula habeatur propalam in tabula, ut cuivis esse cognita possit.* B. V.

Verum, ut vidimus, hæc formula jam est immutata; bonum tamen esset, si modernæ regulæ in tebella pallam ad Altare Rosarianum haberentur; sed nec hoc in usu servatur, & sufficit, si homines satis erudiantur.

Denique (ait Virgo Sanctissima) ut prædixi, non mando, sed moneo. Qui voluerit omni die offerre Missas, Psalterium Mariæ cum 150. Ave, & 15. Pater bene fecerit, melius, qui majus Psalterium Christi cum 150. Ave, & 15. Pater, & Ave supperaddiderit, optimè fecerit, qui maximum Psalterium Christi, & Marie cum 150. Pater, & Ave, & cum 50. Credo, Pater, & Ave obtulerit. Longè is optimè, qui cum totidem puncturis, seu disciplinæ istib[us] horum aliquid quasi litarerit. Jam verò omnes is explevit numeros, qui prædictis addiderit animam velut, ac vitam, nimtrum meditationem Vitæ, Moriis, & Gloriæ Christi. Iste post Missæ Sacrificium sanctissimum baud mihi gratius quidquam est. Quod certius filii præsidium, meumque patrocinium constabit Psaltis nostris, ego illis Mater ero, Magistra, & Amica; imprimis autem Filius meus Pater eis, Magister, & Amicus erit. Et sic volo de utroque sentiant, sperent, & confidant. Hucusque Alanus.

Nota.

Alia duo Psalteria, de quibus hic sit mentio, jam non sunt in usu. Tertium observavit S. P. Dominicus, qui qualibet nocte orandō Psalterium ferreā se catenā cæcidit.

217 Nemo jam arbitretur statuta Deiparæ fuisse per injuriā, & temerè immutata, cum ipsa sub rigore eadem non præceperit, sed observari solum monuerit, & suaferit: hinc etiam Ecclesiæ Catholicæ pro diversitate temporum immutandi, & augendi reliquit potestatem, quæ deinde, ut vidimus, dicta statuta immutavit, & ad maiorem devotionem, & splendorem Confraternitatis auxit.

CAPUT VII.

Diversa circa regulas Sodalium dubia
resolvuntur.

 Uæres primò, an regulæ recensitæ debeant necessariò ab omnibus observari?

218

R. Omnes hæ regulæ à Sodalibus in communis observari debent, id est, quod semper quidam comparent ad devotiones publicas, seu conciones, Processiones, anniversaria &c. Ratio est, quia Sodalitas aliqua invanum in aliquo loco non instituitur: debent ergo statuta illius saltem ab aliquibus servari. Accedit, quod Præses teneatur in conscientia omnes devotiones publicas instituere, quod fieri non posset, si nullus Confratrum accederet; quibus enim tunc concionabitur? aut quibus Rosarium præorabit? quomodo publicam ducet Processionem? In particulari tamen nemo Sodalium ad omnes regulas ita obligatur, ut, si unam non servaverit, Indulgencias omnibus & gratiis privetur. Laudabilis tamen, nec omnino abolenda est eorum consuetudo, qui, dum per se ad dictas devotiones accedere vel nolunt, vel non possunt, alios, ut famulitium suum, ad eas sui loco mittunt, Indulgencias tamen auctibus illis concessas, quos non per se, sed per alios ponunt, non assequuntur; excepto solo Rosariò, quod etsi Sodalis per alium dici curet, 100. dierum Indulgenciam consequitur, ut concessit Bulla *Nuper Innocentii XI. c. 3. n. 4.*

Quæres 2. Quænam regulæ sint essentiales, & ad consequendas Indulgencias necessariae?

219

R. Regula 1. essentialis, & fundamētalis est, quod aliquis debeat esse receptus ad societatem: secunda principalis est, quod Sodalis debeat dicere quavis hebdomadā trinum Rosariū, & quidem Mysteria & Dei beneficia meditandō, iste enim est Sodalitatis finis, ut dictum fuit cap. 1. § 4. Inscriptio ad quas gratias consequendas necessaria sit, dictum fuit cap. præced. reg. 3. Quæ ad participanda aliorum merita necessariò desiderantur, dicentur cap. 8. Ad lucrandas autem Indulgencias in rigore non obligantur Sodales; ex suppositione tamen si eas lucrari velint, videtur esse securius afferendum, quod velut fundamentum requiratur tria per hebdomadā Rosarii recitatio secundum dicenda n. 509. deinde positio operum præ-

128 *Caput VII. Diversa dubia circa regulas.*
præscriptorum, de quibus latissimè postea cap. 12. Sicut autem Indulgentiæ, & gratiæ non sunt inter se essentialiter connexæ, sed una acquiri potest sine altera, ita & regulæ inter se non sunt ita aratè connexæ, ut una servari non possit sine altera: sed neque quævis regula connexa est cum omnibus gratiis, sed singulæ gratiæ dependent à singulis regulis. Ex quibus apertè sequitur, quod ille, qui adimplet unum statutum, obtineat gratiam eidem statuto annexam, non verò alias: & si vellet adipisci omnes, deberet servare & omnes conditiones requisitas. Quare, qui quævis hebdomadâ persolvit integrum Psalterium, non tamen comparet ad publica devotionis exercitia &c. lucratur quidem Indulgentiæ, & gratias recitantibus Rosarium indultas, at non gaudet Indulgentiis aliis bonis operibus concessis.

220 Quæres 3. an sufficiat recitationem Rosarii mente peragi, an verò debeat esse peracta voce?

R^espondeo sub distinctione; si Rosarium debeat dici ex voto; non potest dici mentaliter, quia votum accipendum est tanquam præceptum Ecclesiasticum, hoc autem sola oratione mentali non impletur. *Candidus noster tom. 2. disq. 25. art. 22. dubit. ult.* debent itaque proferri omnia verba distinctè; non tamen requiritur, ut aliquis se ipsum audiat, cum hoc nec ad recitationem Horarum Canonistarum de jure communi requiratur. *Idem ibid. art. 24. dub. 1.* In Constitutionibus tamen nostris *dist. 1. c. 1. ad lit. D.* statuitur, ut Horæ Canonicae, quando in privato dicuntur, taliter recitari debeant, ut ille, qui dicit, nisi sit surdus, vocem propriam possit audire. Si verò Rosarium dicendum est ex devotione, & ad satisfaciendum legibus Sodalitatis, tunc dico cum *Fosso lib. 1. disq. 6. a. 1. n. 2.* quod sufficiat illud recitare sola mente; dum enim dicitur ex devotione, dicitur liberè & suâ sponte: sicut ergo dici potest vel flectendō, aut ambulando &c. ita & aut sola mente, aut externâ voce: sed nec Ecclesia, nec leges Confraternitatis in hoc aliquid determinārunt; utraque tamen mentalis simul, & vocalis ob duplēm, videlicet corporis, & mentis pœnalitatem seu horem, plus valere censendæ sunt, quam altera oratio seorsim tantum. Si tandem per Rosarium desideret aliquis consequi Indulgentiæ, illud non sola mente, sed voce externâ recitare oportet, quia, ut dicitur *n. 437. Indulgentiæ per solam mentalem orationem secundum sententiam veriorem nequeunt obtineri.*

221 Quæres 4. An liceat interrumpere Rosarium?

R^e. Si licet ex rationabili causa, cum intentione tamen continuare

tinuandi, interrumpere unam Horam Canonicam, etiam licebit interrumpere unam Rosarii partem, imò & eandem decadem. Hoc extendit Candidus *ibidem art. 23. dubit.* 1. etiam ad casum, quō aliquis se obligavit ad id dicendum ex voto. Interruptum dein de Rosarium, quām primum fieri poterit, resumatur, ita ut ordinariē interruptio hæc ultra unum diem non protendatur: in casu tamen tanti impedimenti, ut intra unum diem non possit eadem Rosarii pars absolvī, judico, quod possit alterō die compleri, sicut in Ordine nostro divisim etiam per plures dies persolvi potest Officium defunctorum, cùm nec hujus, nec Psalterii Marianī dicendi obligatio sit affixa diei, sed hebdomadæ.

Quæres 5. an, si quis Rosarii loco dicat Horas Canonicas, So- 222
dalitati satisfaciat?

Multi sunt, qui autumant, quod possit cuique Sodalitati per solum Breviarium satisfieri; hujus tamen opinionis aliud fundamentum non invenio, nisi quod Breviarium sit præstantior, digniorque omnibus aliis oratio, ut suprà c. 1. n. 16. observatum fuit; ex quo jam infertur, quod multò melius per illud, quām per alias quascunque preces possit cuilibet Sodalitati satisfieri.

Dico tamen I. Per Breviarium non acquirentur Indulgentiæ, quæ acquirerentur per Rosarium & alia Sodalitatum opera. Nam Indulgentiæ tantum donant, quantum sonant secundum receptam Theologorum regulam, neque pro iis requisita opera mutari possunt ad libitum, sed in nonnullis tantum Indulgentiis potestas opera præscripta commutandi à summis Pontificibus conceditur confessariis; vel certè solo Breviariō posset quis omnes omnium Confraternitatum, imò totius orbis Indulgencias adipisci, quod tamen non est verum.

Dico II. Si spectetur finis proximus cujuscunque Sodalitii, qui sanè spectari debet, censeo, Breviariō minimè Sodalitatibus satisfieri; nam quævis præscribit certas preces, aut alia pietatis opera; sicut & Rosarianæ finis non est recitatio Breviarii, sed Rosarii, quod proinde per Horas Canonicas frustratur. Hinc ex hac parte Deo & Cælitibus magis accepta sunt opera præscripta, quām Breviarium.

Dico III. Qui Rosarii loco recitat Horas Canonicas eo fine, ut Sodalitati satisfaciat, aliquò imperfetò modò, & secundum quid eidem satisfacit; tum quia melius agit, quām si pro Sodalitate nihil egisset, tum quia Rosarii loco orationem persolvit longè perfectiorem. Quod si præterea Horas Canonicas offerat Deo pro aliis

Sodalibus, magnum ex communicatione meritorum aliorum Sodalium fructum capiet, videatur tamen n. 315. quod autem oratio Breviarii non tantum, inquantum meritoria de congruo, sed etiam inquantum impetratoria, licet pro tota Ecclesia fieri debeat, etiam pro particulari persona offerri possit, mihi certissimum est; cum Superiores Regularium, dum aliquem ad beneficia Ordinis, seu ad participationem bonorum spiritualium omnium recipiunt, pro eodem postea omnia bona opera, precésque omnes, etiam in choro persolutas, Omnipotenti Deo offerant.

223 Quæres 6. An Rosarii loco, quod quis hebdomadatim persolvere non potest, offerri possit aliquis actus virtutis, & an per hunc satisfiat Societati?

Author anonymous libelli Germanici geistliches Schatzkästlein editi Augustæ Vind. 1729. lib. §. 6. instructione 6. ad consolationem illorum, qui aliis occupationibus, quasi absorpti, non possunt persolvere hebdomadale Rosarii pensum, scribit, quod, si alium virtutis actum v. g. patientiam in improbis laboribus, aut infirmitatibus, obedientiam &c. in Rosarii vicem offerant, æquè benè, si non melius, satisfaciant; & quod tali virtutis actu Deus ac Beatissima Mater oblectentur magis, ac tepidè persolutio Rosarii. Et hujus asserti duplē affert rationem: prima est, quæ coincidit cum superiori, quia nempe actus virtutis positus cum fervore Deo acceptior est, quam aliae tepidæ preces; sicut, inquit, si pauper quidam deberet unum florenum, quem si non haberet, suo creditori offerret vitulum saginatum triplè plus valentem, summè ipsum contentum redderet, suūmque extingueret debitum. Altera est, quod per talem virtutis actum æquè satisfiat fini Sodalitatis, qui est esse virtuosum.

Respondeo tamen ad hoc, prout ad præcedens, quod scilicet per talem virritatis actum non obtineantur Indulgentiæ recitationi Rosarii concessæ, & quod ex una parte quidem Deo acceptior sit talis actus, quam tepidum Rosarium, ex altera tamen parte cum fervore peractum Rosarium gratius est, quam alius virtutis actus, quia per Rosarium satisfit Sodalitatis fini. Unde ad alteram rationem dico, quod quidem quælibet Sodalitas intendat, ut homines evadant virtuosi, sed tanquam finem remotum: tanquam finem verò proximum intendunt observantiam suarum regularum: unde, licet omnes Religiones profine habeant perfectionem; regulas tamen pro libitu permutare Religiosis est inhibitum: ita pariter eti omnia Sodalitatum finis sit virtus, Sodalibus tamen legi

leges invertere, & præscripta cum aliis comutare non licebit.

Quæres 7. Quid ergo talibus suadendum, qui asserunt se propter **224** occupationes non posse per hebdomadam integrum persolvere Psalterium?

R. Tales instrui debent, quomodo tempus ad recitandum quærrere debeant; potest enim unō die festō integrum dici Psalterium, & sic pro tota hebdomada satisfieri: item potest dici ambulandō per viam, quæ, si longior sit, eō erit ad orandum opportuñor. Præterea si per diem tempus non suppetit, detrahendus est somno quadrans horæ. Item Rosarium dici potest intercisiè. Quod si quis nec istō modō poterit quāvis septimanā integrum Rosarium dicere, faciat illud sibi locō dici ab alio, vel legi annuatim unū Sacrum secundum dicenda n. 315. si nec hoc ipsi sit possibile, tunc Rosarii loco offerat Deo, Virginique Immaculatæ aliud virtutis opus, ac sinceram, promptamque voluntatem, quæ sine dubio pro ipso factō reputabitur, nec talem à participatione bonorum operum Sodalium reliquorum exclusum judico; Indulgentias tamen non lucrabitur, quæ non interno affectui, sed externæ actuali recitationi conceduntur.

Quæres 8. an Sodalis, qui pluribūs septimanis, aut etiam to- **225** tā vitā preces Psalterii negligit, peccet?

R. Cum Fossæo lib. 1. disc. 6. c. 1. in fine; si talis negligit ex affectata malitia, seu contemptu, sic ut cum murmure, & despiciēt hoc genus orationis deserat, tunc peccat vel venialiter, vel mortaliiter secundum modum & rationem contemptūs, ut ex miraculis quib usdam satis colligitur, quale etiam supra c. 1. n. 25. retulimus. Si faciat hoc ex crastina, & ut vocant, supina negligentia, tunc peccat, sicut aliás per neglegētum eorum, quæ ad salutem animæ, profectūmque spiritualem attinent, peccaret; & participatione meritorum, quæ ex recitatione Psalterii proveniunt, caret: cæterorum tamen operum bonorum meritis, quæ omnibus Christi fidelibus communia sunt, minimè destituitur. Addo, quia secundum S. Bernardum, Neglectus semper culpabilis est, contemptus vero damnabilis. Si vero intermittat ex nimia occupatione, labore, aut infirmitate, licet intermissio sit diurna, non peccat, & tunc habet locum, quod dictum fuit reg. 5. cap. præcedenti. Si demum ex aliqua aliâ levi causa non persolveret suum pensum, non est facile definire, an omissione hæc sit peccaminosa, nisi aliquis advenerit contemptus.

Quæres 8. an Recitandō Rosarium possit satisfieri aliis Soda- **226** litatibus?

222 *Caput VII. Diversa dubia circa regulas.*

Respondet idem Author *anonymus* ibidem, quod possit satisficeri iis, quæ non nisi *7. Pater, & Ave*, aut adhuc pauciora requirunt, & bene, quia illa *Pater, & Ave* includuntur in Rosario, in quo tam dolores, quam gaudia, & virtutes Christi, & B. Virginis recoluntur: tum etiam quia Rosarium potest in honorem cuiuslibet Sancti offerri, & intuper ex pluribus intentionibus recitari, ut dicetur n. 508 & sic etiam cuiuslibet Sodalitatis finis salvari: tuin quia eodem actu plura præcepta adimplentur; Indulgentias tam singularum Confraternitatum non lucrifaciet, sed illas tantum, quas lucrandi habuerit intentionem, quia, prout dicetur n. 465. eodem actu diversi tituli concessæ Indulgentiæ non acquiruntur: præsertim si aliarum Sodalitatum preces debeant ex propriis coronis, vel granis ad hoc benedictis recitari, prout fit in Sodalitate *7. dolorum B. M. V.* &, ut novissime introductum est in Societate *S. Corigiæ* apud RR. PP. Augustinianos, ut nempe ad consequendas Indulgentias necesse sit sua *13. Pater, & Ave* recitare ex benedictis *13. granis*, quæ jam in uno filo circumferuntur.

227 Ex istis omnibus colligi jam potest, quid sentiendum sit de iis, qui multis se se permittunt adscribi Sodalitatibus, quibus deinde omnibus una recitatione Divini Officii, aut Rosarii, vel aliquod virtutis actu intendunt satisfacere: isti siquidem ex parte non satisfaciunt, cum alias Sodalitates suis finibus frustrent, sed nec illarum Indulgentias consequuntur. Constat præterea, tales nullam Sodalitatum, prout decet, servide observare, sed jam huic, jam illi adhærente. Longè proinde melius est, paucorum Sodalitatum obligationem in se suscipere, illaque singillatim magnâ, & constanti devotione explere, quam multis, sed absque observatione obrui: melior quoque est brevis, sed devota, quam longa, sed festina, sed tepida oratio, testante D. Hieronymo *de consecr. d. 5. c.* Non mediocriter: Melior est septem Psalmorum decantatio cum devotione, & cordis puritate, & spirituali bilaritate, quam totius Psalmorum modulatio cum cordis tristitia, & anxietate.

228 Quæres *9. an licet possit institui, ut annuatim Sodales aliquid ad honestam Societatis sustentationem, vel rerum Societatis conservationem pendant?*

Respondet *S. Antoninus* *1. p. tit. 1. c. 5. §. 19.* apud *Fossæum lib. 1. disc. 5. c. 1. n. 7.* dicentem: *De Confraternitatibus, in quibus statutum est, quod nullus recipiatur, nisi promittat, vel juret se datum tantum annuatim; in bujusmodi datione non habet locum simonia, quia bujusmodi Confraternitates non possunt verè dici Religiones, sed*

Congregationes ad benefaciendum. Quinimò si talis datio temporalis: um ab eis imponatur pro eleemosynis faciendis, ut pro alendis pauperibus, pro redimendis captiuis (addi potest, pro extruendis, vel ordinandis Altaribus, pro majori decore Capellæ Sodalitatis, aliisque, quæ ad Dei gloriam, proximi salutem, aut ædificationem ordinantur) laudabile est, & tales Fraternitates bonæ sunt. Et similiter si oportet, quod semel, aut iterum, vel saepius in anno convenient Confratres ad tractandum de salute animarum (addit Fossæus, ad audiendum verbum Dei, celebrandas Missas, faciendas orationes pro viuis, & defunctis, ad excitandam devotionem) & ad disponendum de agendis, & propter hoc expensæ fiant: justum est, ut ponant inter se aliquam certam quantitatem. Tamen ad tollendam omnem ambiguitatem secundum Ul. tutius esset, quod bujusmodi statuta sub forma affirmativa, puta: si quis dederit tantum, recipiatur in Confratrem; & non per verba negativa, scilicet: qui non dederit tantum, non recipiat. Sed secundum Raymundum juramentum in bujusmodi non approbatur propter periculum perjurii. Singula ferè S. Antonini verba cavillant Doctores apud Donatum nostrum tomo 3. De rerum Regulariū praxi tract. 8. 9.q. 17. concludit nihilominus Donatus; tales leges non fore simoniacas, & consequenter licitas.

Nihilominus modò post S. Piu V. id statuere non licet: ita enim Sanctus ille Pontifex statuit in Brevi, *Inter desiderabilia*, die 28. Junii 1569. ubi ita loquitur: *statuimus, quod nulli licitum existat, minusque aliquis Capellam Ss. Rosarii in quavis Ecclesia, sive loco erigere praeter dictum Generalem (scilicet Ordinis Prædicatorum) aut ab eo deputatos, ac præfatum Ambrosium (is fuit sacerdos Ordinis ejusdem) minusque aliquis Confrater seu vir, seu mulier aliquid eidem Societati pro illius ingressu, vel alia quavis de causa persolvere, supple, cogatur, nam spontanea oblato non prohibetur. Et talis lex prudenter in Ordine nostro non admittitur, ne pauperibus ad hanc Sodalitatem via præcludatur, & ut omnis avaritia suspicio à mentibus pusillorum tollatur.*

Quæres 10. quamdiu aliquis maneat in Sodalitate?

229

R. Tamdiu manet, et si præscripta non peragat, donec vel ipse renunciet, vel è Sodalitate ejiciatur. Si postea in eam iterum venire desideret, sufficit, si de novo iterum in eam recipiatur, & non est necesse, ut nomen ipsius denuo Albo inscribatur, nisi fuisset deletus, & sufficit, si illa anterior inscriptio rata habeatur.

CAPUT VIII.

De communicatione bonorum operum, quæ in Sodalitate Rosariana viget.

Riplici speciali fœdere , seu co[m]municatione bonorum operum conjungi Sodales Marianos, nempe cum Beatis in cælo, alterum cum altero in mundo, & cum Or[atione] nostro Prædicatorum, dictum fuit jam superius cap. I. n. 21. præterea c. 6. n. 196. ostensum est, Sodales in ingressu Sodalitatis debere sua bona opera aliis communicandi habere voluntatem, de qua communicatione s[ecundu]s hinc inde sa[n]cta fuit mentio. Ut autem triplex h[ab]et communio intelligatur ex fundamento, sit.

§. I.

Quænam bona opera possint communia pluribus fieri, & quomodo?

Omnia opera bona justi *meritoria* sunt , & *satisfactoria* : meritoria, in quantum bona, & hoc dupliciter, *de condigno*, & *de congruo*. *De condigno* meretur homo, dum ponit aliquod opus, cui ex justitia debetur aliquod prœmium, & ita meretur per opera bona prœmiū essetiale in cælis, & augmentū gratiæ: *de congruo* verò meretur, dum ponit opus, cui non competit ex justitia aliquod prœmiū, sed solùm ex quadam convenientia, & ita per opera bona justus meretur, ut Deus intuitu horū operū etiam aliis hominibus aliquod beneficium præstet, v. g. peccatores convertat, in justis gratiam augeat: sic inquit cum Petro de Palude nostro Sylvester de Prierio æquè noster *Summae* parte 2. verbō *Participatio*, propter merita Abraham liberavit Deus Loth, & quandoque parcit impiis propter justos. *Satisfactoria* sunt, in quantum pœnalia, nam omnis virtutis actus, quantumvis suavis, laboriosus est, & difficilis, virtus quippe circa difficultaria versatur, ut ait Aristoteles lib. 5. Eth. c. 3. & cùm in quolibet actu omnes circumstantiae observari debeant, non sit sine difficultate & labore. Hinc per quemcunque actum bonum potest aliquod modò pro peccatis satisfieri, & pœnae promeritæ remissio aliqua, etiam de condigno obtineri. Iter h[ab]et opera bona oratio præter hoc, quod sit *meritoria* & *satisfactoria*, est etiam *impetratoria*, ita ut justus per eam possit aliquid à Deo impetrare.

Hæc

Hæc opera bona nemo aliis comunicare potest, in quantum sunt 231
meritoria de condigno: nemo enim alteri mereri potest æternam vi-
tam, & augmentum gratiæ *de condigno*, nisi Christus, cùm sit ca-
put hominum, & Angelorum. Nemo ergo recipiet præmium,
quod alius per sua bona opera promeruit, sed *Unusquisque propri-*
am mercede accipiet secundum proprium laborem 1. Corinth. 3. In-
quantum sunt *meritoria de congruo*, communicari possunt aliis,
quod idem est, àc justus per talia opera mereri potest aliis aliquod
cœlestis beneficium, ut jam fuit superius n. 230. declaratum.

Duplici modō bona hæc, in quantum *meritoria* communicantur 232
aliis, unō ratione charitatis, & communionis, quæ inter omnes
Fideles existit, et si homo expressè illa nemini communicet, ita
ut, et si homo nihil horum cogitet, alii tamen eadem bona parti-
cipent ratione charitatis, quam communicationem quidam Au-
thores vocant *indirectam*: aliò modō applicari possunt intentione
speciali uni, vel pluribus, & tunc isti majus inde emolumentum
capiunt, ac alii, & hæc communicatio à quibusdam dicitur *directa*.

Fructum communicationis hujus describit D. Thomas in Suppl.
q. 71. art. 1. c. his verbis. *Quantum ad aliquid, quod est consequens,* 233
vel accessorium ad statum, scilicet beatitudinis, opus unius potest va-
lere alteri non solum per viam orationis, sed etiam per viam meriti.
Quod quidem dupliciter contingit, vel propter communicantiam in ra-
dice operis, quæ est caritas in operibus meritoriorum. Et ideo omnes, qui
sibi invicem caritate connectuntur, aliquod emolumentum ex mutuis
operibus reportant; tamen secundum mensuram statutus uniuscujusque,
quia etiam in Patria unusquisque gaudebit de bonis alterius: & inde
est, quod articulus fidei ponitur Sanctorum communio. Aliò modō ex
intentione facientis, qui aliqua opera specialiter ad hoc facit, ut talibus
proficiat. Unde ista opera quodammodo efficiuntur eorum, pro quibus sunt,
quasi eis à faciente collata: unde possunt eis valere vel ad impletionem
satisfactionis, vel ad aliquid hujusmodi, quod statum non mutat. Quod
magis explicans Emanuel Rodriguez tomo 1. qq. Reg. q. 33. art. 3.
docet, quod fructus hujus communicationis meritorum non sit, ut
ille, cui communicantur, ex hoc immediate absque ullo bono opere,
& dispositione habeat gratiam gratum facientem, & præmium glo-
riæ; conducit tamen illa ad hoc, ut ille consequatur à Deo grati-
am conversionis, illuminationem, & virtutum profectum; conse-
rantur illi bona spiritualia, præservetur à peccatis, aliisque tam
animæ, quam corporis malis liberetur.

136 *Caput VIII. De communicatione bonorum operum*

234 Communicatio ex intentione directa, ut jam monui, & con-
sentiunt omnes, magis proficia est, quam prima. In qua iterum
sunt aliqui gradus, & non omnibus æqualiter prodest, sed secun-
dum quandam mensuram, & una quidem mensura est intentio ap-
plicantis merita, & altera mensura est dispositio participantis: di-
ctum est enim, quod, si quis alteri expressè, & directè comunicet
merita, illum plus juvent, quam si fuissent solum indirectè, &
voluntate interpretativè applicata. Item stat adhuc penes comu-
nicantem, ut etiam per voluntatem expressam, & directam plus
velit sua merita uni prodeſſe, quam alteri, & ita potest adhuc uni
applicare specialius, quam alteri. Certum quoque est, quod men-
ſura hujus fructus ex parte participantis sit ejusdem dignitas, &
dispositio, unde digniori, magisque disposito plus, quam alteri
indigniori prosunt.

235 Præterea bona opera, ut *meritoria de congruo*, possunt non tan-
tum uni personæ, sed etiam pluribus v. g. integræ communitati,
aut familiæ communicari, in quo casu, ut docent D. Thomas,
locô citatô, Paludanus, Sylvester, & cæteri omnes, participatio me-
ritorum non minuitur ex multiplicatione participantium, sicut
non sit deterior conditio hominis Christiani multiplicatis electis ad
gloriam, sed melior: cuius rationem assignat D. Thomas in Suppl.
q. 71. art. 13. c. *Quia caritas non minuitur, si distribuatur affectus*
in multos, immo magis augetur: & similiter etiam gaudium, quando
pluribus est commune, sit majus, ut dicit Augustinus 8. Conf. e 4. In-
super merita ipsa non distribuuntur in multos per appropriationem,
sed solum Deo repræsentantur, ut ipse intuitu horum alii aliquod
conferat beneficium. Unde dum novi ad participationem merito-
rum assumuntur, prioribus nihil decedit. Nihilominus dum me-
rita pluribus simul confusè applicantur, tunc quidem, quantum
est ex parte applicantis, omnibus illis æqualiter prosunt, minus
tamen, quam dum uni in particulari sunt applicata, cum hinc adhuc
specialior intentio interveniat: dum etenim pro alio directè offe-
runtur merita, semper intercurrit aliqua oratio, hæc autem, ut di-
cetur n. 288. quoad vim impetratoriam magis prodest applicata
uni determinatè, quam pluribus in communi & confusè.

236 Demum sciendum est fructum hunc non esse infallibilem;
meritum siquidem de congruo non semper & infallibiliter conse-
quitur præmium, cum non debeat ex justitia, sed ex quadam
congruentia. *Paulus à Conceptione sua Theologie tomo 3. tract. 14.*
disp. 2. v. 1.

§. II.

Quomodo opera bona, ut *satisfactoria*, aliis comunicari possint?

Communicare opus bonum ut *satisfactorium* alteri, seu com-
municare ipsam satisfactionem est offerre Deo opus satisfactori-
um, ac petere, ut Deus tantum de pœna remittat alteri, quantum
propter hoc opus bonum remittendum nobis esset de pœna pecca-
tis nostris debita; vel breviter, est agere pro altero pœnitentiam: &
hæc communicatio vel oblatio satisfactionū pro peccatis alterius ho-
minis, se habet ad modū solutionis alieni debiti, tanquā si unus pro
altero indigenti ex propriis facultatibus solveret, quod alter debet.

Quæres jam primò, an pœnam satisfactoriam possit unus pro 238
alio explere?

Respondeo cum S. Thoma in Suppl. q. 13. art. 2. quod pos-
sit, quod in sed *contra n. 2.* ita pulchre probat. *Charitas magis potest
apud Deum, quam apud homines; sed unus potest apud homines pro al-*
*terius amore debitum alterius solvere: ergo multò fortius hoc in divino
judicio fieri potest.* Quæ ratio stat tam pro vivis, quam mortuis, &
ex ea habetur, quod Deus opus bonum pro pœna alterius accep-
tet. Ad hoc tamen requiruntur aliquæ conditions:

Ex parte satisfacientis, sive pro se, sive alio intendat satisface-
re, requiritur primò status viæ: unde Beati in cœlo nec quidem
proprias satisfactiones possunt amplius alicui communicare: illæ
enim aut in eorum vita jam cuidam applicatæ fuerunt, vel sunt re-
positæ in thesauro Ecclesiæ; semel autem applicatæ, non commu-
nicantur amplius, clavim verò ad Ecclesiæ thesaurum non possi-
denter Beati, sed Vicarius Christi in terris. Deinde requiritur status
gratiae, ut verior & securior sententia docet. Demum intentio spe-
cialis & directa pro altero satisfaciendi: nam communicatio satis-
factionum ita à sola hominis voluntate dependet, ut illæ nemini,
nisi illi tantum prosint, pro quo aliquis voluerit voluntate expres-
sâ, aut saltem interpretativâ satisfacere. Intentio verò ista formari
debet, antequam opus terminetur, nam ut primùm opus fortitur
finem, aut remittitur pœna opus ponenti, aut applicatur alteri,
vel certè in Ecclesiæ thesaurum reponitur, & hinc liberæ disposi-
tioni hominis subtrahitur. Ita communiter Doctores.

Ex parte operis requiritur, quod sit voluntarium, liberum,
moraliter bonum; non tamen obstat, si sit præceptum, quin & per
flagella à Deo immissa, patienter tamen tolerata, possumus Deo

138 *Caput VIII. De communicatione honorum operum pro peccatis satisfacere, ut docet Concilium Tridentinum sess. 14, de pœn. c. 9.*

Ex parte ejus, pro quo satisfit, requiritur remissio culpæ, & status gratiæ, nam remissio pœnæ est actus amicitiæ, qui à Deo non præstatur inimico. *La Croix lib. 6. p. 2. q. 178. & sequent.*

339 Quæres 2. an eō ipso quod aliquis satisfaciat pro alio, satisfaciat etiam pro peccatis proprijs?

Respondeo cum S. Thoma, qui in Suppl. q. 13. art. 2. ad 3., ita scribit: *Non autem, qui pro alio satisfacit, etiam pro se ipso satisfacit, quia illa quantitas penæ non sufficit ad utrumque; tamen satisfaciendò pro alio, sibi meretur aliquid majus, quām sit dimissio penæ, scilicet vitam æternam.* Doctorem Angelicum sequuntur omnes in hoc, quod per eandem numerò satisfactionem non possit aliquis satisfacere pro peccatis propriis & alienis, nisi fortè illa satisfactio esset ad hoc sufficiens, aut excedens pœnam, & peccata utriusque, quod vix contingit. Hoc probatur alià efficaci ratione & paritate: qui pro alio solvit debitum, per eandem numerò pecuniam non solvit etiam debitum proprium, si eadem pecunia non sufficiat pro debito utroque; sed satisfactio pro alio se habet per modum solutio- nis debiti alieni. ergo.

240 Jacobus tamen Munfordus S. J. in suo tractatu de misericordia Fidelibus Defunctis exhibenda c. 10. & cum eo multi alii docent, quod actus, quod pro alio offertur satisfactio propria, propter insig- nem charitatem fiat de novo satisfactorius, unde per priorem satis- factiōne deletur debitum alienum, per alteram proprium.

Probant hoc primò. omnis actus meritorius simul est satis- factorius, ut dictum est n. 230. sed actus iste est meritorius: ergo & satisfactorius.

2. *Charitas operit multitudinem peccatorum 1. Petri 4. v. 11.* Item *Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras Tobiæ 4. v. 11.* sed hic actus est maximè charitatis, & eleemosynæ spiritualis: ergo.

Dico tamen. Licet omnis actus bonus, præsertim si à magna charitate procedat, sit satisfactorius; si tamen ille alteri transcri- bitur, tunc actus ille vel non redditur de novo satisfactorius; vel si redditur, tunc illa nova satisfactio cum priori communicatur alte- ri. Si enim non ita res se haberet, tunc illa nova satisfactio, si ite- rum alteri applicaretur, (non enim appetit aliqua ratio, cur non posset alteri applicari, cùm sit ejusdem naturæ cum prima) posset iterum actus fieri de novo satisfactorius, & sic iretur in infinitum; quod asserere est absurdum.

Quæ-

Quæres 3. an satisfactiones suas possit homo pluribus applicare, & quod modò ipsis pro sint?

Respondeo esse extra dubium, quod possint applicari pluribus; tunc tamen, cum sint finitæ, inter eos dividuntur ita, ut, quod plures illi fuerint, eò minus de pena singulis remittatur, prout docet S. Thomas in Suppl. q. 71. art. 13. c. Notat ad propositum Cajetanus noster tomò 2. Opusc. tract. 3. §. Cavetamen, quod satisfactione unius operis possit etiam transcribi pluribus personis, & secundum proportionem inter eos dividi: itaque censet, quod, si quis celebrandò Missam mereretur remissionem penæ unius anni, & eam donaret duobus, tunc quivis relevaretur pro medio anno; si tribus, pro tertia anni parte; quod si verò uni soli totam velit satisfactionem donare, tota ei etiam soli cedat in emolumentum.

Quæres 4. an sit consultum pro alio offerre Deo satisfactiones superabundantes? haec autem illæ sunt, quibus homo non habet opus, sed aliunde in Ecclesiæ thesaurum cederent.

Videtur quod non: nam Sancti satisfactiones suas nec vivis, nec defunctis applicarunt, sed eas reposuerunt in thesauro Ecclesiæ teste D. Thoma 4. dist. 20. I. 3. q. 1. c. ubi ait: *Sancti, in quibus superabundantia operum satisfactionis invenitur, non determinatè pro isto, quiremissione indiget, bujusmodi opera fecerunt; (aliás absque omni indulgentia remissionem consequeretur) sed communiter protota Ecclesia: sicut Apostolus dicit, se adimplere ea, quæ desunt passionum Christi in carne sua pro corpore ejus, quod est Ecclesia (Coloss. 1.) ad quam scribit.* Unde certum est, in thesauro Ecclesiæ præter satisfactiones Christi infinitas, etiam satisfactiones superabundantes B. M. Virginis, sanctorum Martyrum, aliorūmque Beatorum reperiri.

R. Est nihilominus consuetum, cum hæc oblatio sit actus insignis virtutis, nempe charitatis erga proximum. Ad oppositum exemplum Sanctorum dico, cum thesauro Ecclesiæ præter satisfactiones Christi innumeræ jam sint illatæ, consequenter jam dum ex majori parte suppletum fuerit, quod defuit passionum Christi, benè jam satisfactiones superabundantes certis personis communicantur. Thesaurus tamen iste non exhaustur, imo augetur, cum quotidie multæ satisfactiones superabundantes, quas homines nemini applicant, inferantur.

Quæres 5. an consuetum, licitum, & meritorium adhuc sit a liquam satisfactionem, sibi ad expianda propria delicta, & penam promeritam necessariam, alteri communicare?

Negat Navarrus, eò quod communicare alteri satisfactionem sibi necessariam videatur esse contra charitatem propriam; per hoc enim non extinguitur debitum proprium secundum dicta n. 240.

Respondeo tamen cum aliis omnibus affirmativè, cum actus iste possit à virtute procedere, possítque talis homo promeritæ poenæ remissionem obtinere vel per Indulgentias, aut opera satisfactoria aliò tempore peragenda: si quis verò moreretur ante, foret per accidens, & tunc secundum S. Thomam acquireret aliquid melius, nempe vitam æternam.

244 *Quæres 6. an Deus acceptet satisfactiones necessarias pro altero oblatas, et si homo prodigaliter, & contra charitatem propriam (ut tenet Navarrus) ageret?*

R. Affirmativè; nam satisfactio pro altero se habet per modum solutionis alieni debiti, in hoc autem mundo, si quis pro altero debita solveret, etiam sua prodigēdō, acceptaretur hæc solutio, cum donatio prodiga valeat, quod ipsum etiam præsumendum est de altero mundo.

245 *Quæres 7. an consuetum si pro aliquo vivo agere penitentiā?*

Respondet S. Thomas in Suppl. q. 13. art. 2. c. Respondeo dicendum, quod pœna satisfactoria est ad duo ordinata: scilicet ad solutionem debiti, & ad medicinam pro peccato vitando. In quantum ergo est ad medicinam sequentis peccati, sic satisfactio unius non prodebit alteri. — Sed quantum ad solutionem debiti, unus potest pro altero satisfacere, dummodo sit in charitate, ut opera ejus satisfactoria esse possint. — Unde dicitur in *Vitis Patrum*, quod propter charitatem unius, qui alterius Fratris charitate ductus, penitentiam fecit pro peccato, quod non commiserat, alteri peccatum, quod commiserat, dimissum est. Nec etiam exigitur quantum ad solutionem debiti, quod ille, pro quo sit satisfactio, sit impotens ad satisfaciendum, quia etiam si esset potens, aliò satisfacente pro ipso, ipse à debito immunis esset: sed hoc requiritur, in quantum pœna satisfactoria est in remedium. Unde non est permittendum, quod aliquis pro altero penitentiam agat, nisi defectus aliquis appareat in penitente, vel corporalis, per quem sit impotens ad sustinendum, vel spiritualis, per quem non sit promptus ad portandam pœnam. Et hujus rationem desumendam vult ex ante dictis; homo enim pro suis peccatis satisfaciens, & delet pœnam debitam, & sumit medicinam ad vitanda imposterum peccata: si igitur sine prædictis defectibus unus pro altero satisfaceret, alteri quidem remitteretur aliqua pœna, sed daretur etiam occasio per.

persistendi in peccatis defecū medicinæ , scilicet operum pœnitentia, quæ alter posset ex reposita in alterum confidentia non implere. Hoc tamen sumendum est , quod de facili non sit permittendum , ut unus pro altero , hoc sciente, agat pœnitentiam ; nihil tamen prohibet id agere pro altero , hoc ipsum nesciente, ex quo apud eum tollitur occasio negligentiarum , aut in operibus pœnitentiarum , aut in peccatis persistentiarum .

Quæres 8. an homini consulendum sit , ut in se aliena peccata suscipiat cum obligatione pro iis satisfaciendi in vita ? 246

R. Talis actus cum primis nobilis est , & heroicus , ac proinde etiam non vulgaris meriti, quale consecutus est Vir ille sanctus , de quo in Speculo M. exemplorum titulâ : Desperatio exemplo 8. ex quo, quod ille præclarè gesserat, subjungo. Homo quidam, postquam vitam suam in omni luxuriæ genere luridissimè traduxerat, lethali tandem morbo correptus ad extrema deductus est. Vocabatur ad hunc sanctus quidam Eremitola : tentat hic diversis modis infirmum emollire ad pœnitentiam ; surdo tamen cecinit Eremita. Delusus in variis sanctus Senex tandem hanc artem cominiscitur : si tanta, inquit, tuorum te peccatorum molles ita deprimat, & in desperationem agat , in me suscipio omnia peccata tua, viçissim verò omnibus me bonis operibus , ac meritis meis ultroneè privo, tibique ea dono trado : si igitur in hoc pariter consentias, tua mihi crimina ex ordine enarra , ut, de quibus , quantamve agere debeam pœnitentiam , nōrim. His illectus peccator, totam suam mentem Eremitæ aperit, nullumque peccatum cellat. Cumque narrationem ille absolvisset , subjungit Senex : doles de istis, & vis, ut sacramentalis sit confessio tua ? ad quod cum annuisset infirmus, Eremita ipsum ritu debito absolvit , & alter feliciter devixit. Post mensem apparuit Eremitæ, eique, quod in statu æternæ beatitudinis esset, intimavit. Cum autem Senex requireret, quid de suis meritis, quibus se spoliaverat, esset , ait mortuus : Deus tibi ea reservat duplicata, eò quod abstuleris desperationem meam , signumque maximæ charitatis mihi demonstraveris.

Hoc tamen temerè faciendum non est, nec à quolibet , nec quavis occasione, sed narratæ simili ; proinde non est consulendum illi , qui ob propria peccata magnarum pœnarum reatum incurrit , sed homini verè pio, innocentí, artibus pœnitentiarum assueto, prout ipse misericors Deus nos sequenti prodigiò voluit comoñefacere. Religiosus quidam valde devotus, & misericors , medium pœnitentiarum partem, quæ alteri sui cœnobii Monacho obenor-

142 *Caput VIII. De communicatione bonorum operum*
Normia crima imposita fuerat, ad preces ejusdem in se suscepit
preferendam. Hic brevi post tempore, antequam pro alterius pec-
catis quoad susceptam medietatem plene satisfecerat, defunctus
est. Elapsis deinde paucis diebus alteri in somnis apparuit, ac ma-
le, inquit, mecum agitur propter te: nam liber a propriis, quia
tuus me vinculis infiodavi, & alienae cautionis obnoxium reddidi, nec
persolvi, flagellis atteror. Quare suffragia tum ab ipso, tum a
toto Conventu, qua valuit supplicatione depoposcit, quibus per-
solutis iterum eidem per visum apparens, se ad cælestè regnum es-
se receptum dixit. *S. Petrus Damianus epist. 6. ad B. Fratrem, &*
ex eo speculum M. exempl. tit. Oratio exemplo 4.

247 Quæres 9. an eō ipsò, quod quis opera satisfactoria pro alio
offerat Deo, v. g. si pro alio oret, etiam offerat ipsas satisfactiones?

R. Si oblato fiat pro defunctis, tunc intelliguntur propriæ
oblatae satisfactiones, nam ita interpretari possumus voluntatem
ejus, quod scilicet velit ea opera defunctis applicare omnī modō,
quod ipsis professe possunt: tum quia multi Doctores docent, ad
nullius petitionem penas Animabus a Deo impositas relaxari, nisi
condigna pro his satisfactio præstetur, ut dicetur n. 287. Si vero
oblato fiat pro vivo, v. g. si quis pro peccatoribus se flagellò ca-
dat, tunc verisimilius est, quod pro iis non intendat satisfacere, sed
solum illorum conversionem impetrare: nam inspicimus in obscuris,
quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consuevit reg. 45. de
reg. Jur. in 6. raro autem fit, ut unus pro alio vivo pœnitentiam
agat.

248 Quæres 10. an Deus oblatas pro alio satisfactiones infallibiliter
liter acceptet?

R. Si quis intendat satisfacere pro se ipso, & adsint condicio-
nes requiritæ, sentiunt Catholici omnes, quod Deus tale opus in-
fallibiliter acceptet, & ipsi pœnam, olim in Purgatorio luendam,
remittat. Si vero quis velit satisfacere pro alio, & nulla desit con-
ditio, putant quidam apud *La Croix lib. 6. p. 2. n. 1327.* Deum
etiam infallibiliter eandem satisfactionem acceptare ex promissio-
ne, & quādam justitiā: obligavit enim se, inquit, ad hoc, ut cha-
ritas amplificetur, & omnes per ipsum essemus unum. Verum de
defunctis n. 200. cum aliis statuetur contrarium, qui asserunt pro
illis solum a Deo hæc suffragia acceptari, qui, dum viverent, istam
gratiā meruerunt. Quod si hoc verum est de defunctis, ita eti-
am philosophari licebit de vivis, quod hæc oblata satisfactio non
pro omnibus, sed pro bene meritis solum a Deo suscipiatur, & re-
verit

vera de infallibili acceptatione non potest ex sacris paginis manifesta promissio ostendi. Ita senserunt Medina noster, Cönnink, Bassus tom. 2. v. *Suffragium n. 2.*

Quæres 11. si ille, cui applicantur satisfactiones, sit illarum 249 incapax, quò illæ deveniant?

R. Si ille, pro quo fructus operis satisfactorii offertur, sit illius incapax, vel illò non egeat, putant quidam, eundem reponi in thesaurum Ecclesiæ; alii verò cum Raymundo dicunt, eundem statim à Deo concedi alicui sive vivo, sive defuncto secundum interpretativam voluntatem applicantis, prout de tali fructu satisfactionum applicato Animæ in Purgatorio determinatæ censem D. Thomas in 4. sent. dist. 45. art. 4. q. 3. ad 2. ubi ait? *Credibile est, quòd per divinam misericordiam, si aliquid de specialibus suffragiis superfit bis, pro quibus sunt, ut scilicet eis non indigeant, aliis dispensetur, pro quibus non sunt, si eis indigeant.* Quòd si verò quis ponat opus satisfactorium, & non habeat animum satisfaciendi pro alio, extra dubium est, fructum hunc satisfactorium aut prodeesse ipsi soli, aut in thesaurum Ecclesiæ transferri.

§. III.

An satisfactiones totius vitæ licitè, & meritorie possint alteri transcribi?

Quæstio hæc solet quidem communiter proponi, an licitum, 250 & meritorium sit satisfactiones omnes tam superabundantes, quam necessarias totius securitæ vitæ donare defunctis? cùm autem argumenta, quæ in utramque partem afferuntur, æque militent pro vivis, ideo generaliter quærendum duxi, an satisfactiones prædictæ possint sine peccato alteri sive vivo, sive defuncto applicari? fusiū autem hanc celebrē quæstionem tractabimus, cùm ex ejus solutione noñihil intelligentia Comunitatis Rosarianæ dependeat.

Primam sententiam defunctis favorabilem communius tenent Doctores S. J. inter quos sunt Nierenbergius, Hautinus, Jacobus Munfordus, quem, utope in hac materia præcellentem, sequitur Thobias Lohner tomo 4. suæ bibliothecæ concionatoriaæ tit. *Theologia à q. 17. usque ad 21.* & alii. Docent hi, quòd licitum, & summe meritorium sit omnes satisfactiones, etiam necessarias, nullā sibi retentâ, totius securitæ vitæ defunctis applicare. Solam satisfactionem Sacramentalem multi excipiunt, qui docent opera injuncta in Sacramento pœnitentiaræ posse tantum pro peccatis propriis, non alienis applicari, quamvis alii etiam aliter sentiant.

Pro-

- 251 Probatur hæc sententia à Munfordo in citato Tractatu de misericordia defunctis exhibenda rationib[us] sequentib[us]. Primo. Bonum, & meritorium est aliquas defunctis applicare satisfactiones, & quod plures applicantur, eò est melius: ergo applicare omnes est optimum.
- 252 2. Modus, per quem plures animæ juvantur, & liberantur, magis est licitus, perfectior, & Deo acceptior, cùm ipsius promovat honorem, quem animæ liberatae Ipsi tribuunt in cœlis, & nobis, & animabus utilior; sed per modum, quod omnes satisfactiones applicantur, plures liberantur: ergo.
- 253 3. S. Thomas in Summa contra gentes c. 158. prope finem ait: *Afflictio charitatis in eo, qui pro amico patitur, facit magis satisfactionem Deo acceptam, quam si pro se pateretur. Hoc enim est promptæ charitatis, illud autem est necessitatis.* Ergo actus magis erit Deo acceptus, si homo non patiatur pro se ipso, sed pro alio.
- 254 4. Si per impossibile Christus ipse arderet in Purgatorii rogo, quilibet optimè ageret, si Illius liberationi proprium commodum postponeret, & Ipsi omnes, etiam necessarias satisfactiones applicaret: sed quidquid præstatur aliis animabus, idem est, ac si præstaretur ipsi Christo, prout ipse affirmavit: *Amen dico vobis, quoniam diu fecistis uniuersis fratribus meis minimis, mibi fecistis.* Matth. 25.v.37.
- 255 5. Quod plures virtutes ad aliquem actum concurrunt, eò est perfectior, & magis meritorius; sed ad actum præsentem plures concurrere possunt virtutes: potest enim proficisci ex sincero Dei amore, charitate proximi, misericordia &c. ergo.
- 256 6. Si actus iste non esset licitus, foret ideo, quod violaret legem naturæ, quā quis tenetur amare se ipsum, sed hanc non violat: nam, licet homo omnes satisfactiones suas donaverit alteri, non habebit aliquid tolerare pro peccatis propriis primò, quia per hunc actum satisfit pro peccatis propriis, est enim satisfactorius, quod probant argumenta supra n. 240. allata.
- 257 2. Etsi per eundem actum non obtineretur remissio penitentiae ex vi satisfactoria, supersunt tamē tali homini Indulgētiae.
- 258 3. Actus ille, etsi non esset satisfactorius, est tamen meritorius, & impetratorius in sensu inferius n. 286. explicandō: ergo per eundem quā meritorium saltem de congruo promereri homo poterit omnis penitentiae remissionem, & quā impetratorium, poterit per eum eadem gratia impetrari.
- 259 7. Si quis alium eripuisset è purgatorii flaminis, non posset is liberatorem suum in iis flammis negligere, & præsertim si ex iisdem

dem pœnis liberaretur ipse Christus; qui autem eripit Animam ex illo lacu, idem est, ac si eriperet ipsum Christum: ergo nec Christus nec animæ liberatæ patientur talem diutius illis flammis torri.

8. Sicut *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur Sap. II. v. 17.* 260 ita in quacunque re fratri suo beneficerit quis, in hac & ei benefici. Et sicut fecit, sic fiet ei. Unde Beati misericordes, quoniam ipse misericordiam consequentur. *Matt. 5. v. 7.* Quare talis spem magna concipere posset, Purgatorii pœnas vel omnino, vel magna ex parte evadendi; fortè enim Deus precibüs Animarum & meritis permotus, vel tali adeo perfectam contritionem immittet, ut cum culpis universis universa remittatur & pœna, vel ita res disponet, utin morte Indulgentiam plenariam consequatur, vel certè multis inspirabit, ut nos suis precibüs potentius longè juvent, quam nostris solùm satisfactionibüs suissemus adjuti, inquit Munfordus c. II. n. 1.

9. Confirmatur hoc revelationibüs & exemplis. *Sanctissima* 261 *Virgo Gertrudis*, ut ex Dionysio Carth. refert Munfordus c. II. n. 9. omnia sua opera satisfactoria pro Animabus, in Purgatorio sublevandis, per totum vitæ suæ decursum offerre consuevit. Hinc factum est, ut morti vicina ob alienatas satisfactiones suas ipsa sibi timere cœperit, ne fortè ob peccata propria acerbius quid de anima sua à severo Judice statueretur. Dum hæc solicita volveret, Christus eam sequentibüs suavissimis verbis recreavit: *Ut intelligas, quam grata mibi fuerit charitas tua, quæ erga Animas usas, remittiam nunc omnes pœnas, quæ tibi essent subeundæ.* Et qui pro uno spopondi centuplum, liberalitatem meam modò ostendam, tuamque gloriam cumulabo. Paulus de Barry quoque in suo Anno sancto ad 5. Novemb. ad hoc stabilendum adducit factum S. Theresiæ, quæ die quādam, quidquid unquam totâ vitâ boni egerat, certæ Animæ, quæ detinebatur in Purgatorio, transcriptis, quam propterea eodem momento in cœlum ferri eadem Sancta Virgo conspexit.

10. Ideo vel maximè talis transcriptio omnium satisfactioni- 262 num non esset consulenda, cum illis transcriptis homo non esset securus de Purgatorio evadendo, sed etiam retentis satisfactionibüs nemo de eodem evadendo est securus: igitur nec licebit reservare sibi satisfactiones necessarias; quod tamen est falsum una cum assumptione: nam si quis omnes satisfactiones dederit defunctis, majorem spem habet, se Purgatorii cruciatus minimè sensurum.

11. Demum eti talis haberet propter delicta propria luere 263

146 Caput VIII. De communicatione bonorum operum
pœnam aliquam in Purgatorio; hoc tamen damnum multis bonis compensaretur: nam talem manebit præmium magnum in cœlis, minimum autem cœli præmium præstantius bonum est, quæcumque pœna remissio. Item Animæ liberatae, aliquæ Sandi pro eo jugiter intercedent, ut vincat tentationes, pertingat ad cœlum, & fortè etiam liberationem ab omni pœna impetrabunt. Imò degentes adhuc in Purgatorii flammis non intermittunt pro suis benefactoribus orare.

264 Oppositam tamen sententiam amplectuntur Rodericus de Arriaga, & Theophilus Raynaudus polyhistor ille celebratissimus in suis Heteroclytis spiritualibus p. 2. secl. 2. q. 2. ubi primæ sententiæ pietatem vocat anomalam, præpostoram, & anilem. Censent itaque isti, quemlibet hominum debere ex lege charitatis sui ipsius primò adnoti satisfacere per bona opera pro peccatis propriis, deinde verò succurrere cæteris, & nisi hoc faciat, peccare eum saltem venialiter contra rectum ordinem charitatis: hinc satisfactions omnes alteri sive vivo sive defuncto transcribere, negant esse actum alicujus virtutis, sed vitii prodigalitatis, nec esse meritorium, per quod nonnulla argumenta sententiæ prioris subnervantur.

265 Probant verò hanc suam sententiâ unicâ ratione: Ille peccat contra charitatem sui ipsius, qui se ipsum immersit in Purgatorii flamas, aut ad minus eligit immersi, ut alius inde liberetur; sed qui alteri omnes satisfactiones suas transcrit, hoc ipsum agit: igitur peccat saltem venialiter. Majori is facile adhærebit, qui, quæcum atrox sit Purgatorii cruciatus, expenderit. min. prob. Qui non satisfacit pro delictis propriis, ille se immersit, aut eligit immersi in Purgatorii flamas; ast qui alteri transcrit omnes suas satisfactiones, ita ut per omnia sua bona opera intendat satisfacere pro altero, non satisfacit pro delictis propriis, ut s. præcedent n. 240. dictum fuit: ergo.

Quod si meum leve judicium in medium afferre ausim, totam difficultatem sequentib[us] conclusionibus decidam.

266 Dico igitur primò Homo justus, & innocens, qui non habet multas subiectas pœnas, potest licet, & meritorie ad exemplum S. Gertrudis omnes satisfactiones totius secuturæ vitæ Animabus Purgantibus transcribere.

Ratio. Apud talem non est tantum periculum inversæ charitatis, cum facilè aliis mediis consequi possit omnis pœna remissionem; tales enim, cum studeant semper, se ad percipiendas Indulgencias legitimè disponere, easdem etiam særissimè conlectuantur.

quantur; tum propter fervorem charitatis, quô erga proximum ardent, facilius impunitatem suorum delictorum consequentur.

Dico 2. Homo justus, & innocens æquè meritorie poterit omnia opera bona in satisfactionem alterius offerre, aliquibus solùm sub conditione exceptis, si nempe ipse aliquâ satisfactione indiguerit. 267

Probatur primò. Dum homo sibi quasdam satisfactiones servat sub conditione, si illarum indiguerit, satisfactiones hæ reservatae vel transeunt in commodum animæ alienæ (quod sæpè in justis contingere potest, si omnis pœnæ remissionem v. g. per aliquam Indulgentiam obtinuerint) vel transeunt in commodum animæ propriæ, ita ut propter obtentam remissionem pœnæ eadem præservetur à Purgatorio, vel saltem Purgatorii pœna, sustinenda post mortem, minuatur: Si primum; habetur intentum: si secundum; tunc animam propriam præservare à Purgatorio, aut minuere ejus Purgatorium tanti est meriti, quanti liberare animæ alienam è Purgatorio, vel minuere illius cruciatus: ergo. 2. pars min. probatur: si non majoris, saltem ejusdem est meriti præservare animam, ne veniat in Purgatorium, quæ animam in illud immersam inde liberare; nam per utrumque anima effugit eandem pœnam, & consequitur eandem gloriam, cœlum ita citò repletur Sanctis, promovetur Dei honor &c. ex quibus prima opinio desumit meriti magnitudinem: itē non est major ratio, sive liberetur una, sive altera: ergo.

2. Ideo transcriptio omnis satisfactionis in alias animas est 268 summi meriti, quia in illis liberatur è Purgatorio ipse Christus; sed etiam in præservatione, aut liberatione animæ propriæ liberatur, & præservatur ipse Christus: ergo. min. prob. Si alius meam animam è Purgatorio eripuisse, eripuisse in ea ipsum Christum: cur non etiam ego Illum in anima mea eriperem? Deinde in anima mea liberatur ipse Christus, cùm ipse eam redemerit suō sanguine, sítque ejusdem caput, sed sive eam ipse liberem, sive alijs, semper redempta manet à Christo, ejusque membrum. ergo.

3. Virtutes omnes, quæ exerceri possunt in transcriptione 269 omnis satisfactionis, exercerentiam possunt in aliquarum reservatione: ergo & promereri idem præmium. Ant. prob. Præcipue virtutes, quæ ad illum actum concurrere possunt, sunt purissimus Dei amor, charitas proximi, & misericordia, sed hæ eadem concurrere possunt ad se ipsum: ergo. min. prob. Potest homo sibi præservare satisfactiones quasdam eā intentione, ut anima sua ci-

tius pertingat ad Dei visionem, ut ipsum citius in celis laudet, ardentius amet: deinde nemo alicui magis est proximus, quam ipse sibi: ergo adjuvandò se ipsum adjuvat proximum, & hoc ipsò exercet misericordiam erga se ipsum: si enim homo erga se ipsum crudelis esse potest, cur non etiam misericors?

Oppones tamen duo. Primo: si talis sui loco liberasset alterum, numerus suorum Sanctorum Tutelarium, & Patronorum caelestium unde evasisset major.

2. Licet in illa reservatione etiam exerceantur dictæ virtutes erga se ipsum; in majori tamen intensionis gradu excentur erga alium, cum juxta D. Thomam perfectius sit pro amico, quam se ipso pati.

R. Ad 1. Si ille non liberandò Animas è Purgatorio non est natus plures Patronos, potest tamen viis aliis v. g. per specialem electionem, & cultum plures nancisci, qui omnia nec essaria à Deo illi poterunt impetrare: sed nec necesse, aut possibile est, ut quivis quemlibet Beatorum peculiariter colat, in suum Patronum deligat, aut omnes animas è Purgatorio liberet; sufficit proinde aliquos Beatorum sibi conciliare, suosque amicos facere.

270 Ad 2. Dico, quod ille defectus intensionis in amore erga se ipsum suppleri, & compensari possit per aliam virtutem v. g. humilitatem, ex qua justus ita credere potest se esse flagitiosum, tantaque pœnæ obnoxium, quæ non possit nisi magnis cruciamentis expiari.

Probant. 4. Hoc exemplis suis complures viri doctissimi, & sanctissimi, qui ad expianda peccata propria aut abdiderunt se in speluncas montium, aut secesserunt in monasteria, aut alias corporis macerationes, & incommoda, etiam ob levissima piacula subjérunt, quod nemo, nisi in historia Ecclesiastica peregrinus negaverit. Unum è mille produco totius sanctitatis, & doctrinæ exemplar absolutissimum, Sanctum videlicet P. Dominicum. Hic, ut alias jam dictum fuit, tribus vicibus quavis nocte orans Rosarium, ferreain se catenæ deservit; prima flagra sibi inflxit pro peccatis propriis, altera pro peccatis defundorum, tertia pro conversione illorum, qui vitam criminibus obnoxiam traducunt. Nescio vero, an aliquis sine horum Sanctorum injuria afferere audeat, eos minus perfectè, minus prudenter, deteriusque, quam S. Gertrudem suas satisfactiones collocasse.

271 5. Confirmatur demum revelatione. Joannes Ximenez de votus Societatis Jesu Religiosus, ut ex relatione P. Pauli Barry

Anno sancto ad 4. Novemb. habemus, quavis hebdomadâ, ut ab ipsa B. Virgine fuerat instruâus, pro Animabus Purgantibus ad S. Sinaxim accessit, iisque subinde, quidquid boni agebat, applicabatur; ergo ex ipsa instructione B. Virginis non omnia bona spiritualia & satisfactoria, neque semper, sed subinde tantum pro iis peragebat.

Dico 3. Hominibus laxioris conscientiæ, præsertim flagitiosis, consuli non debet, ut actus pœnitentiæ ad refrigerium animarum, sed ad expianda propria delicta assumant.

Primo. Quæ talis farinæ homines vix aliquid boni, aut certè 272 persuotoriè intuitu Animarum peragent. Sic, si flagitioso sua deatur, ut ad pendendas proprietum scelerum pœnas ingrediatur Religionem, longè facilius ad hoc inducetur, quam si ei dicatur, ut ad arctum illum statum convolet, non ad satisfaciendum prodejicitis suis, sed ad animas liberandas.

2. Ita dignoscitur egisse omnis retro antiquitas: quis etenim 273 sapientum persuadere sibi poterit, quod v. g. S. Maria Magdalena in tam horridam eremum concesserit non ad propria, sed aliena crimina expianda? Aut quod S. Petrus Apostolus non propria delicta, sed cruciatus Animarum tam amare defleverit? Et tamen hi perfectionis Magistrum Christum, ipsam scilicet incarnatam Sapientiam habuerunt.

3. Hoc videtur voluisse ipse Christus Servator noster, qui u-274 nicum tantum Sacramentum, SS. nempe Sacrificium Missæ, in defunctorum solatium, omnia verò septem instituit in emolumenſu vivorum, mediantibüs quibüs maximè peccatores possint peccata sua abstergere, & pœnam. Christo concordat Ecclesia, quæ diversa per anni spatium jejunia, etiam ex eo fine directè instituit, ut nempe per illa pro peccatis nostris satisfaciamus; quamvis non negem, hanc castigationem carnis posse pro defunctis assumi, meritumque illius satisfactorium illis applicari; quam tamen applicationem instituendō jejunium Ecclesia minimè primariò intendit. Indulgentias quoque non omnes voluit esse defunctis applicabiles, sed quasdam solis peccatoribus vivis reservavit, ne scilicet ipsi omnne tuum studium, & actiones ad liberandas animas convertant, sed etiam sui ipsius aliquam curam gerant.

4. Translatis in defunctos omnibus satisfactionibus, peccator ipse in magno esset periculo perferendi in Purgatorio ob delicta propria graves & diuturnos dolores; nam, ut ex solutione argumentorum sententiarum contraria constabit, illa omnimodam securitatem non evincunt: hoc autem periculum magnum posset incutere timo-

150 *Caput VIII. De communicatione bonorum operum*
timorem, & angustiam in agone ; si enim de hoc sibi timebat Ger-
trudis illa innocentissima Sponsa Christi, quomodo non timebit
peccator ?

276 Ad 1. ergo dicendum, quod bonum sit applicare omnes satis-
factiones defunctis secundum se, sed inter defunctorum animas est
etiam anima propria, quae etiam per satisfactiones, sibi retentas,
potest ē Purgatorio liberari ; actus tamen iste in se bonus, quod
omnes satisfactiones applicantur personis alienis, consulendus
quidem est devotis & piis, cum illum magnō fervore & intensa
charitate communiter ponant, non tamen est consulendus impiis,
qui intuitu animarum aut nihil, aut certe perfunditorie aliquid
agerent.

277 Ad 2. dicendum, quod tot Anima libarentur, & etiam aliquæ
satisfactiones sibi reserventur, sequatur etiam idem Dei honor,
sive propria sive aliena Anima ad Dei visionem pertingat.

278 Ad 3. dico, quod pati pro amico secundum se sit perfectius,
quam pati pro se ipso, cum communiter hoc fiat ex prompta chari-
tate, quod etiam suadendum est piis ; potest tamen contingere,
quod homo ex magna humilitate patiatur dura pro se ipso, in quo
casu meritum humilitatis tantum, imo etiam majus esse potest,
ac meritum charitatis.

279 Ad 4. jam ostensum fuit, quod in anima propria etiam libe-
retur ipse Christus.

Ad 5. Pariter ostensum est, in casu reservationis aliquarum
satisfactionum posse prædictas omnes virtutes exerceri.

280 Ad 6. Ostensum jam fuit suprà n. 240. actum hunc aut non
hieri de novo satisfactorium, aut hanc novam satisfactionem simul
cum priori alteri personæ applicari. Deinde etsi actus ille de novo
evaderet satisfactorius ; hic tamen novus valor non est tantus, ut
omnem pœnam totius vitæ tollat, quod ostendo evidenter : nam
actus iste non habet majorem virtutem delendi pœnam, quam ha-
beant Sacra menta, & actus virtutum, in eorum perceptione elici-
tarum, sed Sacra menta, & dicti actus non semper, imo rarissime,
delent omnem pœnam : ergo multò minus ille actus.

281 Ad 2. de Indulg: dico effugere velle omne Purgatorii supplicium per
solas Indulgentias homini liberioris vitæ satis periculosis est: pri-
mo quia constat tales de lucrandis Indulgentiis non esse multum
solicitos ; deinde, ut infrà n. 427. dicetur, paucissimi hominum
præfertim luridorum, & vix sanctissimi Indulgentiæ plenariam, &
consequenter absolutionem ab omni pœna consequuntur, non
solum

solum ex eo, quod pauci omnem affectum ad omnia venialia etiam levissima, & occultissima excludant, sed etiam ex eo, quod ratore omnia ad consecutionem Indulgentiarum requisita adsint, præsertim apud luridos: nam ut concessio Indulgentiæ suum sortiatur effectum, requiritur ex parte concedentis, ut eam concedat ex causa non solum justa, sed etiam aliqualiter proportionata Indulgentiæ, ex parte vero recipientis requiritur debita dispositio, & adimpletio omnium operum præscriptorum, de quibus si vel unum, quod fuit de intentione primaria concedentis, etiam ex ignorantia omittatur, tunc nihil de fructu Indulgentiæ, vel saltem non percipitur totus. At vero quocunque opus bonum, si adsint omnes conditiones requisitæ, quæ longè pauciores sunt, quam quæ ad Indulgentias requiruntur, infallibiliter consequitur saltem aliqua pœna remissio, ut dictum fuit n. 248. Igitur homo criminofus longè securius operabitur, si studuerit per bona opera pro suis peccatis satisfacere, quam si iis neglectis, vel aliorum applicatis, venandò Indulgentias voluerit Divinum Judicem placare.

Ad 3. de actu meritorio dico. Valde incertum est, posse per solas preces obtineri absolutionem à pœna, ut dicetur n. 287. Meritum quoque de congruo non semper, & infallibiliter consequitur præmium, ut fuit dictum n. 236.

Ad 7. 8. 9. R. Fatendum quidem est, quod Deus intuitu illorum, quæ ibi adducuntur, sit alleviaturus talis hominis pœnas, & quibusdam etiam omnes sit condonatus, ut fecit B Gertrudi, qui scilicet tanto fervore charitatis satisfactiones suas Animabus transcripserint, vitamque talis innocentia traduxerint, sicut illa. Sed sine temeritatis nota nemo asserere audebit, quod medium infallibile omne Purgatorium evadendi sit, omnes totius vitae satisfactiones Animabus donare. Quod S. Theresiam concernit, incepit adducitur; cum illa non obtulerit pro Anima sua bona opera, in quantum satisfactoria, sed solum, in quantum imputatoria & meritoria de congruo: illa siquidem obtulit omnia sua bona spiritualia vitae præteritæ, seu quidquid boni egerat, valor autem satisfactorius, prout jam dictum fuit n. 338. non suspenditur ad aliud tempus. sed statim peracto onere, aut applicatur nonenti.

Ad 10. dico, eum, qui alias satisfactiones saltem sub conditione sibi applicavit, magis ob hucusque dicta esse de evadendo 284 Purgatorio securum.

Purgatorio securum.

Ad i. dico eum, qui aliquid sibi servavit sub conditione ex magna aliqua virtute v. g. humilitate, posse etiam omnibus ibidem recensit̄ bonis gaudere, ut fuit n. 269. ostensum.

§. IV.

Quomodo oratio, in quantum *impetratoria*, pro alio offerri possit.

285 **O**ratio, ut pote opus bonum, est *meritoria*, & *satisfactoria*, & hinc de ea sub utraque hac ratione idem esto judicium, ac de aliis operibus bonis. Pr̄ter hoc autem est insuper *impetratoria*, & sub hac ratione est etiam aliis communicabilis, potest namque homo & sibi, & aliis aliquid à Deo orando impetrare.

286 Duplex autem est oratio, ut observat S. Thomas in Suppl. q. 72. art. 3. c. *expressa*, scilicet & *interpretativa*, & utrāque ait Santos pro nobis orare: *Undō modō oratione expressā*, dum votis suis aures divinæ clementiae pro nobis pulsant. *Alio modō*, *quasi oratione interpretativā*, scilicet per eorum merita, quæ in conspectu ejus existentia, non solum eis cedunt ad gloriam, sed sunt etiam nobis suffragia, & orationes quedam, sicut etiam *sanguis Christi* pro nobis effusus dicitur veniam petere. Hoc idem dicendum est de justis militantibus in hoc mundo, quod nempe tam pro se, quam aliis orare possint oratione expressa per vota, & interpretativa per merita, & hac quidem orant continuò, & tamdiu, quamdiu eorum merita ante conspectum Dei existunt. Hinc universaliter omnia opera bona à quibusdam dicuntur *impetratoria*. Possunt insuper haec merita velut motiva expressè Divinæ misericordiaæ proponi, ut oratio fiat ad flectendum Deū efficacior, quemadmodū si miles exhiberet Regi vulnera, aut mater filio ubera, si aliter ab iis non possent extorquere petitum. Fructus orationis interpretativæ idem est, ac communicationis meritorum indirecta, de quo suprà n. 232. sermo proinde tantum erit de oratione expressa: de cuius fructu si loquamur, certum est per eam omnia impetrari posse tam pro persona propria, quam aliena, quæ aliquid possunt ad obtinendam salutem conferre. Hunc tamen effectum non esse infallibilem, quotidiana docet experientia, cum non omnia, quæ à Deo petimus, etiam ab illo consequamur. Oratio præterea prodest alteri secundum intentionem orantis, qui pro uno specialius orare potest, ac pro alio, & secundum dispositionem ejus, pro quo oratur.

287 Quæres tamen primò, cum per orationem omnia possint à Deo impetrari, an possit etiam aliquis alteri remissionem pœnae,

peccatis debitæ, impetrare per eam præcisè, ut est *impetratoria*, & non ut *satisfactoria*, seu si ille per eandem non intendat pro altero satisfacere, sed præcisè pœnæ remissionem deprecari?

Affirmant Cajetanus, Durandus, Præpositus, Cöink. Probatum 1. Beati, qui satisfacere non possunt, possunt tamen & vi-
vis, & defunctis orandō impetrare pœnæ remissionem. 2. Oratio-
nes, quæ pro defunctis sunt nomine Ecclesiæ, non sunt satisfac-
toriæ; nemo tamen dubitare audet, quin ea multūm ad libera-
tionem Animarum conducant. 3. S. Theresia liberavit Animam
pro ea offerendō bona opera vitæ anteactæ, præcisè ut meritoria
erant, & impetratoria, ut dictum fuit n. 283.

Negant tamen Gabriel, Suarez, Raynaudus, La Croix, & a-
lii, tum quod Divina justitia videatur exigere, ut omne delictum
puniatur; tum quia non esset pro honore satisfactionum Christi,
si Deus illas non respiceret, sed gratuitò hominibus pœnas condo-
naret; unde inferunt, quod, quandocunque Deus ab aliquo ex-
oratus (non autem semper similes preces audit) remittit alicui
pœnam, semper respiciat satisfactiones Christi, per quas censea-
tur præstata solutio pro tali pœna. Et licet per hoc soluta jam sine
objectione, ad primum tamen adhuc specialiter respondent, quod Bea-
ti precibüs suis juvare possint defunctos, vel directè impetrando
pro illis remissionem propter satisfactiones Christi, vel indirectè
procurando, ut viventes pro iis offerant suas satisfactiones: quod
tamen non pro omni anima agunt, alias enim jam dudum fuisset
Purgatorium extinctum.

Quæres 2. Si oratio pro pluribus offeratur, quomodo illis 288
proficit?

R. Oratio in hoc casu, inquantum *satisfactoria* minus prodest
singulis juxta dicta superius n. 241. An vero idem judicium de ea,
inquantum *impetratoria* fieri debeat, non conveniunt Doctores.
Affirmant quidam, negant alii cum Cajetano nostro *tomo 2. Opusc.*
tract. 3. c. 2. §. Et ad secundam partem, ubi ait: Impetratoria vis
fidei principaliter innititur ex parte nostri juxta illud Marci II.
Quidquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & sicut vobis: ex
parte vero Dei innititur suæ misericordiæ. Et quoniam nec fides
de uno petitio minuit fidem de alio obtinendo, nec liberalitas Di-
vina circa unum minuitur ex alterius largitione; ideo oratio, in-
quantum *impetratoria*, non minus, si pro pluribus, quam pro uno
fiat, valet, sed magis, quanto ex majori fiducia Divina largi-
tatis, & ampliore charitate procedit. Ita ille. Est igitur eadem
ratio

254 **Caput VIII.** De communicatione honorum operum
ratio de oratione, ac de meritis, quæ sine sui diminutione offerri
possunt pro pluribus, nec apparet aliqua disparitas, sicut enim me-
rita, ita & preces non appropriantur aliis, sed solum movent Di-
vinam bonitatem ad miserendum. Unde sequitur, quod oratio ob-
lata pro pluribus, tantum profit singulis, quantum profuisset uni
soli, si pro eo tantum oblata fuisset.

Hoc tamen intelligendum puto, si intentio orantis eadem
sit ad omnes, quæ fuisset ad unum, & eodem modō tam unum,
quam plures sumat vel confusè, vel distinctè; potest enim homo
pro uno vel pluribus orare vagè, & confusè, v. g. pro aliquo vel a-
liquibus sibi optimè affectis, quicunque demum illi sint, neminem
denominandò; item determinatè, & distinctè v. g. pro hoc vel il-
lis amicis denominatis. Si autem mutetur intentio, & acceptio,
etiam variatur orationis effectus. Certum enim est apud omnes te-
ste La Croix lib. 6. p. 2. n. 47. quod docet D. Thomas Quodl. 8. q.
5. art. 8. ad 1. & art. 9. in sed contra, quod nempe oratio plus va-
leat, si offeratur pro uno distinctè, quam confusè, & vagè: Non
est dicendum, inquit ultimò locò D. Thomas, quod frustretur pia
intentio eorum, qui pro suis charis specialia suffragia faciunt: fra-
straretur autem, si eis specialius non prodeissent: & 22. q. 83. art. 8.
c. ait. Necessitatis est, ut in communib[us] nostris orationibus, quas pro
aliis facimus, inimicos non excludamus. Quod autem pro eis speciali-
ter oremus, perfectionis est, non necessitatis, nisi in aliquo casu speciali,
scilicet extremæ necessitatis: majoris ergo momenti, & utilitatis
est orare pro aliquo in particulari, quam in communi. Si igitur
ratio persolvatur pro uno nominativi, & distinctivi, pro aliis ve-
rò solum generativi, & confusè, illi uni oratio magis erit impetra-
toria, quam aliis: non quidem ex eo, ut quidam arbitrantur,
quod oratio ob multiplicationem personarum unicuique decreve-
rit, sed ideo, quod, dum oratio fit pro uno distinctè, specialius il-
li ab orante eadem applicetur, quam aliis pluribus acceptis solum
confusè.

Dices tamen: oratio est causa finita, & effectus ejus seu fru-
ctus impetrationis pariter finitus; sed fructus finitus in plures di-
stributus minuitur: ergo.

R. Nego suppositum, quod unis numerò fructus unius ora-
tionis pluribus applicetur, sed quævis persona, pro quo fuit ora-
tum, acquirit suum proprium fructum, à fructibus aliarum distin-
ctum: oratio autem horum fructuum non est causa physica, sed
moralis, physica autem est Bonitas Divina infinita, quæ, magni-
devo-

devotione, & fide exorata, potest multis æquales gratias, tamque magnas conferre, quam uni soli, si pro eo solo preces fuissent fuisse, contulisset.

Quæres 3. Quid melius sit, an pro se, an pro alio orare?

289

Respondet S. Thomas Quodl. 8. q. 5. art. 8. c. Oratio in quantum impenetratoria cæteris paribus plus valet facta pro se, quam pro alio: quia efficacia orationis in impenetrando potest omittere suum effectum, quando pro alio sit, ex aliquo impedimento, quod invenitur in eo, pro quo oratur. Unde una de conditionibus orationis, quæ faciunt eam efficacem ad impenetrandum, est, ut aliquis pro se oret. Quantum autem ad secundum valorem (nempe meritorium) oratio magis valet, quæ ex majori charitate procedit, sive pro se, sive pro alio sit. Si autem de interiori charitate per exteriora opera beatum judicari, tunc ista comparatio potest dupliciter intelligi: uno modo, ut aliquis ita oret pro alio, quod etiam pro se ipso, & tunc majoris meriti est pro alio orare, & pro se ipso, quam pro se tantum. Majoris enim meriti est amicum, & benevolum, & beneficium esse sibi & aliis, quam sibi tantum. Alio modo potest intelligi, ut aliquis oret pro alio, & non pro se, & sic ostenderetur esse alteri benevolus magis, quam sibi, & ita peccaret in ordine charitatis, magis alium, quam se, diligens, & hoc modo intelligendo comparationem, melius est orare pro se, quam pro alio.

Demum, si quis intendit aliquid à Deo alteri impenetrare, format intentionem suam ad hunc finem orandi ante ipsam orationem; intentio enim finis omne prudens negotium præcedere debet; sed finitam oratione, ejusdem oblatio repeti potest, denuoque illi, pro quibus petitum fuit, poterunt Deo commendari. Oratio tamen, quæ meritoria de congruo, etiam postquam transierat, semper adhuc potest, sicut alia antiqua merita, velut causa aliqua movens, ad facilius impenetrandum, Deo præsentari.

§. V.

Quid magis consultum, an suffragia pro vivis, an mortuis offerre?

Suffragium, ut à Theologis accipitur, est auxilium quoddam, quod unus fidelis præbet alteri ad obtinendam à Deo remissionem pœnæ temporalis peccatis debitæ, vel aliquid hujusmodi. Basilius tomo 2. verbô suffragium suppl. n. 1. Auxilium hoc alteri ferri potest, quocunque opus bonum pro altero Deo offerendō.

Quæritur jam, quid melius sit, an pro vivis, an mortuis suffragia offerre?

156 *Caput VIII. De communicatione honorum operum*
Primō aspectu videtur, quod melius sit juvare suffragiis defunctorum quam vivos, quod probatur auctoritate simul & ratione S. Thomae: hic in Suppl. q. 71. art. 5. ad 3. ait: *Magis acceptatur suffragium pro mortuo, quam pro vivo, quia magis indiget, cum non possit sibi auxiliari, sicut vivus potest.*

Explicatur magis haec ratio, & confirmatur exempli decantrum quidem, sed à Scriptoribus passim male relatio. Duo erant in Ordine nostro sub initium valde devoti Sacerdotes: horum primus Ven. scilicet P. Bertrandus Garriga S. P. N. Dominicani socius pro conversione peccatorum celebrare consueverat, alter vero Benedictus contra pro defunctis SS. Mysteria peregit. Quapropter pia inter eos contentio exorta est, num melius sit pro peccatoribus, an pro defunctis orare? A peccatoribus stetit Bertrandus, cum Animæ de salute sua certæ sint, peccatores vero in periculo æternæ damnationis versentur; ab Animabus stetit alter ex ratione, quod illæ se ipsas juvare nequeant, bene vero peccatores, sicut è duobus egenis, stipem rogantibus, quorum unus integris esset membris, & sensibus, invalidus alter, & miserior, huic præaltero eleemosyna esset utique eroganda. Cum autem à sua persuasione dimoveri non posset Bertrandus, conspicabilem habuit nocte quâdam defuncticujusdam animam vultu, totâque specie formidabilem, quæ feretro, quod manibus gerebat, decies in ipsum irruens, mortemque intentans, ipsum ita à sua sententia absolvevit, ac correxit, ut deinceps jugiter multa cum pietate, & lachrymis pro mortuis celebrarit.

R. I. Licet secundum se melius, & perfectius suffragia fiant pro mortuis, quam vivis, hoc tamen non obstante tenemur orare pro utrisque: hinc ex ordinatione Christi in petitione quinta Orationis Dominicæ dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*, non vero, *Dimitte mihi delicta mea*: & ne diutius rei per se notæ imoremur, Ecclesia Catholica quotidie tam pro refrigerio Animarum, quam salute peccatorum intercedit. Unde velle tantum orare pro defunctis, exclusis vivis, aut vice versa pro vivis tantum, exclusis defunctis, non perfecti, sed imperfecti Christiani est. Si enim ex eo capite, quod Animæ misiores sint vivis, pro eis solum orandum esset, tunc nec pro quavis earum, sed solum pro miserrima foret orandum. Sicut ergo, et si facilius & citius fleti debeamus ad dannam eleemosynam misiori, non possumus præterire pauperes non ita miseros, cum isti æquè bene, ac alteri repræsentent Christum, ita citius, & magis succurrere debemus mortuis, quam vi-

vis, et si etiam vivi totaliter non sint excludendi. Quod in ea sententia, quam supra n. 288. probavimus, quod scilicet eadem oratio pro pluribus fundi possit, quin fructus orationis cuiquam ex hoc de crescat, nullam patitur difficultatem.

R. 2. Idem sentiendum est de suffragiis, quæ fiunt per applicationem satisfactionum, quod scilicet bonum sit & meritorium omnes satisfactiones, secundum discretionem tamen suprà explicatam, offerre pro defunctis. Potest tamen contingere, quod æquè bene, imò longè melius sit aut omnes, aut saltē aliquas transcribere vivis, licet per hoc defunctis suffragiorum aliquid subtrahatur, cùm, ut suprà dictum fuit, satisfactiones pluribus applicatae cum sui diminutione in singulos dividantur. Hinc Munfordus, quāmvis in toto suo tractatu, suprà citatō, contendat, summi esse meriti omnes planè satisfactiones, nullā sibi retentā, offerre pro defunctis; capite tamen 15. n. 1. fol. mibi 257. excipit eam satisfactionum partem, quam homo subinde applicare tenetur ad alias fines, sive ad hoc teneatur ex rigore justitiae, sive ex fidelitate, pietate obedientia, charitate. Sed & in hoc casu majores aut necessariae possunt donari defunctis, minores v. g. superabundantes vivis.

Ad majorem tamen claritatem probatur exemplis Sanctorū, & ne longius abeamus, tale exemplum nobis exhibent duo illi suprà laudati Monachi, qui, ut alios desperationis barathrō eximenter, ultrò eorum peccata in se luenda suscepérunt.

Item secundum inferiū n. 329. dicenda possunt Superiores Regulares satisfactiones suorum subditorum applicare vivo v. g. insigni benefactori Ordinis, quod Superior ex virtute grati animi, inferior vero obedientiae faciet.

Clare cit j̄m, quomodo verba & ratio D. Thomæ sint intelligenda. Ad historiam dico, P. Bertrandum non fuisse per apparentem Animam propterea correptum, quod ante pro conversione peccatorum sacrificare in usu haberit, sed quod raro Sacrificium incruentum obtulerit pro defunctis, unde & corredus, licet jūgiter celebraverit pro defunctis, non tamen omnino peccatores vivos neglexit.

§. VI.

De Suffragiis mortuorum.

DE his quæres 1. Dum suffragia offeruntur pro Anima determinata, an eadem etiam omnibus reliquis Animabus prosint?

R. Olim dabantur Doctores quidam, quos fecutus est non nullus

158 *Caput VIII. De communicatione bonorum operum*
nullus Recentior, qui affirmabant, suffragia pro una Anima obla-
ta, omnibus quoque reliquis prodesse, & illis quidem magis, qui
majori in Deum charitate ardent; & ita comparant suffragia can-
delæ ardenti, quæ licet sit pro uno tantum accensa; omnibus ta-
men reliquis lucet, & iis quidem magis, qui clariorib[us] oculis pol-
lent. Sanctus Thomas tamen in Suppl. q. 71. art. 12. docet suffra-
gia, pro una tantum facta, causare quidem in omnibus aliquod
gaudium, cum existant in charitate, quæ omnia aliquod modò facit
communia, & secundum hoc, ait, suffragia rectè assimilari cande-
læ: p[ro]enam tamen illi soli hæc suffragia diminuunt, pro cuius le-
vamine fiunt, & secundum hunc effectum, ait S. Doctor, non de-
bent assimilari lumini, sed solutioni debiti: dum autem dissolvi-
tur debitum unius, non dissolvuntur debita reliquorum. Hinc Ec-
clesia rectè pro aliquibus specialiter orationes instituit, quibus eti-
am solis tota satisfactio applicatur.

293 Supposito h[oc] Munfordus cap. 9. n. 6. cum gravissimi Docto-
ribus suadet, ut, dum preces, & alia suffragia pro uno determina-
to fiunt, addatur intentioni hæc, vel similis clausula: *Volo autem,*
ut, si hæc Anima his suffragiis non indigeat, aut de iis aliquid superfluit,
id omne cedat in bonum Animæ alterius talis N. aut quam à me juvari
debere Deus novit, & desiderat. Ne forte hæc suffragia nemini ex
defunctis profint: valde enim incerta est sententia volentium,
quod, si contingat Animam suffragiis pro se oblatis non egere, ea
juxta interpretativam voluntatem orantis applicentur alteri de-
functo. Dum autem suffragia offeruntur pro pluribus, non vide-
tur dicta clausula esse necessaria, cum præsumendum sit, ea sal-
tem uni ex illis profutura.

294 Quæres 2. Quid melius sit, an suffragia offerre pro aliquibus
tantum, an pro omnibus simul?

R. Optimum est, si primò offerantur suffragia in particula-
ri pro iis, quibus ad opitulandum aliquod modò obligati sumus,
deinde verò etiam pro reliquis omnibus simul, ne aliqua Anima
inconsolata relinquatur. Hinc oportet, ut filii pro genitoribus in
specie intercedant, sicut & Sodales pro iis, quos compererint obi-
sse, ut dictum est n. 215. In Anniversariis tamen melius esse re-
puto, suffragia offerre pro omnibus simul, pro quibus illa Anni-
versaria instituuntur; fiunt etenim illa in eum finem, ut pro iis
quoque preces fundantur, pro quibus per annum speciatim nul-
lae preces persolvebantur, quāvis etiam in talibus diebus pro de-
terminatis fieri possint suffragia, sicut de Die Animarum fuit à
S.

S. Congregatione 4. Augusti 1663. declaratum, quod nempe eo die Missa applicari possit tum in genere pro omnibus, tum in specie pro aliquibus defunctis, ut refert La Croix lib. 5. p. 2. n. 515.

Quæres 3. An validè omnia suffragia, quæ post mortem meam pro me ab aliis persolventur, possim vivus relinquare Animabus, & sic eas bonorum istorum ex asse hæredes scribere?

R. Hoc multis affirmat, & suadet Jacobus Munfordus citato tractatu de Misericordia Fidelibus defunctis exhibenda cap. 15. & 16. sed rectius negat Raynaudus, & cum eo la Croix lib. 6. p. 2. n. 1334. nam applicatio suffragiorum solum dependet à voluntate operantis, nec est in potestate illius, pro quo illa offeruntur: ille verò, qui pro me mortuo oblaturus est illa suffragia, non offeret ea ad hanc meam intentionem, sed solum, ut mihi, & non aliis, profint.

Quæres 4. an suffragia, in statu peccati mortalis peracta, profitant defunctis?

Ad hoc jam fuit superius n. 210. ex. D. Thoma responsum indirectè, dictumque fuit, Sacrificium Missæ prodesse defunctis, quod peccator pro illis offerri curat, sicut & alias orationes dictas in nomine Ecclesiæ ab ejus Ministro, peccatis inquinatō; orationes verò, quæ imminutè ab ipso peccatore profunduntur, defunctis nihil levaminis generare.

Hoc ab ipsis defunctis saepius fuit affirmatum: de uno refertur in Specul. M. Exempl. Joan. Maj. verbo *Defuncti exempli 20.* Defunctus hic, cùm pro se orationes fieri petiisset, & interrogaretur, an vellet ab unō denominato Sacerdote pro se orari, nihil respondens, caput more renuentis concussit: cùm verò propositus esset devotus Eremita, protinus, utinam, inquit, ille pro me oraret! Reperitur quoque in antiqua dispositione prædicti speculi Exempl. quod etiam narrat Paulus de Barry in *Anno sancto ad 7. Novemb. n. 2.* quod præterlapsis non minus, quam triginta duobus annis ē Purgatorio versus ad filium Pater, petierit se ipsius precibus adjuvari; cùm verò filius per tanti temporis decursum se jam pro ipso preces fuditisse affirmasset, audire à Patre debuit, preces has sibi nihil profuisse, quod ipsas in statu peccati mortalis persolverit. Hoc exemplum, licet P. Joannes Major S. J. notet in indece verbō *Defuncti n. 24.* intra ipsa tamen exempla non reperitur.

Loquendō verò de suffragiis in specie, certissimum est omnia bona opera, nempe jejunium, sub quo comprehenduntur omnia opera ardua, & penitentia, ac voluntaria afflictionū tolerantia, oratio-

160 Caput VIII. De communicatione bonorum operum
tionem & eleemosynam posse applicari defunctis; maximo tamen
ipsis emolumento esse SS. Missæ Sacrificium fatentur Catholici
omnes.

298 De sacra Communione, seu SS. Eucharistiae sumptione qua-
ri potest, an illam aliquis sumere possit pro defunctis, seu fructum
hujus sumptionis in illos transferre?

Videtur hoc negare S. Thomas, qui in cap. 6. *Ioan. lect. 6.* in
fine ait: *Non tamen, si laicus sumat hoc Sacramentum, prodest aliis,*
quaniū ex opere operato, inquantum consideratur ut percepio, quam-
vis ex intentione operantis, & percipientis possit communicari omnibus,
ad quos dirigit suam intentionem. Ex quo patet, quod laici sumentes
Eucharistiam probis, qui sunt in Purgatorio, errant. Adferri potest
& ratio: sumitur enim per modum cibi; cibus autem sumentem,
non cæteros nutrit, & juvat.

Dico tamen, quod pia & laudabilis fit consuetudo pro mortu-
is comunicandi, & teste nostrō Contensonio apud Franciscum Vi-
dal tract. de Bulla Cruciatæ exam. 3. n. 8. oppositam sententiam &
opusculum 6. tom. 6. Theophyli Raynaudi, in quo communio-
nem pro mortuis, tanquam errorem populi refellit, S. Congregatio
authoritate Apostolicā damnavit. Ad quod deservit, quod P. Se-
renus Schatter refert concione 2. in Comun. Gen. quod nempe in
civitate quadam, nocte diem Dominicum (in quo in Ecclesia Pa-
trum S. J. Communio Generalis erat) præcedente, Anima quædam
Purgans in thalamo duorum piorum Conjugatorum suspirans lu-
gubris sonō hæc verba protulerit: *Date & mibi micam, de crastina*
seilicet cælesti mensa, ad quam, vos rogo, pro me accedatis.

Ad oppositam autoritatem & rationem dico, S. Thomam
aliquid non velle, quām quod Sacramentum directè non prodit de-
functis, sed tantum sumentibus, velut cibus; non tamen eum ne-
gare, quod non possit indirectè etiam ex opere operato illis prodes-
se, hoc enim docet in *Suppl. q. 71. art. 9. ad 3.* ubi ait: *Eucharistia*
est signum Ecclesiastice unionis, & ideo ex ipso opere operato ejus effica-
cia in alterum transfire potest. Hoc ut melius intelligatur, adver-
tendum, quod ex sumptione SS. Eucharistiae, & actibus virtutum
concomitantibus diversos fructus homo percipiat: fructus prin-
cipalis est gratia nutritiva; & hic remanet soli communicanti, sicut
& remissio venialium, & præmium essentiale repositum in Cœlis;
secundarius effectus est remissio peñarum, *Quam*, ut ait S. Thomas
ibidem q. 79. art. 5. in ea per quandam concomitantiam ad principa-
lem effectum homo consequitur directè, tum ratione ipsius Sacramenti,

tum ratione actuum virtutum tunc temporis exercitorum. Nihil autem reperi, quare non possit hæc remissio pœnæ tum à Sacramento, tum ab actibus virtutum causata, transcribi defundis: & sic indirectè ipsis proderit hujus Sacramenti devota susceptio.

Præter expositos modos juvari etiam defuncti possunt applicatione Indulgentiarum. De his tamen hic loci aliud dicendum non est, quam quod omnes applicabiles per modum suffragii, meritorie possint iisdem fine ullo metu neglectus sui applicari, cum alia multæ Indulgentiae suppetant, quæ iis non sunt applicabiles. Sed in solo recipiente suum effectum, pœnam remittendō, exercent, Reliqua dicentur cap. 10. §. 6.

Quæres demum, an suffragia mortuos infallibiliter juvent? 300

Non desunt Authores, qui affirmant, sed negantem sententiam ambabūs ulnis amplector, & est S. Augustini, qui in lib. de Cura pro mort. ita scribit: *Neque negandū est, defunctorū animas pietate suorū viventium relevari, cūm pro illis Sacrificiū Mediatoris offertur, vel eleemosynæ in Ecclesia sint.* Sed e's hæc prosunt, qui, cūm viverent, hæc sibi, ut postea possent prodefesse, meruerunt: ergo illis non prosunt, qui in vita non meruerunt, ut sibi hæc prodefessent post mortem. Favet huic sententiæ Doctor Angelicus in Suppl. q. 71. art. 2. ad 1. ubi hoc videtur colligere ex Apostolo 2. Corinth. 5. v. 10. *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum, ubi verba illa, prout gessit, idem videntur indicare.*

Ratio etiam est, quia Deus tanquam supremus Judex non tenetur, nec promisit se acceptaturū solutionem debiti ab alio oblatam. Solet præterea justissimus orbis Judex eos, qui damnum proximo intulerant, tamdiu permittere in Purgatori flammis cruciati, donec damnum resarciantur, prout millena probant exempla. Confirmat idem communis fidelium persuasio, qui pro eadem Animæ plura permittunt sacra, etiam ad Altaria Privilegiata, offerri, & eidem pluries donant Indulgentiam plenariam. Imò ipsi defuncti sapissimè plura sibi Sacra expetiērunt, prout in ferè infinitis historiis est reperire. Vel ob hoc unicum sententia contraria rejicienda esset, quod præbeat occasionem tepidioribus Christianis suffragia tam pro sua anima, quam aliorum minuendi. Contigit siquidem, ut audivi, non ita pridem, quod peculiaris notæ, & fortunæ miles, cum sibi moriendum erat, non nisi unicum Missæ Sacrificium, & quidem communis stipendiō sacerdoti persolutō, pro se defuncto debere dici voluerit, afferens se per illud omni pœnā solvendum,

162 *Caput VIII. De communicatione bonorum operum vendum, cùm sit valoris, & virtutis infinitæ, & infallibilis effectus, præsertim si ad Altare Privilegiatum dicatur. Sed insipiens ignoravit, Sacrificium Missæ operari secundum dispositionem & dignitatem ejus, pro quo offertur, nec proinde infallibiliter omnē pœnæ remissionem procurare. Sed et si omnino per unicum Sacrum liberatus fuisset; si tamen nihilominus plura legenda constituisset, plures è Purgatorio Animas liberâsset, suāmque gloriam, ut fundatores Missarum perpetuarum, auxisset.*

301 Denique ut illa opinio plenè confutetur, veritas nostra est cœlitùs revelata. Narrat siquidem Dourolt. c. 8. tit. 20. exempl. 7. & ex eo P. Thobias Lohner tom. 3. tit. 96. *Misericordia erga defunctorum* §. 6. n. 52. Religiosum quendam ex Ordine Minorum S. Francisci, cui apparuerat, dixisse, quod pœnas in Purgatorio gravissimas sustinuerit, & quod nihil sibi preces, & sacrificia, etiam profide & recte persoluta, profuerint, eō quod Deus Animabus aliis ea applicuerit in pœnam, quod vivens valde fuerit negligens in orando pro defunctis.

Caveant ergo sibi, qui in hac vita pro peccatis suis satisfacere negligunt, ne Deus post mortem suffragia aliorum, pro ipsis oblatæ, non acceptet, & ipsi soli satis pati cogantur. IIi præsertim sibi metuant, qui defunctorum nunquam recordari dignantur, nec ipsis precibüs suis, aut Indulgentiarum applicatione adjuvant; scriptum est enim Matth. 7. 1. *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*, & iterum Iacobi 2. v. 13. *Judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam*. Unde talibus etiam posset evenire, ut vicissim post mortem ipsis nullus vivorum succurrat, aut suffragia Deus pro ipsis non acceptet, sed pro aliis melioribus, qui majorem erga defunctos misericordiam habebant.

§. VII.

De Communione Sanctorum.

302 *A*ctis jam hisce fundamentis non erit captu difficilis *Communio Sanctorum*, quæ non immeritò universalis, & fundamentalis Communicatio bonorum Ecclesiæ inter fideles nuncupatur. In illo etenim Symboli Apostolici articulo 9. declaratur, omnia Ecclesiæ Catholicae bona esse omnibus fidelibus communia, & proficia, Sicut, inquit S. Thomas Opusc. 6. § 13. *in corpore materiali operationis unius membra cedit in bonum totius corporis, ita in corpore spirituali, scilicet Ecclesia*. Et quia omnes fideles sunt unum corpus, bonum unius alteri communicatur Rom. 12. *Singuli autem alter alterius membrum*.

In alia per pulchra similitudine proponit hanc Communionem celebris ille Ecclesiastes Gallicanus Joannes le Jeune tom. 5. conc. 7. lit. H. Ita, inquit, res se habet in Ecclesia Catholica, quemadmodum in domo, in qua toti familiæ communis habitatio, tota ex communibus bonis vivit, ita ut & infans in cunis jam iis gaudeat, quæ adultus ejus frater negotiandô lucratur. Et hæc comunio etiam se extendit ad Purgantes Animas, cùm vivis sint charitate conjunctæ. Videatur Jacob. Marchant. Hort. Past. tr. 4. lect. 11. Verum cùm diversa sint bonorum genera, illa quoque diversimodè participantur. Inter reliqua sunt Sacra menta, merita Christi, & Sanctorum, sicut & orationes, opera satisfactoria tam à vivis elicita, quam in thesauro Ecclesiæ reposita. Sacra menta, excepto SS. Missæ Sacrificiō, nullum actu fructum fidelibus afferunt, nisi recepta: sunt tamen ante receptionem nihilominus, sed instantiū communia, inquantum sunt pro omnibus instituta, & præparata; Sacrificium tamen Missæ, cùm omni horâ per diversas orbis plagas pro tota Ecclesia offeratur, etiam omni horâ toti Ecclesiæ prodest, sed præsertim iis, qui sunt in gratia Dei constituti. Merita Christi, & Sanctorum sunt pariter diversimodè communia; sunt comunia, inquantum toti Ecclesiæ cedunt ad laudem & gloriam; sunt communia, inquantum præbent occasionē, & materiam spiritualiter letandi: docet siquidem tract. 32. in Joan. D. Augustinus, quod, si quis concipiat gaudium de collata à Deo alteri gratia v. g. dono virginitatis, nec invideat, hanc gratiam & donum quodammodo faciat suum, & hoc ideo, cùm ipse in altero, non quidem per essentiā, sed per charitatem sit: ait enim: *V*aria sunt in Ecclesia dona spiritus Sancti, nec omnes omnia habere possumus. Si amas unitatem, nibil non habes, nam etiam tibi habet, quisquis in illa aliquid habet. Tolle invidiam, & tuum est, quod habeo; tollam invidiam, & meum est, quod habes, livor separat, charitas jungit. Sunt & communia & utilia merita & orationes, cùm continuo pro tota Ecclesia Æterno Patri præsententur, intuitu quorum ipse & parcit impiis, & favet justis. Satisfactiones tamen actu non participantur, nisi actu applicentur vel à persona, cuius sunt, vel ab Ecclesia ex thesauro per Indulgenciarū concessionem: nam, ut argumentatur Paludanus, & Sylvester *Summae parte 2. verbō Participatio*, si sine speciali applicatione, & solū ratione solius charitatis particeps illarum aliquis esse posset, tunc, quicunque esset in charitate in hoc vel alio mundo, statim immunis redderetur omni pena, cùm satisfactiones tum intra, tum extra thesaurem Ecclesiæ prope innumeræ sunt,

164 *Caput VIII. De communicatione bonorum operum*
Sunt, inter quas primum locum obtinent satisfactiones Christi, quae
sunt valoris infiniti. Plenius hæc Communio perspici potest in op-
posita sibi Excommunicatione; quibus enim bonis ista privat, al-
tera abundat.

§. VIII.

De communicatione bonorum operum, quæ est inter Sodales Rosarianos.

303 Præter hanc generalem, & fundamentalem sunt adhuc aliæ
communiones speciales, è quibus confœderatis plus emolu-
menti, quæm ex illa generali promanat. Tres speciales sunt in
Confraternitate Rosariana, ut dictum initio hujus capituli fuit, ex
his primi loco eam, quæ inter Sodales habetur, explicabimus.

Sodales vivi ex ipsius B. Virginis constitutione tenentur invi-
cem communicare non tantum SS. Rosarii preces, sed omnia eti-
am opera bona, ut docent Authores Rosariani omnes, & ex ver-
bis Virginis Intemeratae est manifestum; *Caput hujus Confrater-
nitatis est, inquiebat S. Legislatrix, ut omnium merita suaque sint,
ac omnibus communia.*

Hic aperitur difficultas non levis, secundum quam rationem
hæc bona spiritualia sint inter Sodales communia? An inquantum
imperatoria, & meritoria de congruo tantum, an etiam simul in-
quantum *satisfactoria?* Sed antequam hoc definiatur, determi-
nandum venit, an liceret Sodalibus invicem suas satisfactiones
communicare?

304 Dico igitur primò. Quivis Sodaliū potest licetē suā libera-
sponte, et si nulla daretur lex, satisfactiones suas vel necessarias,
vel superabundantes reliquis omnibus Sodalibus simul, vel uni de-
terminato applicare. Veritas hujus patet ex dictis §. 2. 3. & 5. Ve-
runtamen in hoc casu vix ab aliquo reciprocè ipse aliqua satisfactio
applicaretur. Dico II. Potuisset quoque statui, ut quivis Sodaliū,
(relictis ad dispositionem propriam satisfactionib⁹ necessariis)
teneretur solas superfluas transcribere reliquis vivis. III.
Item potuisset ordinari, ut Sodales applicent defundis necessari-
as, reliquis vero Confratribus vivis superabundantes. IV. Imò po-
tuisset poni statutum, ut quivis omnes satisfactiones tam necessa-
rias, quæm superabundantes solis vivis debeat applicare. In his e-
nam ordinationibus nihil fuisse mali repertum, ut ex locis mox
citatis patet.

305 Dices tamen contra 3. & 4. conclusionem primò. Tales ordi-
nationes

nationes impingerent in leges ordinatæ charitatis, quæ incipit à propria persona; nam eæ privarent hominem omnibus satisfactiōnibus, & sic saltem magnis peccatoribus non essent imponendas secundum dicta §. 3. n. 172.

R. Tales ordinationes acceptari possunt etiam à maximis peccatoribus; licet enim per easdem denudentur propriis satisfactionibus; participarent tamen multò majorem satisfactionum cumulum à reliquis Confratribus, qui omnes reciprocè satisfactiones suas peccatoribus istis transcriberent.

Dices 2. Tales ordinationes videntur nugatoriæ, si enim aliquis 306 Sodalium è luridiorum numero, cui vix aliquæ satisfactiones superfunt, & necessariæ sunt modicæ, & paucæ, has applicaret innumeris reliquis Sodalibus, vix aliquid de his ad unumquemque pertingeret, nam secundum superius n. 241. dicta, satisfactiones pluribus applicatae diminuuntur.

R. Cùm in Sodalitate Rosariana innumeri reperiantur, qui satisfactionibus superabundant, ut multi viri Religiosi, juvenes innocentes &c. indigens his, & dispositus Sodalis magnam satisfactionum vim adipisceretur, nam multa grana etiam magnum cumulum constituunt.

Cardo ergo totius difficultatis vertitur in hoc, an detur in 307 Confraternitate lex, quâ teneretur quilibet Sodalium aliquas satisfactiones aliis vivis Confratribus communicare?

Videtur quodd sic: statuit siquidē B. Virgo, ut, qui leges Sodalitatis non servaverint, pro sola parte omissionis careant parte satisfactorie communicationis: ergo, qui eas exequitur, gaudet communicatione satisfactoriæ meritorum; satisfactoria autem communicatio aliud non videtur esse, quam communicatio satisfactionum.

Item Author Confraternitatis S. Dominicus quovis die se flagrō pro peccatoribus petiit, quô factō videtur eos hac satisfactione participes fecisse.

Dico tamen. In Confraternitate Rosariana nulla est obligatio 308 communicandi vivis Confratribus sive necessarias, sive superabundantes satisfactiones. Probo I. Obligationes, utpote res odiosa, sunt restringendæ, & leges obligatoriaz stricte interpretandæ: ergo pariter lex de bonis spiritualibus invicem communicandis: forte etiam tale statutum nonnullos ab ingressu Sodalitatis deterret, qui aut privatè devotione, aut aliâ obligatione vellent suas satisfactiones personis aliis v. g. Animabus Purgantibus transcribere. II. Inter Sodales non est adstruenda major bonorum spiritualium

tualium communio, quām inter religiosos in aliquo Ordine; sed in Religionibus non est obligatio communicandi invicem satisfactio-nes ergo. III. Prælati Regulares, ut dicetur n. 329. possunt satisfactio-nes tam necessarias, quām superabundantes suorum subditorum applicare benefactori: ponamus autem, quod subditi sint membra Sodalitatis, non verò benefactor, quodque subditi exi-stente ista lege communicâsent satisfactio-nes suas cæteris Con-fratribus Rosarianis, Prælatus jam (præsertim Ordinis nostri) eas non posset amplius communicare alteri benefactori, quod est absurdum. IV. Si daretur ista lex in Sodalitate, tunc etiam Ordo noster deberet suas satisfactio-nes inter Sodales distribuere, sed eas nō distribuit: ergo, min. prob. Ordo noster eas non applicat ordinariè suis benefactoribus etiam insignioribus; sed non videtur rationi consentaneum, ut plura bona applicentur Sodali simplici, quām insigni benefactori: ergo. V. Secundum S. Thomam non est permittendum, ut aliquis pœnitentiam agat pro alio id sciente, nisi ipse sit impotens ad eam implendam; sed in Confraternitate Rasariana iñumeri sunt, qui possunt pro delictis suis agere pœni-tentiam: ergo non est permittendum, ut pro ipsis, legem hanc scientibus, alii satisfaciant.

309 Ad 1. dicendum est, quod per communicationem satisfactori-am intellexerit B. V. communicati onem operū satisfactoriorum, sed non inquantūm satisfactoria. Ad 2. dictum fuit superius n. 247. quod offerendō opus satisfactorium pro alio vivo, eō ipso non offeratur satisfactio: sed nec ejus applicatio peccatori, in peccato mortali existenti, quicquam prodesset.

310 Quare dicendum est, quod communicatio bonorum in Soda-litate consistat in communicatione orationum, & omnium bono-rum operum, in quantum sunt meritoria de congruo, & impetrato-ria: debent ergo pro invicem non tantūm recitationem Rosarii, sed etiam quascunque alias preces, & præterea omnia opera bona Deo offerre.

Hæc tamen communicatio solum est inter vivos Sodales, & non se extendit ad mortuos: certa enim obligatio non est consti-tuenda in re dubia, & incerta; obligatio autem communicandi bona spiritualia in Sodalitate est certa, incertum verò, an opera bona, & preces, ut impetratoriaz, aliquid profint defunctis, ut suprà n. 287. fuit observatum: quod autem satisfactio-nes suas non teneantur transcribere Sodalibus mortuis, etiam satis ex rationi-bus mox suprà n. 308. positis convincitur. Quare Confratres Ro-sariani

sariani ex lege communicationis tenentur sua bona spiritualia communicare vivis; ex aliis tamen legibus tenentur etiam succurrere defunctis, & in specie quidem jubentur tantum pro iis orare ex lege 11. n. 215. nihil tamen vetat, quod minus etiam iis aliis suffragiis, ut jejunio, & eleemosynâ, aut applicatione Indulgientiarum, quæ in eum finem à Sede Apostolica factæ sunt iis applicabiles, operam ferant, si velint: quo in casu orationes vivis proderunt, in quantum impetratoriae, in quantum vero satisfactorie defunctis.

Sufficit autem in ingressu Societatis pro aliis orandi, & meritata offerendi habere voluntatem, quæ interpretative, & virtuiter adesse censetur, si quis gnarus, Societati eam obligationem annexam esse, eam nihilominus ingrediatur: ast, si quis eam obligationem ignoret, & non habeat intentionem generalem suscipiendo in se omnes obligationes ejusdem, non ausim dicere, talem dictam intentionem virtualem & tacitam habere. Ut ergo omne periculum propulseatur, talis obligatio aut privatim ingressuris Sodalitatem, aut ad minus publicè è cathedra exponenda est universis. Nec afficit, quod multi, in quo genuinè hæc communicatio consistat, non capiant; sufficit enim illa intentio generalis, quæ velint secundum leges Societatis orare pro aliis, suaque merita cæteris transcribere.

Aatus oblationis meritorum potest hoc ferè modò formari:

O Deus meus! qui charitate, quæ homo proximum suum in hac lacrimarum vale adjuvat, delectaris, ad quam legibus Confraternitatis SS. Rosarii, cuius membrum indignus sum, specialiter obligor: binc omnes orationes meas, & quidquid unquam boni per totam vitam egero, cum meritis, & precibus Christi Domini, B. Mariae Virginis, S. Patris Dominici, omniumque Sanctorum conjungo, idque totum in laudem, & gloriam Divinæ tue Majestatis, honorem quoque B. Mariæ Virginis, S. Patris Dominici, & omnium Sanctorum offero, ut, O Deus! non ita intuitu mearum precum, & bonorum operum, quam operum, & precum Christi, totiusque Cœlestis Curie, miserearis mei, & omnium Confratrum, & Confororum SS. Rosarii, sed præprimis Ordinis Prædicatorum, qui non modò Societatem SS. Rosarii, tantis cum gratiis, & Indulgentiis nobis communicat, sed insuper ad participationem omnium spiritualium bonorum nos suscipit. Miserere igitur bonorum omnium, peccatores ad te converte, in justis gratiam adauge, quod cuique in particulari ad salutem animæ, & corporis necessarium est, clementer largire, nosque aliquando omnes ad tui visionem in cœlum assu-

168 *Caput VIII. De communicatione bonorum operum
assume. Quemadmodum autem ego hæc mea bona opera tibi pro aliis
offerò, iisque, ut aliquid profint, desidero; ita quoque demissimè
rogo, fac me, O Deus! vicissim aliorum orationum, & bonorum operum
participem, illa reciprocè pro me oblatas suscipe, & intuitu illorum mi-
hi omne illud tribue, quod ad animæ corporisque salutem pertinet, li-
cet ipsum, si merita propria spectentur, indignus sim, ut accipiam.*

313 Ad percipiendum hujus communicationis fructum modò per-
fectò requiruntur tria: I. Ut aliquis sit ad Sodalitatē receptus,
etsi non sit Albo inscriptus, ut probabiliter sustinet Fossæus lib. I.
de Rosario disc. 7. cap. 2. n. 1. ubi planè vult sufficere, si quis solò
verbō hanc petierit Fraternitatem, quod tamen non approbo, ni-
si aliqua sequatur ejusdem in Sodalem receptio, merita etenim So-
dalitatis communia sunt Sodalibus, non aliis. Dum igitur aliquis
ad Sodalitatem recipitur, hic eo ipsò se obligat ad ejusdem regu-
las servandas, & consequenter ex vi regulæ 4. n. 196. communicat
reliquis Sodalibus sua merita: cùm autem hæc communicatio sit
mutua, sequitur quod etiam alii reciprocè ipsi sua communicent.
II. Ut receptus ad Sodalitatem velit sua bona spiritualia aliis Con-
fratribus esse communia, quod sequitur ex mox dictis, cùm hæc
communicatio meritorum debeat esse reciproca. III. Ut idem om-
ni hebdomadā integrum Psalterium Marianum oret, si potest, ut
mox probabitur.

314 Quæres 1. Quod damnum incurrit Sodalis, dum dictum Psal-
terium intermitit?

R. Si ceteroquin reliqua opera bona communicat aliis, tunc
nullum fructum habet ex recitatione Rosarii aliorum; reliqua
tamen aliorum merita ipsi applicantur, & fructificant. Ita B. Vir-
go. *Decreta bæc, seu cæremonie* (id est regulæ Sodalitatis) *minus*
observatae (inquietab illa Alano) *nullam penitus culpam importa-
bunt, sed privationis pœnam, quæ pro sola parte omissionis careant par-
te satisfactorie communicationis, idque in solo precum penso, stante
interim cæterorum meritorum communitatis participatione. Imò ex eo,*
quod pro parte omissionis subtrahatur illi pars communicationis,
erui potest, quod universaliter observationem illius regulæ nemo
*participet cum aliis, quam solus non observat: sic ut qui non reci-
tat Rosarium, nihil habeat de Rosariis aliorum; qui non venit*
ad Processionem, ipsi nihil proficit devotio ad illam venientiū &c.
Hoc tamen de aliis bonis operibus dici nequit, quia alijs, quidquid
unus boni peragit, deberet hoc ipsum peragere & alter. Hinc quò
plures regulas, & quanto melius aliquis eas servaverit, plus ex illa
commu-

communicatione fructus habebit, prout è converso secundum negligentiam in iis observandis etiam fructus communicationis subtrahetur. Imò non errabo, si dixero, quod etiam ei, qui nullam regulam Confraternitatis, et si posset, observat; reliqua tamen bona opera cùm aliis communicat, adhuc reciprocè ab aliis saltem aliqua bona, præter illa, quæ sunt Sodalitati propria, comunicentur; hoc enim honestas, & grati animi leges in aliis petunt.

Quæres 2. an ad participanda modò perfectò aliorum merita 315 non sit aliquod remedium pro iis, qui nec omni hebdomadā integrum persolvere Psalterium, nec alia statuta possunt servare?

R. Si Rosarium non possit, etiam sine culpa dici nec per se, nec per alium, nec coniunctim, nec divisim, sequens remedium suppeditavit Alexander VI. in Brevi: *Illi⁹, qui perfecta charitas est anno 1495. dicens: Volumus autem, & autoritate Apostolicā ordinamus dictis Confratribus, & Consororibus conscriptis, Orationem, & Salutationem prædiclas dicentibus, aliquod aliud privilegium vivis pariter, & defunctis in perpetuum duraturum per Nos concessum, videlicet, quod, si dicti Confratres istam Confraternitatem prædiclam obseruare non valeant, annuatim dicant, aut dici faciant unam Missam, ut tandem participant, & communicent ad invicem in bonis spirituualibus ab eisdem Confratribus, & Consororibus dicturis, & facturis, (dicendis, & faciendis) similiter & in Nostris, toriisque Militan⁹ Ecclesiæ, in quibus volumus eos fieri particeps. Enī plane totius Ecclesiæ meritorum fiunt particeps, qui statuta Sodalitatis servant, si possunt, aut Missam dici curant, sed Sodalitati inscripti, nam Pontifex hoc privilegium conscriptis concedit.* Qui tamen revera nec dicere possunt Rosarium, aut alia statuta servare, nec permettere dici Missam, piè credendum est, quod dicta merita ipsi applicentur perfectè, præsertim infirmis pauperibus, qui, dum sani erant, statuta Sodalitatis pro viribus obseruare fategerunt. Ergo illi, qui statutorum loco non faciunt dici Missam, sed recitant Breviarium, aut aliud quid boni agunt, non participant perfectè merita aliorum.

Quæres 3. an possit quis iterum fieri particeps orationum, 316 quib⁹ ob neglectum fuit privatus?

R. cum Fossæ lib. 1. de Rosario disc. 6. c. 1. in fine, quod si omissione non fuerit culpabilis, & omittens intenderit postea, cùm integrum sibi fuerit, neglecta Rosaria supplere, quod, inquam, talis etiam tempore omissionis à communione bonorum operum non fuerit exclusus. Ita ille. Unde, qui intentionem supplendi

310 *Caput VIII. De communicatione bonorum operum*
non habuit, fuit illa participatione privatus, si nec per alium satis-
fecerit, nec Missam illō annō dici permiscerit. Si verò negligentia
fuit culpabilis; adfuit tamen intentio aliā vice supplendi, potest
secundum Fossatum iterum in partem communionis venire, dum
supplet, quod neglexit: & hoc præsumendum est de pietate reli-
quorum Confratrum, quod nempe talem etiam ad illam commu-
nionem bonorum iterum admittant: unde fructus ille manet su-
spensus, donec suppleat intermissum.

317 Sed quid, si omittens non intendat amplius supplere; postea
tamen pœnitentiā ductus, nihilominus negligenter omissa sup-
pleat?

Respondet idem, quod talis non recuperet, quod de parti-
cipatione aliorum precum perdidit: quia bona illa, sicut jam
transacta, sic & eorum fructus jam divisi, & translati in alios sunt,
nec transferri, ac dividi amplius possunt. Exemplum est apud
Paludanum in 4. sent. de Missā jam peracta, quæ quando vel ante,
veldum celebraretur, directa in alium non fuit, nec postea trans-
ferri poterit, eō quod sit jam alicui, puta ipsi celebranti applicata.
Quod pariter intelligo de eo, qui sine culpa quidem etiam, sed
sine intentione supplendi, præscriptum non persolvit Rosarium.

318 Quin imò etiam recitantes Rosarium, etsi ad Sodalitatem
nondum recepti sint, largò quoddam modō Confratres Rosariani
dici possunt, iisque etiam aliquid boni ex recitatione Rosarii, à
Sodalibus facta, provenit, prout ex ipso eventu à B. Alano recita-
to colligitur. Fuit quippe, eodem Authore, D. Dominicī tempo-
ribus, quibus undequaque hæresis Albigensium grassabatur, eidem
sestæ pertinaciter addictus homo, Antonius nomine. Quamquam
autem nullis rationibüs ad ejurandam suam hæresim, ac peccata
legitimo Sacerdoti confitenda adduci posset, & præterea hæresi
cognatis sceleribus totus quantus immersus esset; id tamen in eo
unicum fuit, unde commendari poterat, quod indies Rosarium
recitaret: solet siquidem in partibus mixta Religionis perspè
fieri, ut de hæterodoxis nonnulli in quibusdam orthodoxis adhæ-
rescant. Contigit verò eundem nocte quoddam, cùm in somnum
resolutus esset, per occultam imaginationis vim abripi; quo in sta-
tū videt se à milenis dæmonibus comprehendendi, & ad patentem in-
fernū rectā trahi, quo in loco innumera, eaque horrēnda con-
spectui occurrabant tormenta, inter quæ supra modum horribilia
erant parata iis, qui peccata sua confiteri detrectant, aut in ipsa
S. exomologesi de industria aliquod mendacium proferunt. Jam
jámque

jamque in hæc cruciamenta immergendum erat Antonius: & ecce de repente adest Dei Genitrix Virgo, & de unguibus dæmonum eripit miserrimum, sic eundem affata: En! cùm meum recitaveris Rosarium, tibi modò succurrere volui, & te à tanto periculo liberare; non quòd tu hæc misericordia dignus inventus sis, sed quòd Sodales Rosarii mei, Confratres tui, pro te intercesserint. Constat siquidem tibi, unicum ponum in arbore nihil fieri, unum racementum in vite, unum granum in agro nullius momenti reputari, unicum Religiosum in monasterio, unicum mercatorem in foro, unicum militem in bello nihil efficere. Noveris ergo, quòd gratia hæc tibi, non intuitu tui, sed intuitu bonorum operum Confratrum prædictorum contingat, quæ bona ut cum ipsis perfectius participes, confitere, redi ad ovile Christi, fidem, quam Dominicus servus meus prædicat, amplectendō. Confer te ad ipsum, illique, quæ tibi ostensa sunt, ennarrá. Ut ergo Antonius iterum sibi restitutus est, illicet se ad Dominicum recipit, & quæ sibi præcepta erant, exactè peregit. Ad fidem deinde Catholicam translatus, cùm Albigenses etiam armis expugnarentur, castra Catholicorum secutus, totam spem in Rosario collocavit, cùmque ob insignem bellandi artem in Ducem delectus esset, pro Symbolo suo Rosarium depingi in vexillis voluit, & armis suis, suorumque insculpi: nec spem fefellit eventus. Nam hostes, quoties cum illis congressus est, tum naturalibüs, tum supernis viibüs debellavit: ita iidem, dum cum Antonio dimicare habebant, vice unā ignitos lapides, altera tela ignea, iterum aliâ exercitum integrum, omnia hæc in se Cælō ruentia, conspexere, quibus non pauci inimicorum commoti, fidem salvificam suscepérunt: sed neque nisi fidei & devotionis Christiani, ac Rosariani Militis à quoquam ista adscribi poterant.

S. IX.

De bonis spiritualibus, quæ in Sodalitate communificantur defunctis.

Hucusque de bonis spiritualibus Sodalitatis communibus Sodalibus vivis. Cùm verò multa suffragia, multæ orationes, & in specie quatuor anniversaria in omni Ecclesia, ubi hæc Sodalitas reperitur, fiant quotannis pro omnibus Sodalibus defunctis in communi, Indulgenciarum insuper iis applicentur, possumus etiam quædam bona communia defunctis, eorumque communicationem erga eosdem in Sodalitate constituere. Quòd autem hæc suffragia, orationes scilicet, sacrificia Missæ, aliaque bona opera juvent defunctos

172 *Caput VIII. De communicatione bonorum operum*
functos receptos in vita , etsi nemo ipsorum loco recitet Rosarium , certum est apud omnes : quin & ex concessione Alexandri VI . n . 315 . posita gaudent suffragiis totius Ecclesiae . Idem dico de receptis in agone : nemo enim Authorum , quantum mihi constat , afferuit etiam talium defunctorum loco esse ab alio dicendum Rosarium , sed videntur per hoc solum meruisse gratiam , ut sibi haec suffragia pro sint post mortem , quod petierint inscribi , & animum , in casu convalescentiae statuta servandi , habuerint : unde illi , qui in agone constituti non proprio motu , aut precibus , sed solum procurante aliis inscripti sunt , non videntur haec gratiam potiri , sed aequiparandi sunt omnino inscriptis post mortem , de quibus statim .

320 Inscriptos post mortem etiam haec suffragia juvant , & cunctorum bonorum & satisfactionum participes fiunt non aliter , atque si dum in vivis erant , hujus Societatis membra ipsi fuissent , si alius ipsorum loco hebdomadatim recitet Rosarium . Hoc certum est apud omnes Authores , & , ut scribit Fossanus lib . 1 . *De Rosario disc . 5 . c . 1 . n . 6 .* Coloniae idem per animam cuiusdam defuncti revelatum ferunt . Imo Alexander VI . concessit , ut etiam fiant participes suffragiorum totius Ecclesiae militantis privilegio supra n . 315 . relatō , quod dicit se vivis pariter & defunctis in perpetuum concedere ; sed hoc adhuc specialius verbis mox referendis indulxit .

321 Quod si ille , qui defunctum inscribi fecit , non possit recitare Rosarium , permittat pro eo dici annuatim unum Sacrum , ut concedit Alexander verbis eisdem n . 315 . notatis , aut det juxta facultatem suam pro ejus anima eleemosynam , ut idem concedit in eadem Bulla verbis sequentibus : *Verum , ut Christi fideles B . Virginis Mariae Confratres & Consorores offici concupiscant , volumus , & auctoritate Apostolica decernimus , quod omnes , & singuli Confratres & Consorores , animabus suorum Parentum , vel aliorum defunctorum , in Purgatorio existentium , succurrere volentes , singulariter nomina suorum Parentum vel aliorum defunctorum , in Purgatorio existentium , exarent , vel ex arrare (exarari) faciant . * Si vero pro singulari anima , interventione devota , manus porreverint adjutrices , juxta eorum posse & facultatem , tandem penam , quam in Purgatorio pati debuerint , auctoritate Dei , quod utimur in terris , de qua magis , ac magis confidimus in celis , auctoritate plenaria , totius militantis Ecclesiae eis bona ipsius communicand , ac merita Passionis Christi , ac Virginis Mariae intercessionibus , per modum suffragii misericorditer in Domino relaxamus pariter , & dimittimus . * Si vero id est , si ille , qui animam inscribi fecit , velit , ut ipsi etiam suffragia Sodalitatis & totius Ecclesiae pro-*

profint, non sufficit eam esse inscriptam, sed debet etiam pro ea eleemosyna erogari.

Hæc gratia, meō videri, ferè tanti æstimari debet, quanti Bulla Sabbathina, de qua non immeritò Confraternitas Scapularistica Carmelitarum gloriatur: imò & potest huic aliquò modò anteponi. Per hoc enim quòd in Bulla Sabbathina Confratribus SS. Scapularis, in Purgatorio detentis, concedatur Indulgentia plenaria pro primo die Sabbathi, ipsorum mortem consequente, applicantur etiam illis Animabus merita Passionis Christi ex thesauro Ecclesiæ plenariè: at nostra Bulla videtur quoque merita Christi, & Sanctorum applicare plenariè, nam ait Pontifex, *se autoritate plenaria totius Ecclesiæ bona communicare defunctis.* Deinde nostra melior est alterā, quòd per illam primò post aliquod tempus, nempe Sabbathō sequenti, illa merita applicantur: at per nostram fit applicatio sine determinatione certi temporis, consequenter Sodalibus Rosarianis merita Christi, & suffragia totius Ecclesiæ (quæ, inspecto orbe universo, omni momento pro aliquibus defunctis fiunt) statim, quām primū in Purgatoriū descenderint, profundunt applicata. Quin sàpè etiam, ut piè credi potest, hanc applicationem brevi sequitur plenaria remissio pœnæ, & è Purgatorio liberatio: sed neque Bulla Sabbathina infallibilem habet effectum, ut possea n. 461. ostendam. De applicatione Indulgentiarum fiet postea n. 445. sermo.

Dubitari tamen potest, an, nemine talium loco persolvente Rosarium, illi nihilominus suffragiis Sodalium juventur?

Visum fuit Patri Andreæ Coppenstein *in Clavi*, & Joanni Studer *parte 3. c. 10. n. 3.* quòd juventur ex eo: si enim hæc ipsis non prodeissent, inscriptio nihil utilitatis eis afferret, & essent velut non Sodales, aut membra à Sodalitate præcisa.

2. Dixum fuit, præsumendum esse de pietate vivorum, quòd illi pro impotentibus, & infirmis offerant suas preces, & merita; quòdque Deus ista pro illis acceptet: sed defuncti ita derelicti haberí debent pro impeditis, & infirmis: ergo

3. Vivis, non recitantibus ex negligentia Rosarium, in pœnam non profundunt Rosaria pro ipsis oblata: sed quòd pro defunctis nemo oret Rosarium, ipsi non sunt in culpa: ergo.

Dico tamen I. Extra dubium collocari debet, quòd si animabus inscriptis post mortem expressè, & directè aliquod bonum opus ab aliquo Sodali applicetur, ipsis prospicit, etsi nemo vice talium oret Rosarium: hoc enim est commune omnibus animabus.

Dico

Dico II. Rosaria, oblata pro defunctis Sodalibus in communione, non acceptantur à Deo pro his defunctis, nisi pro iis annuatim legatur una Missa, aut detur elemosyna. Ita Alexander VI. loc⁹ suprā n. 321. citatō: Ratio quoque est, quia alias gratis prescribetur, ut alius ipsorum loco dictum Rosarium persolvat. Videatur n. 207. Ita ergo habendi sunt, sicut vivi non recitantes Rosarium, pro quibus Deus aliorum Rosaria, pro Sodalibus in genere oblata, non acceptat.

Dico III. Probabilius est, quod ipsi profint alias preces, & anniversaria pro defunctis Sodalibus in genere facta. Nam preces oblatæ pro Sodalibus vivis, ipsis etiā non orantibus hebdomadatim Rosarium, profunt; si tamen alias preces pro reliquis Sodalibus persolvant: sed multi Authorum, ut Bellarminus, Suarez, Dionysius Carth. Munfordus in *Tract. De misericordia defunctis exhibenda e. 9. n. 14.* & alii docent rationib⁹ & exemplis, quod defuncti orient pro vivis, maximè suis benefactoribus: ergo.

Ad 1. ergo dicendum, quod illa ratio nimium probet, & consequenter nihil: probat etenim, quod etiam vivus ratione solius inscriptionis, sine ullo bono opere peracto, & reliquis comunicato, possit nihilominus omnia reliqua merita aliorum participare, quod tamen est falsum. Inscriptio ergo habet alium effectum propriū, quod nempe reddat hominem proximè pacem communicationis bonorum, & Indulgentiarum, quæ, etiā ceteroquin ponerentur omnes conditiones requisitæ, sine inscriptione tamen homo, vel anima non participaret.

Ad 2. dicendum, quod vivi presumendi sint eō modō pro illis suffragia offerre, quō modō Deus ea pro illis acceptat; sed Rosarium persolutum in genere pro defunctis Deus non acceptat prodictis animabus, benē verò alias preces & suffragia.

Ad 3. dicendum, quod hæc privatio non fiat in pœnam, sed proveniat ex infortunio, quod nemo pro illis oret.

§. X.

*De communicatione, quā Ordo Prædicatorum sua
merita communicat Sodalibus Marianis.*

His Sodalitatis legib⁹ cùm ligetur etiam Ordo noster Prædicatorum, propterea etiam omnes hujus Ordinis alumni Sodalibus Rosarianis sua bona Spiritualia communicant. Supradictum adhuc nonnulli Generalium nostrorum eosdem specialiter & solemniter ad participationem eorundem bonorum receperunt,

ut

ut dictum fuit n. 21. Quem autem fructum haec receptio secum-
ferat, paucis indicabo.

Pro certo haberi debet, quod Praelati Regularium ex conce-
sione Urbani V. & Julii II. imò juxta Navarrū etiam juxta ius com-
mune possint quibusdam, maximè Benefactoribus suffragia, ora-
tiones scilicet, & alia bona spiritualia suorum subditorum, &
Congregationum, Generalis quidem totius Ordinis, Provincialis
suæ Provinciae, Prior vero sui Conventus, communicare, quia
eo ipso, quod habeant curam Congregationis suorum subditorum,
habent autoritatem omnia bona communitatis dispensandi. *Sot-*
tus in 4. dist. 21. q. 1. art. 4. prope finem, & alii communiter. Ema-
nuel Rodriuez præterea tom. 1. qq. Reg. q. 33. art. 2. volebat, di-
ctos Praelatos posse quoque aliis communicare Indulgentias sui Or-
dinis, ita ut alii vñ hujus communicationis præstanto opera præ-
scripta consequantur Indulgentias, alias soli Ordini concessas:
sacra tamen Congregatio post dictum Authorem, anno videlicet
1678. in Decreto de apocryphis Indulgentiis declaravit, Indul-
gentias communicatas ab Ordinibus esse nullas. Facultatem hanc
recipiendi extraneos ad beneficia Ordinis, seu ad participationem
bonorum spiritualium sui monasterii attribuunt Lezana, & cum
allii Bassæus Florum Theologie tom. 1. verbô Abbatissa n. 22. A'ba-
tissis, consequenter etiam Moderatricibus Conventuum Ordinis
cujuscunque; ex quo inferunt, quod etiam istæ, sicut & Praelati,
possint certas preces etiam sub peccato injungere suis subditis,
pro receptis ad beneficia Ordinis persolvendas.

Et si quidem haec bona opera Religiosorum spéderentur quoad 325
vim meritoriam de congruo, & impetratoriam, non relinquunt
locus dubietati, taliter scilicet ea à Praelatis aliis posse communi-
cari. Quando ergo Praelatus haec bona alicui per litteras (quarum
exemplar pro Ordine nostro habetur in Formulario nostro) vel
alio solemnī modō (qualis in Collectario nostro describitur) com-
municat, tunc secundum Rodriuez loco citato, & Vincentium
Candidum nostrum tom. 2. disquis. moral. disq. 24. art. 69. dubit.
16. recipit eum in filium, vel membrum Ordinis, Provinciae, vel
Conventus, & ad participationem communicationis meritorum,
qua est inter ipsos Religiosos, de qua pulchrè differit P. Ansel-
mus Fischer in suo *Tract. oſcſ. p. 1. c. 3. n. 13.* Et si hanc recep-
tionem secundum dicta n. 286. accipiamus, dicendum erit; quod,
dum Praelatus recipit aliquem ad beneficia Ordinis, non faciat ali-
ud, quam offerat omnia bona opera, & orationes suæ Religionis
Deo,

Deo, ut intuitu horum omnium, ac intercedentibus simul omnibus Beatiss Ordinis, ad hoc specialiter invocatis, ipsi aliquid boni præstet: quam oblationem ipsi deinde litteras tradendo facit manifestam.

326 Fructum hujus communicationis jam sæpius explicui, sicut & gradus. Non ergo omnibus idem fructus est, sed secundum mensuram intentionis applicantis, & dispositionem recipientis. Hinc Rodriguez loco citatio cum aliis benè intulit, quod communicatio bonorum Communilitatis, facta à Prælatis per suas litteras Benefactoribus intuitu beneficiorum, non participetur nisi pro rata, sicut nempe plūs, mirūsve se beneficos exhibent. Item plus commodi assert, si fiat uni personæ determinata, quam pluribus simul in confuso seu in genere: quamvis etiam ex multiplicatione receptorum nulli ex illis aliquid lucri decedat, & propter hoc inquiunt Paludanus, & Sylvester loco sæpe citato, sine præjudicio prius receptorum ad beneficia alicujus Ordinis posse recipi alios, nec minus capere novissimos, quam primos. Non tamen requiritur, ut, dum Superior bona spiritualia subditorum communicat, ipsi subditi consentiant, aut etiam illa una cum suo Superiore expresse communicent; nulli enim ex hac communicatione nascitur aliquod præjudicium aut detrimentum, sed illa bona eō ipso alicui jam fructificant, quod fuerint à Prælato applicata. *Vincentius Candidus ibidem.* Dicit præterea Bassæus *som. 2. verbō suffragium I. n. 1.* quod Religiosi pro Benefactoribus mortuis sui Monasterii, ad cuius beneficia erant à Prælato per litteras recepti, possint celebrare Missam, quæ eos liberet à pénis Purgatorii, & hoc ex concessione Clementis VIII. Fratribus Minimis, & cum eis participantibus facta, quæ habetur *som. 2. privilegiorum illius Ordinis constitutione 4. ejusdem Clementis.* Aliunde autem in nostris Ecclesiis sunt omnia Altaria pro quounque fideli quotidie privilegiata.

327 De bonis operibus autem, in quantum satisfactoriis, queritur inter Doctores, an Prælati possint satisfactiones subditorum, ipsis invitatis, aut nescientibus in satisfactionem peccatorum sibi, aut aliis applicare?

Videtur nonnullis, quod possint; nam subditi sunt Prælati subjecti quoad omnia: dicitur enim in c. *Non dicatis, 12. q. 1.* Religiosos non tantum propriis facultatibus, sed etiam voluntatibus remunridisse.

328 Dico tamen cum Suarez, *Paulo Layman lib. 5. tract. 7. c. 4. n. 5.* *Candido loco citato dubit. 21.* quod non. Nam Superior non habet

bet potestatem immediatam in bona spiritualia subditorum, sed solum in voluntatem. Potest ergo solum præcipere subdito, ut satisfactiones suas applicet alicui; quod si nihilominus subditus non pareat, sed illas aut reservet sibi, aut applicet alteri, tunc subditus quidem peccat non obediendo, & prout ait *Candidus dubit.* 22. talia opera satisfactoria amittunt bonitatem moralem, & consequenter etiam valorem satisfactorium, ita ut nec illi prosint, cui vult Prælatus ea prodesse; nec operanti, aut alteri, cui ipse propriè donaverit motu. In casu tamen applicationis à Prælato factæ non exigitur, ut etiam subditi satisfactiones directè, & expressè aliquibus transcribant; sufficit enim si eas generatim applicent iis, quibus Prælatus velit esse applicatas. *Layman, & Candidus ibidem.*

Ad oppositum respondet Layman, quod illorum verborum sensus non sit, quod, sicuti terrenarum substantiarum, ita & suorum liberorum actuum dominium amittant; sed quod per obediencie votum ita suā voluntatem Superioris imperio subjecerint, ut contra ejus justum imperium nihil licite velle possint.

Quæres 2. An Prælati præcipere possint subditis, ut tam satisfactiones superabundantes, quam necessarias alteri applicent? 329

R. De superabundantibus, quas aliunde Religiosus aut applicaret alteri, aut in Ecclesiæ thesaurum cederent, non est dubium apud Doctores; nam tales satisfactiones ex hoc, quod iis Religiosus non egeat, redundunt communes, bonorum autem communium superabundantium Prælatus tenet dispensandi autoritatem. De operibus satisfactoriis necessariis, seu quæ subditus intendit pro satisfactione necessaria suorum peccatorum elicere, Nugnoster, *Candidus dubit.* 19. Bassæus tomo 2. v. suffragium I. n. 1. dicunt, Prælatos regulariter non posse eas aliis applicare, quia talia non sunt bona communia, nec cederent in thesaurum Ecclesiæ, sed ea Religiosus intendit facere pro se. Item Prælatus non potest à subdito auferre bona temporalia necessaria v. g. cibum, vestes, somnum &c. ergo nec spiritualia necessaria. Sotus tamen noster, & cum eo *Candidus sustinet*, quod in casu extraordinario, aut gravis necessitatis possit Superior præcipere, ut subditus etiam sibi necessarias transferat in alium v. g. insignem Benefactorem, præcipue quia per hoc subditus non privatur præmiò essentiali sui operis, quod in alios transire non potest, & illud præmium adhuc per obedientiam augebit. Hoc tamen ad satisfactiones necessarias aliquot dierum, vel brevis temporis restringendum puto; nam velle satisfactionibus necessariis totius vitæ aliquem præsertim, qui ma-

178 *Caput VIII. De communicatione bonorum operum*
jora crimina commiserat, spoliare, non discretionem, sed immam-
nem crudelitatem sapit.

30 Quæres 3. An Prælati communicandō alicui bona spiritualia
subditorum, etiam ipsi immediate & directè comunicent satisfactio-
nes, saltem superabundantes subditorum?

R. Cum Layman, alii que ab eo citatis negativè. Hoc enim
cederet in perturbationem, ac gravamen subditorum; deinde cum
subditi immediate, & directè non sint in suis bonis satisfactoriis
Prælato subiecti, sed in eorundem applicatione prævaleat intentio
subditorum, daretur locus præventioni; possent enim subditi ne-
scientibus Prælati eas applicare aliò, & sic applicatio eorum aut
redderetur invalida, aut incerta.

31 Jam ad rem. Dico igitur. Licet Religiosi Ordinis nostri, ut-
pote Sodales Rosariani, ex se teneant sua merita facere aliis So-
dalibus communia; prudenter nihilominus quidam Generales spe-
cialiter omnia bona spiritualia illis comunicarunt, ut scilicet ad-
huc plus emolumenti inde in illos promanaret. Non enim hæc no-
va, & specialis communicatio reputari debet superflua, aut velut
nuda ceremonia: in communicatione etenim meritorum datur
quædam latitudo, & quidam gradus, ut sèpè monui, qui præcipue
ab intentione communicantis dependent. Cùm igitur Generales
adhuc specialius bona spiritualia Ordinis Sodalibus communica-
rint, sequitur quoque ipsis illa etiam specialius prodeesse. Minus
ramen eis prosunt, quam aliis Benefactoribus, qui præterea adhuc
specialissime per Litteras alias ad eadem beneficia Ordinis assu-
muntur. Merita etenim & suffragia prosunt secundum intentio-
nem applicantis, & dispositionem, ac dignitatem recipientis; cùm
ergo per Litteras merita, & suffragia adhuc specialius applicantur
Benefactoribus, quam aliis Sodalibus, & Benefactores insuper ob-
exhibita beneficia plus illis mereantur; non est dubitandum, quod
dicta suffragia ipsis majus afferant in vita, & à morte emolumen-
tum. Hinc Anniversarium, quod in Ordine nostro celebratur se-
quenti die post Octavam S. Augustini Episcopi pro Benefactoribus
& familiaribus nostris, sicut & suffragia, quæ habentur pro receptis
per Litteras ad beneficia Ordinis à festo S. Dionysii usque ad Ad-
ventum, Sodalibus Rosarianis non ita, ac prædictis prosunt, ut pau-
lò post dicetur. Benè sibi hoc notent illi, qui autumant Sodales
eodem modō ad beneficia Ordinis, atque Benefactores esse receptos;
utrique quidem ad illa suscepti sunt, sed diversò modō, unde & in-
æqualem fructum habent; quare supervacaneum non est Sodalem
jam

jam, ob beneficia Ordini exhibita, iterum ut Benefactorem, per speciales Litteras ad beneficia Ordinis admitti.

Dignæ autem sunt, quæ apponantur, Litteræ Reverendissimi 332
P. M. Generalis nostri Seraphini Caballi, quibus Sodales Rosarianos solemniter ad beneficia Ordinis recepit; has ex aliquo Authore illi coætaneo accepi:

In Dei Filio sibi dilectis

Universis utriusque sexū Christi Fidelibus Sanctissimi Rosarii „
Societatis Confratribus, Deiparam Viginem Domi- „
nam nostram devoto hōc venerantibus cultu. „

Frater Seraphinus Caballus Brixien. Sacrae Theologiae Pro- „
fessor, ac totius Ordinis Prædicatorum humilis Gene- „
ralis Magister & Servus, salutem, & æternam „
Sanctorum Communionem.

Divini Spiritus unitas, à quo sancta Ecclesia Catholica regitur, quemadmodum efficit, ut quidquid in ea collectum est, commune sit omnibus, & quæcumque piè, sancteque ab uno suscipiuntur, ea ad omnes pertineant, & charitate (quæ non quærit, quæ sua sunt) omnibus proficiat, sicuti membrum totius corporis particeps esse dicimus, sic conjunctum omnibus timentibus Deum, & custodientibus mandata ejus; ita & una nos unum communis origo, unius scilicet Capitis ac Patris Sanctissimi D. Dominici, idem finis ac institutum, Dei Filium, ejusque Sacratissimam Genitricem D. N. divinò hōc, singularique cultu venerandi, atque colendi, quemadmodum nos ad invicem singulari etiam charitatis nexu, tanquam unius capitatis, ac corporis membra conjungere debent, ita & hoc unum efficere, ut nihil boni à nobis fieri, vel possideri existimemus, quod non omnibus commune esse intelligamus. Quare Prædecessorum nostrorum vestigia sequentes, & eorum acta firmantes, de nimia Omnipotentis Dei misericordia & liberalitate, deque sacratissimæ ejus Matris Mariæ Virginis D. N. & nostri Ordinis singularis Advocatæ, & Patronæ, nec non Sanctorum Dominici Patris Nostri, Petri Martyris, Antonini, Thomæ, Vincentii, Catharinæ, ac ceterorum Sanctorum, & Sanctorū Dei piâ intercessione confisi, omnium Missarum, & Sacrificiorum, orationum, prædicationum, studiorum, vigiliarum, jejuniorum, abstinentiarum, peregrinationum, obedientiarum, laborum, ceterorumque bonorum, ac

180 *Caput VIII. De communicatione bonorum operum*
„ meritorum, quæ per Fratres, & Sorores Nostri Ordinis Divina
„ Bonitas in mundo fieri dederit universo; communionem & parti-
„ cipationem libenter vobis concedimus, & piè elargimur; vosque
„ ad ipsius Ordinis beneficia, & suffragia universa, & singula reci-
„ pimus, admittimusque in vita pariter & in morte, ut multipli-
„ ci Sanctorum Suffragiorum praesidiō adjuti, hic augmentum
„ gratiæ, & in futuro gloriam percipiatis æternam. In nomine
„ Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

„ In quorum fidem has Officii Nostri sigillō munitas propriā
„ manu subscriptissimus. Datum Romæ in Conventu Nostro San-
„ &æ Mariæ super Minervam die ultima Martii 1573.

333 Vī hujus receptionis ad beneficia, & suffragia Ordinis ejus-
dem satisfactiones non communicantur Sodalibus, sed solum assu-
muntur in membra Ordinis: itaque ipsis omnia bona opera, & suf-
fragia tam Fratrum, quam Sororum, seu Monialium prosunt tam
in vita, quam post mortem, sicut ipsis Religiosis, non tamen om-
nimodā æqualitate, sed aliqua proportione tantum. Unde, ut ar-
gumentatur P. Joannes Studer parte 3. cap. 8. n. 4. omnia suffra-
gia, & anniversaria, quæ in Ordine fiunt pro defunctis quibuscumque,
etiam intelliguntur oblata pro Sodalibus. Quoad suffragia
ergo mortuorum extendit se hæc communicatio etiam ad defun-
tos, etiam post mortem inscriptos. Quamvis etiam fatendum sit,
quod suffragia illis Animabus magis, quam Sodalibus profint, pro
quibus directè, & intentione expressâ offeruntur, cum, prout su-
prā n. 288. dictum fuit, intentio specialis præponderet generali.

334 Cū hæc communicatio major sit communicatione bonorum,
quæ inter ipsos Sodales reperitur, etiam ex parte Sodalium ad
participationem beneficiorū Ordinis plus requiritur in hac, quam
in illa: in illa requirebantur duo, ut scilicet aliquis sit receptus ad
Sodalitatem, & sua merita aliis communicet: in hac requiritur in-
super, ut notat P. Fossæus, lib. 1. de Rosario disc. 7. cap. 2. n. 1. &
fuit jam suprà n. 193. observatum, ut Sodalis etiam ab habente
potestate Albo Societatis inscribatur. Valde quoque probabile
mihi videtur, quod non sit satis communicare sua merita Ordini
Prædicatorum, nisi quoque regulæ Societatis pro possibili serven-
tur, aut saltem frequentius trinum Rosarium, & quidem illud
specialiter pro Ordine nostro offerendō, hebdomadatim persolva-
tur, licet illud subinde negligatur: ratione enim communicatio-
nis meritorum factæ Ordini, communicantur vicissim ab Ordine
merita modō ordinariō, sed non speciali: hæc enim specialis com-
muni-

municatio non debet judicari gratuita , ita ut sine speciali obliga-
tione , aut per actione alicujus boni operis possit aliquis tantis be-
neficis gaudere . Defuncti tamen , inscripti ante mortem , gau-
dent his specialibus suffragijs Ordinis , et si ipsorum loco nemo post-
ea dicta tria Rosaria persolvat , non enim talis persolutio est in
usu : sufficit ergo apud ipsos , quod in vita recitaverint Rosarium ,
aut saltem , si prius in morte suscepisti , & inscripti fuerint , animus
illud recitandi . Aliter tamen discurrendum puto de defunctis in-
scriptis post mortem , quod nempe apud hos non sufficiat sola in-
scriptio , sed quod insuper aliquis ipsorum loco per hebdomadam
tria Rosaria oret (quod requirit etiam P. Studer ibidem) defun-
ctorum enim , quorum loco nemo orat , eadem est conditio , ac So-
dalium vivorum non orantium , hi autem , ut mox dictum est , sine
prædicta oratione non gaudent ab Ordine communicatis benefi-
ciis : ergo nec mortui .

§. XI.

Quâ ratione Beati sua merita Sodalibus com- municent.

Tertia communicatio meritorum in Sodalitate Rosariana est 335
Beatorum in cælo ad Sodales , pro qua intelligenda juvat
iterum verba B. Virginis , jam supra cap. I. §. 9. insinuata , referre .
Ego , ajebat Alano , impetravi à Filio meo , quod omnes in ista Confra-
ternitate habere possint in Confratres suos totam Curiam Cælestem in
vita & in morte quoad omnium meritorum cum Sanctis communicatio-
nem , ac si ipsi Beati in hac mortalitate unam , eandemque cum ipsis habe-
rent Confraternitatem . Ex supra dictis jam concludi potest , quod
per merita intelligi non possint satisfactiones , quæ amplius in eo-
rum potestate non existunt . Ergo per merita intelligi debent ope-
ra Sanctorum , inquantum sunt meritoria de congruo , & oratio-
nes , quæ omnia Sancti communicant Sodalibus : nam illi , ut ex
verbis B. Virginis desumitur , eodem modo sua bona opera Sodalibus
communicant , ac si in hoc mundo in eadem Confraternitate de-
scripti viverent : si autem velut Confratres in mundo degerent , &
preces & merita secundum dicta n. 309. pro aliis offerre deberent .

Propter quod piè credi potest , quod Beati ad modum Soda- 336
lium viventium pro iis oratione expressâ , & quidem merita sua
Deo præsentandô , & offerendô intercedant . Hoc etiam ex eo capite
suadetur , quod hoc ipsum B. Virgo pro clientibus suis agat : scribunt
autem quidam Devoti , quod , dum ipsa pro aliquo apud Divinum
Judi-

Judicem intercedit, eam tota Sanctorum Corona summa cum reverentia circumdet, ac similiter se se in preces pro illo effundat. Jugibūs præterea Beati Dei laudibūs delectantur, utpote quorum potissima, imò unica actio in iis consistit: hinc verisimile est, quod etiam in Sodales Marianos, qui id ipsum in terris facitant, singulari voluntatis inclinatione propendeant, ac propterea in salutem eorum peculiari modō intenti sint, ut eos in cœlis habeant aliquando laudum socios, quos habent in terris æmulatores. Fortè ipsa sacratissima Virgo, & sua, & reliquorum Beatorum merita omnium nomine, tanquam eorum Regina (ipsis tamen lubentia animo consentientibus, cùm inter Beatos summa sit animorum consensio) Deo pro Sodalibus suis repræsentat, quod videtur satis colligi posse ex iis verbis, *Impetra vi à Filio meo;* ergo petiit à Deo, ut merita Beatorum fiant Sodalibus communia, ac per consequens ipsi proficia; hoc autem petendo non potuit non eadem Deo repræsentasse. Saltē ad Salvandam hujus revelationis veritatem fatendum erit, Deum ipsum motu propriō intuitu meritorum Omnipotenti Electorum specialia Sodalibus beneficia conferre, & hoc tam in vita, quam in morte, id est, post mortem eos citius ē Purgatoriū carcere educendō.

337 In hac communicatione bonorum spiritualium sunt pariter aliqui gradus admittendi. Unde etsi Beati etiam pro iis orare, suaque merita offerre dicantur, qui, non adhuc Confraternitati aggregati, devotè tamen Rosarium recitare consueverunt, fatendum erit Beatos prædicta adhuc specialius pro iis peragere, qui non men insuper huic Sodalitati dedere, illiusque statuta observant, cùm propter ingressum Sodalitatis, qui summæ laudabilis, & meritorius est, & statutorum observationem aliis longè digniores reperiantur, imò quod plura servaverint, plus etiam illis hæc precum, & meritorum proderit communicatio. Cùm verò Beati dicantur ad modum Sodaliū vivorum sua merita Confratribus vivis communicare, etiam Sodales dicentur illa ad modum meritorum Confratrum vivorum participare, & ita, quæ requiruntur ad participanda una, requiruntur etiam ad participanda altera. Ad perfectam autem participationem meritorum Sodaliū viventium exigitur, tanquam fundamentum, receptio ad Sodalitatem, & inscriptio non est necessaria; deinde reciproca communicatio meritorum priorum, & adimplatio Sodalitatis legum; ita quoque participationis meritorum cœlestium fundamentum erit receptio ad Sodalitatem, deinde necessaria erit oblatio precū

& meritorum Deo in honorem Sanctorum (alio enim modō ipsas non queunt illa communicari) ita enim convenit , ut eos Santos peculiariter veneremur , qui peculiarem nostri curam gerunt (modum autem prædicta offerendi in actu oblationis , supra n. 312. de scriptō , expressi , & reliqua omnia ad hujus trinæ communicationis participationem necessaria comprehendēti) & tandem etiam necessaria est adimpletiō legum Societatis . Etsi verò leges hæc etiam ex negligentia non serventur ; si tamen ceteroquin reliqua bona opera in honorem Sanctorum peragantur , piè credi potest , Beatos vicissim pro his , sed imperficiori modō , orare , meritaque sua Deo offerre , cùm suos nunquam cultores despiciant .

CAPUT IX.

In quo exhibentur Bullæ Innocentii XI.
Clementis XII. & Benedicti XIII.

§. I.

Gimus de regulis , ad Indulgentias nunc transeamus .
Paucæ admodum Indulgentiæ tribuuntur Confraternitati SS. Rosarii , immediatè à Sede Apostolica erætæ : cùm enim ad modum aliarum Confraternitatum à Secretaria Brevium imperretur , non habet Indulgentiam plenariam , nisi in die inscriptionis , articulò mortis , & Festo Principali (nempe SS. Rosarii Dominicâ prima Octobris) quovis annò obtainendam , in aliis quatuor festivitatibus B. M. V. aut aliis diebus , ad libitum primâ vice eligendis , Indulgentiam 7. annorum , pro quibusdam verò bonis operibus , in Brevi numeratis , 60. dierum , quod Breve sequenti consuetâ clausulâ terminatur : *Volumus autem , ut , si aliæ dictis Confratribus , & Sororibus , præmissa peragentibus , aliqua alia Indulgentia perpetuò , vel ad tempus nondum elapsum duratura , concessa fuerit , præsentes nullæ sint , útque , si dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata jam sit , vel imposterum aggregetur , aut quævis aliâ ratione uniatur , vel etiam quomodolibet instituatur , priores , & quævis aliæ Literæ Apostolice illis nullatenus suffragentur , sed ex tunc eô ipsò nullæ sint .* Igitur dum Confraternitas in tali loco postmodum ab Ordine

184 *Caput IX. In quo exhibentur Bullæ*
ne nostro erigitur, priores Ingulgentiæ cessant, & prope infinitæ
alæ communicantur, quibūs Confraternitas in Ecclesiis nostris,
tum in alijs, in quibus ab Ordine instituitur, abundat, & de his
nobis erit in subsequentibus sermo.

339 Antequam ve:ò easdem ex ordine referam, visum est ipsas
Bullas Pontificum, à quibus illæ concessæ sunt, ad verbum pone-
re, prout jam suprà in præfatione indicavi, ut scilicet omnem scruta-
pulum antevertam, plenāmque dicendis fidem adstruam. Porro
copiosæ jam olim erant huic Sodalitati à diversis Pontificibus col-
latæ Indulgentiæ, ex quibus nonnullas Clemens VIII. & Paulus
V. revocarunt, quas tamen iterum ad humillimas preces Eminentissimi nostri P.F. Augustini Galamini S.R.E. Cardinalis, antea
Magistri Generalis Ordinis nostri, idem Paulus V. per suum Bre-
ve, datum Romæ apud S. Marcum die 20. Septemb. 1608. restitu-
it eidem Confraternitati SS. Rosarii, & confirmavit omnes Indulgentias ab aliis summis Pontificibus concessas, ac si Litteræ re-
vocationis earundem non emanassent. Abhinc iterum anno 1678.
cùm multi abusus circa Indulgentias irrepüssent, jussu Innocentii
XI. editum fuit à S. Congregatione, Indulgentiis, Sacrisque Re-
liquiis præposita Decretum *De apocryphis Indulgentiis*, quō statu-
tum fuit, ut Summaria Indulgentiarum cujuscunque Confrater-
nitatis, nisi ab eadem Congregatione recognita, non permittan-
tur. Jussit igitur Innocentius XI. Summarium Indulgentiarum
Sodalitatis SS. Rosarii adornari, quod deinde Bullæ suæ incipien-
ti: *Nuper pro parte dilecti*, inseruit, approbavit, ac in lucem
publicam edi fecit.

340 Hæc Bulla, & hoc Summarium Indulgentiarum Innocentii
jam viget, & amplius non fuit revocatum, quin potius à Benedi-
cto XIII. in Bulla: *Pretiosus* §. 4. confirmatum. In hocce Summa-
rio contentas Indulgentias Generales nostri neo-ereditis Sodalita-
tibus communicatas declarant, dum ita in Litteris Patentibus in-
stitutionis loquuntur: *Notum facimus, Innocentium XI. in suo Bre-
vidatō Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die
31. Julii 1679. gratias, & privilegia non auxisse solūm, sed etiam om-
nium Indulgentiarum Summarium eidem Brevi inseruisse.*

341 Licet autem hoc Summarium Innocentii multas Indulgentias
contineat, adhuc tamen aliquas Benedictus XIII. in præfata Bul-
la adjecit, ac nonnulla loca additis declarationibüs explanavit, de
cujus valore infra in hoc capite §. 3. edocenter differam. Horum
igitur Pontificum Bullæ omnibus Indulgentiis fundamentum, &
robur

robur præbent, ideoque illas solas apponere ad verbum placuit, cùm ipsi hi Pontifices ferè omnes aliorum Prædecessorum Bullas collegerint, & adduxerint. Hæ autem Bullæ, quas ambo Pontifices citant, & confirmant, frustra queruntur in Bullario Magno Cherubini; reperiuntur tamen in Bullario novissimo Ordinis nostri, eásque etiam, prout sèpius jam indicavi, adducit Thomas Nicolaus Venturini ad calcem primi Thomi operum de SS. Rosario, quod moderni Reverendissimi P. M. Generalis Thomæ R. poll honoribus consecravit. Sed parùm refert, ubicunque illæ reperiantur, sufficítque ita Indulgencias in illis Bullis expressas ab Innocentio, & Benedicto confirmari, ut etiam de novo concedantur, prout ex ipso verborum tenore brevi perspectum fiet, neque alias Indulgencias præter istas Sodalitas nostra habet.

Quoniam verò circa prædictas Bullas Innocentii, & Benedicti multa veniunt observanda, neque congruè omnia hic loci apponi possunt, particulares circa quodvis capitulum, & paragrapnum observationes in sequentia capita reservo; & pro generalibus tantum locum hinc opportunum reperio. 342

Observandum igitur primò, quod omnes Indulgencies, à quocunque, & quomodo cunque concessæ, approbentur ab Innocentio in dicta Bulla: *Nuper c. 1.* & à Benedicto in Bulla: *Pretiosus §. 4.* Obiter etiam notandum est, dum in Bulla dicitur *legi Rosarium*, idem significet, ac recitari.

2dò. Omnes Indulgencies alicui Confraternitati, in quodam particulari loco ereditæ, concessæ, communes sunt omnibus aliis Confraternitatibus per totum mandum ereditis, vel imposterum erigendis, ut concedit Innocentius in Bulla: *Nuper c. 1. n. 2.* Excepte tamen illas Indulgencias, quæ specialiter sunt datae Ordini nostro, ut Indulgencies Altaris privilegiati &c. quæ aliis Confraternitatibus non communicantur, ut dicetur cap. 15. 343

3tò. Licet Indulgencies, quæ in Summario Innocentii leguntur, videantur oppositæ, cùm pro uno opere dicatur, ab uno Pontifice esse concessa Indulgentia plenaria, ab alio limitata; item limitata multorum annorum, deinde verò dierum; non tamen minor per majorem, nec vicissim major per minorem revocatur, & destruitur, sed omnes simul confirmantur: dicit enim aperte Innocentius c. 1. se confirmare Indulgencias in Summario recensitas nullâ factâ exceptione, etsi secus foret, oportuisset, aut reprobatas non apponere, aut quænam ex illis authenticæ, quænam apocryphæ sint, declarare. Hinc concludit P. Roth in *Instructione*

pro Indulgentiis acquirendis circa num. 22. verum non esse, quod asserit P. Martinus Wigand tract. 14. exam. 3. n. 85. non dari scilicet authenticam Indulgenciam partialis supra plenariam concessionem.

345 Nec tamen hæc concessio existimari debet inutilis, & superflua: licet enim obtentâ Indulgenciâ plenariâ nemo possit amplius pro se obtainere Indulgencias limitatas; potest tamen illas obtinere pro defunctis, si nempe iis sint applicabiles: pro seetiam limitatas lucrari ille potest, qui ob defectum aliquem, forte complacentiam de aliquo peccato veniali, non meruit plenariam, ut docet P. Roth ibidem. Item tempore Jubilæi, quod secundum Claudiu[m] La Croix lib. 6. p. 2. n. 1401. saltem non suspenduntur Indulgencie limitatae concessæ ab aliis, quam à Papis, quales etiam in Bulla: *Nuper confirmatæ reperiuntur, etiam istæ poterunt obtineri.*

346 4tò. Dum diversi Pontifices concedunt eandem Indulgenciam eô modô, ut unus illorum requirat certam conditionem, quam eandem aliis Pontifex non requirit, poterit quæcunque ex istis Bullis ad libitum eligi, & illa conditio poni, vel omitti, & nihilominus Indulgencia acquiri. Exemplum hujus statim occurrit in: *Nuper c. 2. in quo n. 1. refertur, S. Pium V. ad Indulgenciam plenariam in die Inscriptionis voluisse, ut dicatur ad minus una quinquagena, seu una pars Rosarii; n. autem 2. & 3. dicitur Clemens VIII. eandem Indulgenciam confirmasse nullâ factâ mentione quinquagenæ: hinc, prout jam supra c. 6. in nota ad reg. 8. n. 212, observatum fuit, Indulgencia hæc etiam sine quinquagena poterit obtineri.*

§. II.

BULLA D. INNOCENTII XI.

Sanctissimi Domini Nostri Innocentii Divinâ providentiâ Papæ XI. Confirmatio Indulgenciarum SS. Rosarii.

INNOCENTIUS Papa XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

347 „**N**uper pro parte dilecti filii Antonii de Monroy Magistri Generalis Ordinis FF. Prædicatorum nobis expositum fuit, quod de hujus S. Sedis mandato consecutum, & à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpositâ, revisum & approbatum fuit Sumarium Indulgenciarum, & aliarum gratiarum

„ spiritualium, Confraternitatibus sub titulo SS. Rosarii erectis,
 „ & institutis auctoritate Apostolicâ concessarum, tenoris, qui se-
 „ quitur, videlicet :

Summarium.

„ Indulgenciarū, & gratiarum, Confratribus, & Consororibus SS.
 „ Rosarii tam in vita, quam in morte concessarum.

C A P U T I.

„ De Confirmatione, & extensione Indulgenciarum
 „ SS. Rosarii.

„ PRIMÒ. Sciendum à multis summis Pontificibus respectivè fuis- 348
 „ se confirmatas Indulgencias, & gratias ab eorum Antecessori-
 „ bus benignè elargitas Confratribus, & Consororibus SS. Rosa-
 „ ri, nimur à Leone X. in Bulla, quæ incipit : *Pastoris aeterni,*
 „ die 6. Octob. 1520. à Clemente VII. in Brevi : *Etsi temporalium,*
 „ die 8. Maij 1534. à Julio III. in Brevi : *Sincerae devotionis 24. Au-*
 „ *gusti* 1551. à Pio V. in Brevi : *Inter desiderabilia*, die 28. Junii
 „ 1569. ac in Brevi : *Confueverunt*, die 17. Septemb. 1569. Deinde
 „ cum omni amplitudine confirmatas, & innovatas à Sixto V.
 „ in Brevi, quodd incipit : *Dum ineffabilia*, 30. Januarii 1586. De-
 „ nique etiam Paulus V. in Brevi : *Cum olim*, die 20. Septem. b.
 „ 1608. revocatò Brevi suò revocatorio Indulgenciarum antiqua-
 „ rum SS. Rosarii in executionem constitutionis Clementis VIII.
 „ incipientis : *Quæcunque*, & illud ad terminos juris reduxit, &
 „ pristino statui restiuit, easdem Indulgencias, à summis Ponti-
 „ ficibus suis Prædecessoribus concessas Confraternitatibus SS.
 „ Rosarii, canonice institutis, ubique locorum existentibus.

„ SECUNDÒ. Omnes Indulgencias specialiter, vel generaliter, 349
 „ aut quocunque modò uni vel pluribus Confraternitatibus SS.
 „ Rosarii, vel etiam Confratribus, vel Consororibus alicujus Con-
 „ fraternitatis, in aliqua particulari Ecclesia ereditæ, impertitas,
 „ communes esse omnibus Confraternitatibus SS. Rosarii, omni-
 „ bùsque Confratribus, & Consororibus omnium dictarum Con-
 „ fraternitatum universi orbis. Hoc indulxit Gregorius XIII. in
 „ Brevi incipiente : *Pastoris aeterni*, 5. Maij 1581. pro Confrater-
 „ nitibus canonice erectis. Et Sextus V. in p̄fato Brevi : *Dum*
 „ *ineffabilia*, omnia privilegia, indulta, facultates, exemptiones,
 „ immunitates, concessiones, Indulgencias etiam plenarias à sum-
 „ mis Pontificibus concessa, & concessas Confraternitatibus, aut

„ Confratribus SS. Rosarii extendit, & ampliat in perpetuum ad
 „ Confraternitates erigendas, illarumque Confratres, & Conso-
 „ rores pro tempore existentes.

350 „ Tertiò. Denique quascunque Indulgentias in hoc Summa-
 „ rio contentas, quæ concessæ sunt alicui particulari Confrater-
 „ nitati SS. Rosarii vigore præfatarum litterarum Apostolica-
 „ rum, communes esse cuilibet Confraternitati, & cuilibet respe-
 „ ctive Confratri, aut Consorori in aliqua Confraternitate de-
 „ scriptis.

C A P U T II.

„ Indulgentiæ pro iis, qui ad Confraternitatem SS.
 „ Rosarii recipiuntur.

351 „ PRIMÒ. Pius V. in præfato Brevi: *Consueverunt*, concedit plena-
 „ rias Indulgentias omnibus, & singulis Christi fidelibus per
 „ deputatos à Magistro Generali, vel Vicario Generali pro tem-
 „ pore descriptis, verè pœnitentibus, & confessis, qui primâ vice
 „ descripti fuerint, & SS. Eucharistiæ Sacramentum in aliqua Ec-
 „ clesia, seu Cappella dictæ Confraternitatis perceperint, & unā
 „ saltem quinquagenam Rosarii recitaverint, & pro tranquilitate
 „ S. Matris Ecclesiæ oraverint: eandem elargitur illis, qui in mor-
 „ tis articulo constituti salutaris pœnitentiæ, & Viatici Sacra-
 „ mentis fuerint muniti.

352 „ SECUNDÒ. Clemens VIII. in Brevi: *Salvatoris*, die 13. Jan.
 „ 1592. omnibus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis,
 „ atque SS. Eucharistiæ Sacramentō refectis, qui Rosarii Con-
 „ fraternitatem ingredientur, erectam in Ecclesia Prædicatorum
 „ oppidi Divionensis, die primō eorum ingressūs, plenariam In-
 „ dulgentiam elargitur.

353 „ TERTIÒ. Eandem pariter Indulgentiam concedit idem Ponti-
 „ fax in Bulla, quæ incipit: *De salute gregis*, die 18. Jan. 1592. pro
 „ descriptis in Confraternitate erecta in Ecclesia Prædicatorum
 „ Utini.

C A P U T III.

„ Indulgentiæ pro recitantibus Rosarium diebus
 „ ordinariis.

354 „ PRIMÒ. Confratres lucrantur quadraginta dies Indulgentiaris,
 „ quoties recitaverint, aut recitari fecerint tertiam partem Ro-
 „ sarii, uti concessit Alexander Episcopus Foroliviensis, per uni-
 „ ver-

versam Germaniam Legatus à Latere, Confratribus Confraternitatis institutæ in Ecclesia Prædicatorum Coloniae, ut apparet in litteris incipientibus: *Etsi gloriosos*, die 10. Martii 1476.
quam concessionem confirmavit Leo X. in præfata Bulla: *Pastoris eterni*.

Secundò. Cuicunque fidieli tertiam partem Rosarii recitanti 355
elargitur Sixtus IV. in Bulla incipiente: *Ea, quæ ex fideliū*,
12. Martii 1479. quinque annos, & totidem quadragenas. Eadem
etiam confirmat Leo X. in præfata Bulla: *Pastoris eterni*.

Tertiò. Ex concessione Innocentii VIII. in Bulla, quæ incipit: 356
Splendor paternæ gloriae, Romæ 27. Febr. 1488. Confratribus, &
Confororibus in aliqua Confraternitate, in Ordine Prædicatorum
erēta, conscriptis, veréque pœnitentibus, & confessis, qui tertia
Rosarii partem recitaverint, toties quoties id egerint, sexaginta
millia aenorum, & totidem quadragenæ Indulgentiarum de injunctis sibi pœnitentiis relaxantur; in eadem Bulla iisdem Confratribus, & Confororibus, nunc, & pro tempore existentibus
verè pœnitentibus, ac ob Beatissimæ Virginis Mariæ reverentiam Rosarium deferentibus, præfatus Innocentius 100. annos,
& totidem quadragenas Indulgentiarum de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer indulget. Insu per iisdem Confratribus,
si nomen Iesu in fine cujuslibet Angelicæ Salutationis nominaverint, quinque annos, & totidem quadragenas similiter concedit.

Quartò. Franciscus de Claro monte tituli S. Stephani in Cœlio monte S. R. E. Præsbiter Cardinalis Rosarii Societatem, in Biterrensi civitate institutam, auctoritate Apostolicâ sibi concessâ, approbavit, confirmavit, & ratificavit, ejusque Confratribus, & Confororibus, quotiescumque per se vel per alium B. M. V. Rosarium, quod 50. Ave Maria continet, & 5. Pater noster, continuè legerint, vel legi fecerint, 100. dies Indulgentiarum largitus est, & F. Antoniò Curone in Theologia Præsentatō Rosarium idem prædicante, omnibus Christi fidelibus sermonem ejus audientibus, 100. dies pro qualibet vice de injunctis pœnitentiis relaxavit.

Quintò. Raymundus titulô S. Mariæ Novæ Cardinalis, per Germaniam S. Sedis Legatus, concedit Confratribus, & Confororibus Rosarii Confraternitatis Coloniensis, quoties Rosarium recitaverint, 100. dies Indulgentiarum. Quod confirmavit Leo X. in præfata Bulla: *Pastoris eterni*.

359 „ Sexto. Confratribus, & Confororibus dictæ Confraternitatis, Coloniæ institutæ, verè pœnitentibus, & confessis, seu confitendi propositum habentibus, quiter in hebdomada Rosarium devotè recitaverint, pro qualibet vice 10. annos, & totidē quadragesimas de injunctis pœnitentiis relaxat Leo X. in præfata Bulla: *Pastoris æterni.*

360 „ Septimò. Adrianus VI. in Bulla, quæ incipit: *Illijs, qui Domini nuncum gregem,* die 1. Aprilis anni 1523. omnibus Confratribus oppidi de Victoria Diœcesis Calaguritanæ, qui in Capella SS. Rosarii, aut in quacunque parte ipsius Ecclesiæ, ex qua Alterare dictæ Capellæ conspici possit, recitaverint singulis diebus tertiam partem Rosarii pro qualibet die, quā id fecerint, ut præferratur, 50. annos de injunctis pœnitentiis pariter relaxat. Clemens autem VII. in Bulla incipiente: *Considerantes,* die 6. Aprilis 1524. & in alia, quæ incipit: *Ineffabilia,* die 23. Martii anno 1529. concedit eandem Indulgentiam Confratribus dictæ Confraternitatis, qui extra Civitatem prædictam existentes, in aliqua Ecclesia, seu Oratorio cujusvis loci, tertiam Rosarii partem devotè recitaverint.

361 „ Octavò. Clemens VII. in Brevi: *Eis temporalium 8. Martii* 1534. addidit 2. annos Indulgentiarum Confratribus institutarum Confraternitatum pro quolibet ex tribus diebus hebdomadæ, in quo tertiam partem Rosarii recitabunt, dummodo in septimanâ integrum Rosarium recitent. Cum enim ad lucrandam Indulgentiam, à Sixto IV. concessam, necessarium esset unus die totum Rosarium recitare, voluit Clemens præfatus, sufficere ad prædictum effectum recitare integrum Rosarium in una septimanâ, assignans pro diebus diem, & pro pluribus vicibus unam vicem. Et cum prædicta Bulla publicata non fuerit vivente Clemente, publicata fuit per Paulum III. in Brevi, quod incipit. *Rationi congruit,* die 3. Novemb. 1534.

362 „ Nonò. Pius V. Confratribus Confraternitatum SS. Rosarii erectarum per Fratrem Ambrosium Salvio de Balneolo Ordinis Prædicatorum, quoties devotè recitaverint Rosarium reliquis anni diebus (exceptis diebus Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, & Purificationis B. M. V. in quibus major acquiritur Indulgentia) concessit 40. dies Indulgentiarum, prout constat ex Brevi, quod incipit: *Injunctum nobis,* 14. Junii 1566.

363 „ Decimò. Ex ejusdem Pontificis concessione in Brevi: *Conseruerunt,* 17. Septemb. 1569. Confratres Confraternitatum recte-

„ rectorum, & per deputatos à Magistro Generali, vel Vicario
 „ Generali pro tempore descripti, si devotè recitaverint Rosari-
 „ um integrum qualibet septimanâ, lucrantur Indulgentiam 7.
 „ annorum, & totidem quadragenarum de pœnitentiis injunctis.

„ Undecimò. Clemens IX. denique in Brevi: *Exponi nobis, die 364*
 „ 22. Febr. 1668. elargitur Confratribus Confraternitatum ere-
 „ ãtarum, & erigendarum in futurum in Indiis, Regi Hispaniarū
 „ subiectis, integrum Rosarium recitantibus, omnes, & singulas
 „ Indulgentias, quibus ex A postolica concessione fruuntur omnes
 „ Christi fideles in regnis Hispaniæ, recitantes Coronam Beatifi-
 „ simæ Virginis.

C A P U T IV.

„ Indulgentiæ, quas Confratres in particularibus an-
 „ ni diebus recitantes Rosarium lucrantur.

„ Primò. Alexander Episcopus Foroliviensis in Germania lega- 365
 „ tus 100 dies Indulgentiæ concedit omnibus, & singulis Con-
 „ fratribus Confraternitatis Coloniensis, dicentibus tertiam par-
 „ tem Rosarii in 5. Festivitatibus B. Virginis, videlicet Annun-
 „ ciationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis, & Purifica-
 „ tionis, uti constat ex præfata Bulla Leonis X. *Pastoris æterni*.

„ Secundò. Innocentius VIII. anno 1484. 15. Octob. vivæ vocis 366
 „ oraculō concessit omnibus Confratribus Confraternitatis SS.
 „ Rosarii, recitantibus Rosarium per hebdomadam, Indulgenti-
 „ am plenariam, & omnium peccatorum remissionem, applican-
 „ dam à Confessario, secundum eorum arbitrium eligendō, semel
 „ in vita, & semel in mortis articulo, quam Indulgentiam Leo X.
 „ in præfata Bulla: *Pastoris æterni*, confirmat.

„ Tertiò. Sextus IV. in Bulla incipiente: *Pastoris æterni*, die 367
 „ 29. Maij 1478. elargitur 7. annos, & totidem quadragenas Con-
 „ fratribus Confraternitatis Coloniensis verè pœnitentibus, &
 „ confessis, dictam Confraternitatem servantibus, qui integrum
 „ Rosarium recitaverint, in diebus festis Nativitatis, Annuncia-
 „ tionis, & Assumptionis Beatissimæ Virginis, sicut refert, & con-
 „ firmat Leo X. in præfata Bulla: *Pastoris æterni*.

„ Quartò. Pius V. in præfato Brevi: *Injunctū nobis*, concedit 368
 „ omnibus Confratribus Confraternitatum Rosarii institutarum,
 „ & instituendarum à Fratre Ambroſio Salvio de Balneolo, qui
 „ corde contriti, confessi, devotèque communicati in die, & festi-
 „ vitate Annunciationis devote Rosarium recitaverint Indulgen-
 „ tiam

„ tiam plenariam. Diebus verò Assumptionis, Nativitatis, & Purificationis 10. annos, & totidem quadragenas.

369 „ Quintò. Idē Pontifex in dicto Brevi præfatis Confratribus,
„ quoties nomen D. N. IESU Christi, & ejusdem Beatissimæ Virginis Mariæ Matris suæ, tam intus, quam extra dictum Rosarium
„ um piè & devotè nominaverint, seu invocaverint, 7. dies de injunctis pœnitentiis relaxat.

370 „ Sextò. Præterea Pius V. in Brevi, quod incipit: *Consueverunt*, concedit omnibus Confratribus Confraternitatum, erraticum à deputatis per Magistrum Generalem vel Vicarium Generalis, pro tempore descriptis, qui in diebus Resurrectionis Domini, Annunciationis, & Assumptionis B. V. communicati, ut suprà c. 2. n. 2. dictum est, tertiam partem Rosarii recitavere, 10. annos, & totidem quadragenas.

371 „ Septimò. Præterea iisdem Confratribus, tertiam partem Rosarii ad minus recitantibus in reliquis diebus festis D. N. IESU Christi, & B. V. Mariæ, in quibus sacra Rosarii Mysteria recensentur, 7. annos, & totidem quadragenas de injunctis pœnitentiis relaxat.

C A P U T V.

„ Indulgenciarum, quas lucrantur Confratres SS. Rosarii processionem associantes, fieri solitam primâ Dominicâ cujus libet mensis, & diebus festis B. V.

372 „ **P**rimò. Pius V. in præfato Brevi: *Consueverunt*, omnibus, & singulis utriusque sexūs Christi fidelibus, etiam non Confratribus, qui processioni SS. Rosarii, quæ qualibet primâ Dominicâ mensis fieri consuevit, devotè interfuerint, 7. annos, & 7. quadragenas de injunctis pœnitentiis relaxat.

373 „ **S**ecundò. Confratres processionem, debitâ diebus faciendam, associantes, 100. dies Indulgenciarum consequuntur ex concessione Gregorii XIII. Confratribus Rosarii Civitatis Papiensis, facta in Brevi, quod incipit: *Cum sicut*, die 3. Jan. 1579. Præterea idem Gregorius in Brevi: *Pastoris æterni*, die 5. Maii 1581. concessit Indulgenciam plenariam omnibus Confratribus verè pœnitentibus, & confessis, ac communicantibus, qui processioni primâ Dominicâ cujuslibet mensis interfuerint. Insuper Confratres, qui propter infirmitatem, aut aliud legitimum impedimentum processionibus prædictis adesse nequiverint, si confessi, & sanctissimâ communione refecti Rosarium devotè recitaverint,

„ rint, aliásque preces pro S. Matris Ecclesiæ exaltatione, hære-
 „ sum extirpatione, ac pace inter Principes Christianos concili-
 „ anda, & conservanda fuderint, easdem Indulgentias consequen-
 „ tur, quas consequerentur, si ipsis processionibus personaliter
 „ interessent ex concessione ejusdem Gregorii in Brevi: *Cupien-*
 „ *tes*, die 24. Decemb. 1583.

„ Tertiò. Eandem plenariam Indulgentiam assequuntur 374
 „ Confratres, & Consorores Confraternitatum Rosarii verè pœ-
 „ nitentes, & confessi, ac sacrâ communione refecti, qui proces-
 „ sioni primâ Dominicâ mensis peragendæ intersunt, & pro Chri-
 „ stianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & S.
 „ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effundunt, ex
 „ concessione Pauli V. in Brevi, quod incipit: *Piorum bominum*, die
 „ 15. Aprilis 1608.

„ Quartò. Pius IV. eandem etiam Indulgentiam plenariam 375
 „ concessit Confraternitati SS. Rosarii, institutæ in Ecclesia S.
 „ Mariæ super Minervam in Urbe, in Bulla incipiente: *Dum pœ-*
 „ *clara*, die 28. Febr. 1561. omnibus Confratribus, & Consorori-
 „ bus SS. Rosarii verè pœnitentibus, & confessis, vel firmum pro-
 „ posatum, temporibûs statutis confitendi habentibus, qui proces-
 „ sionem associaverint in dicta Ecclesia fieri solitam in festivitati-
 „ bus, & solemnitatibus gloriose Virginis Mariæ, videlicet Pu-
 „ rificationis, Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Na-
 „ tivitatis, Præsentationis, & Conceptionis.

„ Quintò. Gregorius XIII. in Brevi: *Ad augendam*, 24. Octob. 376
 „ 1577. elargitur Indulgentiam plenariam Confratribus Confra-
 „ ternitatis Rosarii, eretæ in Ecclesia S. Dominici Bononiæ, ve-
 „ rè pœnitentibus, & confessis, ac S. communione refectis, qui
 „ singulis annis solemnni processioni primâ Dominicâ cujuslibet
 „ mensis, in dicta Ecclesia celebrandæ, interfuerint, & Capel-
 „ lam SS. Rosarii devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum
 „ Principum concordia, & unione, ac hæresum extirpatione,
 „ Sanctæque Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces ef-
 „ fuderint.

C A P U T VI.

„ Indulgentiæ pro Confratribus visitantibus Ca-
 „ pellam SS. Rosarii.

„ Primò. Pius IV. in præfata Bulla: *Dum pœclara*, concedit 377
 „ Indulgentiam plenariam ijs, qui verè pœnitentes, & confes-

194. *Caput IX. In quo exhibentur Bullæ*
„ si, vel firmum propositum confitendi habentes, statutis ab Ec-
„ clesia temporibus, devotè visitaverint Capellam SS. Rosarii in
„ Ecclesia S. Mariæ super Minervam de Urbe in festis B. Virgi-
„ nis, videlicet Purificationis, Annunciationis, Visitationis, Af-
„ sumptionis, Nativitatis, Conceptionis, & Præsentationis à pri-
„ mis Vesperis usque ad occasum solis dictarum festivitatum.

378. Secundò. Gregorius XIII. in Brevi: *Ad augendam*, 12.
„ Martii 1577. concessit plenariam Indulgentiam Confratribus
„ Confraternitatis SS. Rosarii, institutæ in Ecclesia Prædicatorum
„ Cremonæ, qui verè pœnitentes, & confessi, nec non S. commu-
„ nione refecti, devotè visitaverint Cappellam Rosarii prima Do-
„ minicâ cujuslibet mensis, & omnibus festis Beatissimæ, & Glo-
„ riosissimæ Virginis, ibique pias ad Deum preces effuderint pro
„ Christianorum Principum concordia, extirpatione hæresum,
„ & S. Matris Ecclesiæ exaltatione.

379. Tertiò. Idem Pontifex in Brevi: *Ad augendam*, die 24.
„ Octob. 1577. Indulgentiam plenariam concessit cuilibet Con-
„ fratri Confraternitatis Rosarii, eretæ in Ecclesia S. Dominici
„ Bononiæ, qui pœnitens, & confessus, ac sanctissima communio-
„ ne refectus Cappellam Rosarii S. Dominici de Bononia in sin-
„ gulis festivitatibus B. Virginis devotè visitaverit, atque ut su-
„ prâ oraverit.

380. Quartò. In alio brevi incipiente: *Cum sicut*, 3 Jan. 1579.
„ idem Gregorius elargitur Confratribus Confraternitatis ere-
„ tæ in Ecclesia Prædicatorum Civitatis Papien. pro quolibet
„ die, quô visitaverint Cappellam, seu Altare SS. Rosarii in
„ præfata Ecclesia, 100. dies Indulgentiæ, orandò Deum, ut
„ suprà. Insuper concedit Indulgentiam plenariam Confratribus
„ ejusdem Confraternitatis Papiensis, qui devotè visitaverint
„ dictum Altare, seu Cappelam in præfata Ecclesia tertią Domi-
„ câ Aprilis, & primâ Octobris à primis Vesperis usque ad occa-
„ sum solis, dummodo verè pœnitentes, & confessi, ac S. comu-
„ nione refecti, ut præfertur, oraverint.

381. Quintò. Idem Gregorius in Brevi: *Exponi nobis*, 1. Octob.
„ 1577. concedit Indulgentiam plenariam omnibus, & singulis
„ utriusque sexûs Christi fidelibus, qui verè pœnitentes, & con-
„ fessi primâ Dominicâ mensis Octobris devotè visitaverint à pri-
„ mis Vesperis usque ad occasum solis ejusdem Dominicæ, Eccle-
„ siam S. Mariæ super Minervam de Urbe, & ibi pro Principum
„ concordia &c. pias ad Deum preces effuderint.

Sexto. Præterea idem Pontifex in Brevi: *Pastoris æterni*, die 382.
 „ 5. Maii 1581. Indulgentiam plenariam concedit omnibus Confratribus erectorum Confraternitatum Rosarii, qui verè pœnitentes, & confessi, ac sacratissimâ communione refecti, devo-
 „ tè visitaverint Capellam SS. Rosarii illis diebus, quibus aliqua
 „ Mysteria Rosarii celebrantur, & processioni primæ Dominicæ
 „ cujuslibet mensis interfuerint.

Septimo. Clemens VIII. in Brevi: *Salvatoris, & Domini no-* 383
 „ stri, 13 Jan. 1592. elargitur plenariam Indulgentiam Confratri-
 „ bus Confraternitatis Rosarii erectorum in Ecclesia Prædicatorum
 „ Divioni, verè pœnitentibus, & confessis, ac S. communione re-
 „ fectis, qui devotè visitaverint Cappellam, seu Altare Rosarii
 „ dictæ Ecclesiæ in qualibet prima Dominica mensis Octob. à pri-
 „ mis vesperis usque ad occasum solis, ac inibi pias ad Deum preces
 „ effuderint, pro Sedis Apostolicæ, & fidei Catholicæ exaltatione,
 „ & hæresum extirpatione, nec non pacis inter Principes Christi-
 „ annos conservatione, aut alias, prout unicuique suggeret devotio.

Ottavò. Insuper in eodem Brevi concedit eisdem Confratri- 384
 „ bus 7. annos, & totidem quadragenas Indulgentiæ, qui verè
 „ pœnitentes, confessi, & devotè communicati, ultra festum
 „ Paschatis Resurrectionis in diebus festis Pentecostes, Assump-
 „ tionis B. Virginis, nec non omnium Sanctorum, & Nativitatis
 „ D. N. Iesu Christi Cappellam, aut Altare SS. Rosarii visitave-
 „ rint, & Deum, ut præfertur, oraverint.

Nono. Idemmet Clemens VIII. in Bulla incipiente: *Desalu-* 385
 „ tegregis, die 18. Jan. 1592. Confratribus, & Consororibus SS.
 „ Rosarii Confraternitatis erectorum in Civitate Utinensi, verè pœ-
 „ nitentibus, & confessis, ac communione sacrâ refectis, qui in
 „ festivitate Assumptionis B. Virginis singulis annis devotè visi-
 „ taverint Ecclesiam dictæ Confraternitatis à primis Vesperis us-
 „ que ad occasum solis, ibique aliquas preces effuderint pro exal-
 „ tatione S. Matris Ecclesiæ, extirpatione hæresum, reductione
 „ hæretorum, & conversione infidelium, & pro conservatione
 „ pacis, concordiæ, & unionis inter Principes Christianos, quo-
 „ ties id egerint, Indulgentiam plenariam concedit. Præterea in
 „ eadem Bulla iisdem Confratribus, qui verè pœnitentes, con-
 „ fessi, & communicati devotè visitaverint prædictam Ecclesiam in
 „ solemnitatibus Conceptionis, Nativitatis, Annunciationis, &
 „ Visitationis Gloriosæ Virginis Mariæ, & oraverint, ut supra, 7-
 „ annos, & septem quadragenas Indulgentiæ elargitur.

C A P U T VII.

„ Indulgentiæ, quas Confratres, & Consorores SS.

Rosarii lucrantur, pia opera exercentes.

386 „ **P**rimò. Alexander Episcopus Foroliviensis Legatus Apostoli-
„ cus per Germaniam concessit 40. dies Indulgentiæ de injunc-
„ tis sibi pœnitentiis omnibus Confratribus Confraternitatis Ro-
„ sarii erectæ Coloniæ, qui Sabbathis, & festivis diebus interfue-
„ rent, dum cantatur *Salve Regina* post Completorium coram Al-
„ tari B. Virginis, ubi prædicta Confraternitas instituta est, quam
„ concessionem confirmavit Leo X. in præfata Bulla: *Pastoris
eterni.*

387 „ **S**ecundò. Gregorius XIII. in præfato Brevi: *Cum sicut acce-
„ pimus*, 3. Jan. 1579. Confratribus Confraternitatis SS. Rosarii
„ Papiæ relaxat 100. dies de injunctis eis, seu quomodolibet debi-
„ tis pœnitentiis, qui Vexillum SS. Rosarii associauerint, quando
„ corpora mortuorum Confratrum deferuntur ad sepulturam, &
„ interfuerint Anniversariis pro animabus defunctorum Confra-
„ trum celebrandis, & ibi pro Christianorum Principum concor-
„ dia &c. vel aliâs oraverint, vel infirmos Confratres ad Eccle-
„ siastica Sacra menta sumenda hortati fuerint, & visitaverint.

388 „ **T**ertiò. Clemens VIII. in Brevi: *Saluatoris*, die 13. Jan.
„ 1592. Confratribus Confraternitatis SS. Rosarii erectæ in Ec-
„ clesia Prædicatorum Oppidi Divoneensis, qui Divinis officiis,
„ per illos Confratres, seu ex eorum instituto, in dicta Capella
„ decantandis, ac congregationibus publicis, vel secretis, pro feli-
„ ci direktione dictæ Confraternitatis habendis, interfuerint, at-
„ que associauerint sanctissimum Sacramentum, dum ad aliquem
„ infirmum deferi contigerit, ac qui legitimè impedit hoc face-
„ re nequiverint, campanæ ad id signo datò, genuflexi, si potue-
„ rint, orationem Dominicam pro eodem infirmo recitaverint,
„ nec non cujuscunque Confratris cadauer ad sepulturam Eccle-
„ siasticam associauerint, vel eos in eorum infirmitatibus visita-
„ verint, vel consolati fuerint, ac orationem Dominicam quinqui-
„ es, & toties Angelicam Salutationem coram imagine sanctissimi
„ Crucifixi in honorem 5. plagarum D. N. IESU Christi pro ani-
„ mabus eorundem Confratrum, in Christi charitate defunctorum,
„ recitaverint; quoties aliquod premissorum fecerint, 60.
„ dies de injunctis eis, aut aliâs quomodolibet debitâs pœnitentiis
„ relaxar.

Quartò. Idem in Brevi : *Ineffabilia Dei Genitricis*, die 12. Febr. 389.

„ 1598. Confratribus Confraternitatis SS. Rosarii eretæ in Ecclesia S. Pauli Vallisoleti Ordinis Prædicatorum 100. dies, quoties verè pœnitentes, & confessi, seu à jure statutis temporibus firmum confitendi propositum habentes, antiphonæ : *Salve Reginæ* in præfata Ecclesia post Completorium decantari solitæ, interfuerint in festivitatibus autē B. Virginis, nec non SS. Apostolorum, & Sanctorum dicti Ordinis, & quando ipsi Confratres juxta statuta dictæ Confraternitatis cum cereis accensis adesse tenentur, eisdem Confratribus, ut præfertur, interessentibus tres annos, & totidem quadragesas de injunctis eis, aut quomodolibet debitibus pœnitentiis relaxat. Illis autem Confratribus, qui pro solemnitate, à dicta Confraternitate celebrari solita, Dominicâ infra octavam Nativitatis B. Virginis, ornandis Altaribus, vel Ecclesiæ præparandæ vacaverint, aut ornamenta, ad Divinum cultum spectantia, miserint, 100 dies Indulgenciarum concedit, extendens suprà dictas Indulgencias ad infirmos, mulieres gravidas, & legitimè impeditos, qui flexis genibüs prædictam Antiphonam : *Salve Reginæ*, coram Altari, vel imagine B. Virginis devotè recitaverint : qui autem Confratrem infimum visitaverint, aut corpus defuncti Confratriss ad dictam Ecclesiam associaverint, tres annos, & totidem quadragesas de injunctis eis, aut quomodolibet debitibus pœnitentiis.

Quintò. Idem Pontifex in Bulla : *De salute gregis*, die 15. Febr. anno 1592. Confratribus Confraternitatis SS. Rosarii eretæ in Ecclesia Prædicatorum Utini, quoties interfuerint Divinis Officiis, aut Missis, quæ celebrantur in dicta Ecclesia, vel intuitu, vel ex instituto, aut consuetudine dictæ Confraternitatis, aut hospitio pauperes peregrinos exceperint, aut eleemosynis, vel officiis adjuverint, aut pacem cum inimicis compoſuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, ac etiam corpora defunctorum tam Confratrum, quam aliorum ad sepulturam assūciaverint, aut infirmos consolati fuerint, aut processiones ordinarias, tam Confraternitatis, quam alias qualcunque, de licentia Ordinarii celebrandas, sanctissimum Sacramentum tam in processionibus, quam ad infirmos, vel qvovis modō delatum, comitati fuerint, seu impediti per alium vel alios associari fecerint, vel campanæ ad id signo datō genuflexi, semel orationem Dominicam, vel Salutationem Angelicam pro animabus Confratrum defunctorum recitaverint, aut devium ali-

„ aliquem ad viam salutis reduxerint, aut ignorantes præcepta
 „ Dei, & alia ad salutem necessaria docuerint, aut quocunque
 „ aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, quoties præmis-
 „ sa, vel aliquod præmisorum egerint, 60. dies de injunctis eis,
 „ aut quomodolibet debitibus pœnitentiis relaxat.

„ Sexto. Rursus Gregorius XIII. in Brevi: desiderantes, 22. Mart.
 „ 1580. Confratribus Confraternitatum SS. Rosarii institutarū in
 „ Ecclesiis FF. Prædicatorū Provinciae S. Jacobi novæ Hispaniæ in
 „ Indiis, & omnibus Christi fidelibus, qui verè pœnitentes, confes-
 „ si, ac S. communione refecti, devotè visitaverint dictas Ecclesi-
 „ as diebus festis Patroni earundem respectivè, & in solemnitate
 „ corporis Christi, Indulgentiam plenariam concedit. Insuper
 „ omnibus Confratribus, qui Sabbathis in quadragesima assistent
 „ Missæ, & concioni B. Virginis, ac dum cantatur Antiphona:
 „ *Salve Regina*, concedit unius anni Indulgentiam. Præterea
 „ quando ex eleemosynis Confraternitatis SS. Rosarii virgines
 „ matrimonio junguntur, tam ipsis, quam ipsarum maritis, &
 „ Confratribus, SS. Rosarii processioni interessentibus, 5. annos
 „ Indulgentiæ elargitur. Denique Confratribus & Consororibus,
 „ associantibus processionem, quæ fit singulis Sabbathis, aut semel
 „ in mense per Ecclesiæ, vel claustrum dictarū domorum, in suffra-
 „ gium mortuorum, 8. annos Indulgentiæ de injunctis, aut aliâs:
 „ quomodolibet debitibus Indulgentiis relaxat.

C A P U T VIII.

„ Indulgentiæ, quas consequuntur Confratres, &
 „ Consorores SS. Rosarii visitantes 5. Altaria..

392 „ **L**eo X. instituit, & concessit, ut quilibet Confrater Confra-
 „ ternitatis SS. Rosarii, canonice in quacunque Ecclesia Or-
 „ dinis Prædicatorum eret, 5. Altaria visitando. cujuscunque
 „ Ecclesiæ, aut unum, vel duo quinques, si quinque defuerint,
 „ easdem Indulgentias integraliter consequatur, ac si omnes al-
 „ mæ Urbis stationes peregrinando circumiret, quam concessio-
 „ nem confirmat, & approbat Clemens VII. in Brevi: *Etsi tem-
 „ porarium, quod Paulus III. in Brevi: Rationi congruit, 3. No-
 „ vemb. 1534. publicavit.*

C A P U T I X.

„ Indulgentiæ, quas lucrantur Confratres, & Con-
 „ forores, peccata sua confitendô, & communicandô aliquibûs
 „ Dominicis anni.

„ **P**rimò. Gregorius XIII. in Brevi, quod incipit: *Ad augendam, 393*
 „ pro Confraternitatibus institutis in Ecclesiis Prædicatorum
 „ Provinciæ utriusque Lombardiae die 8. Novemb. 1578. & in alio
 „ simili pro Provincia Romana anno 1579. die 29. Augusti, con-
 „ cedit plenariam Indulgenciam omnibus Confratribus, & Con-
 „ sororibus SS. Rosarii, qui verè pœnitentes, & confessi, ac de-
 „ votè in dictis Ecclesiis primis Dominicis diebus cuiuslibet men-
 „ sis Sacram Communionem sumperint, ibique pro extirpatione
 „ hæresum, pro pace inter Principes Christianos, & S. Matris Ec-
 „ clesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quam Indul-
 „ gentiam extendit ad Confratres infirmos, qui ad easdem Eccle-
 „ sias, seu quamlibet earum accedere non valentes, præviâ confes-
 „ sione, & communione domi suæ ante devotam imaginem devo-
 „ tè Rosarium, seu coronam, aut septem Psalmos, qui legere sci-
 „ unt, recitaverint.

„ Secundò. Clemens VIII. in Brevi: *Ineffabilia Gloriosa Vir- 394*
 „ ginis 12. Febr. 1598. Confratribus Confraternitatis SS. Rosarii
 „ erectæ in Ecclesia S. Pauli Vallisoleti Ordinis Prædicatorum,
 „ qui Dominicâ infra Octavam Nativitatis B. Virginis solemni-
 „ ter hujusmodi festivitatem celebrare volunt, si verè pœniten-
 „ tes, & confessi eadem die annis singulis SS. Eucharistiaæ Sacra-
 „ mentum percepient, & Altissimo preces pro Universalis Eccle-
 „ sia, & Romani Pontificis statu fuderint, plenariam suorum
 „ peccatorum Indulgenciam concedit.

„ Tertiò. Gregorius XIII. in Brevi, quod incipit: *Desideran-* 395
 „ *tes, 22. Martii 1580. Confratribus, & Consororibus Confraterni-
 „ tatum jam erectorum in Ecclesiis FF. Prædicatorum Provin-
 „ ciæ S. Jacobi novæ Hispaniæ in Indiis, qui primâ Dominicâ
 „ Octobris verè pœnitentes, & confessi alicui Confessario dicti Or-
 „ dinis, S. Eucharistiam sumperint in præfatis Ecclesiis, in qui-
 „ bus instituta est Confraternitas SS. Rosarii, plenariam Indul-
 „ gentiam elargitur.*

C A P U T X.

„ Indulgenciarum, quibus fruuntur Confratres, &
„ Conforores SS. Rosarii in mortis articulo.

396 „ Primo. Supradicimus, quod Confratres, & Conforores SS.
„ Rosarii respectivè ex concessione Innocentii VIII. & Leo-
„ nis X. qui per septimanam Rosarium recitaverint, consequan-
„ tur semel in vita, & semel in morte Indulgenciam plenariam,
„ & Pius V. in Brevi: *Conseuerunt*, Indulgenciam plenariam con-
„ cedit Confratribus Confraternitatum erectarum in articulo
„ mortis constitutis, confessis, & per modum viatici sacrâ commu-
„ nione refectis.

397 „ Secundò. Adrianus VI. in Bulla: *Illiis, qui Dominicum gre-*
„ *gem, die 1. Aprilis anno 1523.* plenariam Indulgenciam conce-
„ dit Confratribus Confraternitatis SS. Rosarii erectæ in Ecclesia
„ Prædicatorum Victoriarum (verè pœnitentibus, & confessis, vel fir-
„ mum propositum confitendi habentibus) qui in mortis articulo
„ in manibus tenentes circum benedictum Confraternitatis in ho-
„ norem Virginis Mariæ ex hac luce migraverint, si ante eorum
„ obitum Rosarium semel duntaxat recitaverint. Quam Indul-
„ gentiam confirmavit Clemens VII. in præfata Bulla: *Ineffa-*
„ *bilia &c.*

398 „ Tertiò. Clemens VIII. in Brevi: *Salvatoris, 13. Jan. 1592.*
„ Confratribus Confraternitatis SS. Rosarii institutæ Divioni,
„ qui verè pœnitentes, & confessi, ac S. communione refecti,
„ plium nomen JESU corde, si ore nequierint, in mortis articulo
„ invocaverint, plenariam Indulgenciam elargitur.

„ Quartò. Et in Brevi: *ineffabilia Glorioæ, 12. Febr. 1598.* Con-
„ fratribus Confraternitatis SS. Rosarii erectæ in Ecclesia S. Pauli
„ Vallisoleti, si in articulo mortis recipiendō SS. Ecclesiæ Sacra-
„ menta, & Ecclesiæ Romanæ fidem profitendō, Antiphonam &
„ *Salve Regina* dixerint, & B. Virgini se commendaverint, Indul-
„ gentiam plenariam concedit.

399 „ Quinto. Idem in Bulla, quæ incipit: *De salute gregis, 18. Jan.*
„ *1592.* Confratribus, & Confororibus Confraternitatis SS. Ro-
„ sarii Utini erectæ, verè pœnitentibus, & confessis, ac S. Com-
„ munione refectis, qui in articulo mortis SS. nomen JESU corde,
„ si ore nequierint, invocaverint, vel aliquod contritionis signum
„ dederint, Indulgenciam plenariam concedit.

Sexto

Sexto. Clemens X. in Brevi: Cœlestium munerum, 16. Feb. anno 401
 „ ni 1671. Sacerdotibus Secularibus, aut Regularibus, quibus licet
 „ citum fuerit juxta Constitutiones, & decreta Sedis Apostolicæ
 „ celebrare Missam SS Rosarii, eandem celebrandò, sicut & omnibus
 „ Religiosis & Sanctimonialibus, etiam Tertiis Ordinis Prae-
 „ dicatorum, & omnibus Confratribus, & Consororibus cuiuscun-
 „ que Confraternitatis SS. Rosarii jam erectæ, aut erigendæ in
 „ futurum in quounque loco, qui verè pœnitentes, & confessi,
 „ vel firmum confitendi habentes propositum, prædictæ Missæ
 „ devotè interfuerint, ibique pro pace inter Principes Christianos,
 „ hæresum extirpatione, & exaltatione S. Matris Ecclesiæ orave-
 „ rent, quoties id egerint, impertitur omnes Indulgencias, pec-
 „ catorum remissiones, & pœnitentiarum relaxations, quas Con-
 „ fratres, & Consorores dictæ Confraternitatis integrum Rosari-
 „ um recitandò, ex Sedis Apostolicæ concessione assequuntur.

Septimo. Idem Pontifex in eodem Brevi omnibus, & singulis prædictis, qui soliti fuerint dictam SS. Rosarii Missam celebra- 402
 „ brare, ut dictum est, aut eidem assistere, si verè pœnitentes, confessi, & communicati oraverint, sicut dictum est, concedit, ut omni mense easdem similiter consequantur Indulgencias, peccatorum remissiones, & pœnitentiarum relaxations, quas con- sequuntur Confratres, & Consorores dictarum Confraternita- tum, assistendò processioni SS. Rosarii qualibet primâ Dominica mensis.

Ottavo. Præterea idem sumus Pontifex in eodem Brevi con- 403
 „ cedit, ut omnes hæ Indulgenciarum, peccatorum remissiones, & pœnitentiarum relaxations, possint per modum suffragii animabus defunctorum applicari.

C A P U T XI.

Quomodo omnes prædictæ Indulgenciarum ad infir-

mos, ac legitimè impeditos extendantur.

Præterea, quæ capite 5. & 9. diximus, sciendum, Sextum V. 404
 „ in præfato Brevi: *Dum ineffabilia, Confratribus Confrater-*
 „ *nitatum tam haec tenus erectorum, quam imposterum erigendarum*
 „ *itinerantibus, navigantibus & servientibus, totum Rosarium, infir-*
 „ *mis vero, aut alias legitimè peditis tertiam ejus partem devote*
 „ *recitantibus, nec non temporibus debitissimis, & ab Ecclesia statutis*
 „ *confitendi, & communicandi firmum propositum habentibus,*
 „ *qui Cappellam Rosarii in Ecclesia S. Mariæ super Minervam*

„ Ordinis Prædicatorum Romæ, aut alias Ecclesiæ, vel Cappellæ, ubicunque diæ Confraternitas canonice eretæ fuerit, ijs diebūs, quibūs festa Mysteriorum Rosarii celebrantur, visitare, & processioni, quæ primâ Dominicâ cujuslibet mensis fieri solet, interesse non potuerint, plenariam Indulgentiam concedere, & elargiri, illisque communicare omnes, & singulas Indulgentias, peccatorum remissiones, etiam plenarias concessas, & concedendas in futurum omnibus Contratribus, & Consororibus in præfatis diebus Cappellas, seu Ecclesiæ Rosarii visitantibus, ac diæ processioni interessentibus, perinde ac si iisdem diebūs dictas Cappellas, seu Ecclesiæ personaliter visitarent, & processionibus hujusmodi interessent: advertant nihilominus Confratres, ut debitâ contritione muniantur.

C A P U T . XII.

Indulgentiæ pro defunctis.

405 „ PRIMÒ. Gregorius XIII. in Bulla, quæ incipit: *Omnium sa-
luti, 30. Octob. 1582.* concedit Ecclesiæ Prædicatorum Loci
„ Racconisij, ubi est Altare SS. Rosarii, quod non est Altare ma-
„ jus, indultum Altaris privilegiati, quoties ab aliquo dictæ do-
„ mîs Sacerdote duntaxat Missa defunditorum celebrabitur pro
„ anima cujuscunque fidelis defuncti Confratris SS. Rosarii.

406 „ Secundò. Clemens X. concedit omnes Indulgentias, capitu-
„ lō 10. n. 6. recensitas, posse applicari per modum suffragii ani-
„ mabus defunditorum.

407 „ Tertiò. Præterea Innocentius XI. concessit, & indulxit in
„ perpetuum, ut omnes, & singulæ Indulgentiæ Confratribus, &
„ Consororibus Rosarii concessæ, possint ab iisdem per modum
„ suffragii applicari animabus fidelium defunditorum, quæ Deo in
„ charitate conjunctæ ab hac luce migraverint.

408 „ Forma, ut vocant, Absolutionis, seu modus impertienda
„ Indulgentiæ Confratribus Rosarii in mortis
„ articulo.

„ Confiteor. Pater spiritualis. Misereatur &c. Indulgentiam &c.
„ Dominus noster JESUS Christus Filius Dei vivi, qui B. Petro
„ Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per su-
„ am piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, & re-
„ mittat tibi omnia peccata, quæcunque, & quomodo cunque in
„ toto vitæ decursu commisisti, de quibus corde contritus, & ore
„ confessus es, restituens tibi stolam primam, quam in Baptisma-

„ te recepisti, & per Indulgentiam plenariam à summo Pontifice
 „ Innocentio VIII. (in novissimis Breviariis Ordinis nostri dicitur
 „ autem: à Summis Pontificibus Innocentio VIII. & Pio V.) Con-
 „ fratribus SS. Rosarii in articulo mortis constitutis, concessam
 „ liberet te à præsentis, ac futurae vitæ pœnis, dignetur Purgato-
 „ rii cruciatus remittere, portas Inferi claudere, Paradisi januam
 „ aperire, téque ad gaudia sempiterna perducere per sacratissima
 „ suæ vitæ, passionis, & glorificationis Mysteria, SS. Rosariò com-
 „ prehensa. Qui cum Patre & Spiritu S. Deus unus vivit, & regnat
 „ in sæcula sæculorum, Amen.

„ Die 31. Julii 1679. S. Congregatio Summarium hoc Indulgen-
 „ tiarum, à se recognitum, approbavit.

(L.S.)

A. Cardinalis Homodeus.

„ Michaël Angelus Riccius S. Congregationis Indul-
 „ gentiarum, sacrarumque Reliquiarum Secret.

„ Cùm autem sicut eadem expositio subiungebat, dictus Anto- 409
 „ nius Magister Generalis summarium hujusmodi, quod firmius
 „ subsistat, A postolicæ confirmationis nostræ patrocinio commu-
 „ niri, & aliás opportunè in præmissis à Nobis provideri, ac, ut in-
 „ frà, indulgeri plurimum desideret. Nos ipsius Antonii Magi-
 „ stri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus,
 „ favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommu-
 „ nicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sen-
 „ tentiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasio-
 „ ne, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad
 „ effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie ab-
 „ solventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus
 „ nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præin-
 „ sertum Summarium Indulgentiarum, & gratiarum spiritualium,
 „ omniaque, & singula in eo contenta authoritate Apostolicâ te-
 „ more præsentium approbamus, & confirmamus, illique invio-
 „ labilis A postolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & fin-
 „ gulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet inter-
 „ venerint, supplemus. Praterea præfato Antonio moderno, &
 „ pro tempore existenti Magistro Generali dicti Ordinis FF. Præ-
 „ dicatorum, eoque à Romana Curia absente Vicario Generali
 „ ejusdem Ordinis itidem pro tempore existenti, Confraterni-
 „ tates sub titulo SS. Rosarii hujusmodi in quibusvis mundi par-
 D d 2 tibus

» tibus, servata tamen constitutione felic. record. Clementis PP.
 » VIII. Prædecessoris nostri, quæ incipit: *Quæcunque à Sede A-*
 » *postolica &c. 7. Decem. 1604. editæ, ac decretorum hujus S.*
 » *Sedis, præsertim circa distantiam locorum, in erectione Con-*
 » *fraternitatum similis instituti servandam, emanatorum formâ,*
 » *& dispositione erigendi, & instituendi quamcumque necessari-*
 » *am, & opportunam facultatem authoritate, & tenore præfa-*
 » *tis tribuimus, & impertimur. Ac omnibus, & singulis Confra-*
 » *ternitatibus utriusque sexûs Christi fidelium sub eodem titulo*
 » *SS. Rosarii ubique locorum hactenus erectis, & in futurum*
 » *tam in præfati Ordinis, quam in aliis quibuslibet Ecclesijs, vel*
 » *Oratoriis per memoratum Magistrum Generalem, seu Vicarium*
 » *Generale, sicut præmittitur, quandocunque erigendis, illarum*
 » *que, Confratribus, & Cōsororibus ut statim, atq; canonica ipsarū*
 » *Confraternitatū erection factasuerit, etiā absque ulla Indulgen-*
 » *tiarum, & gratiarum spiritualium communicatione, vel aggre-*
 » *gatione, omnium, & singularum Indulgentiarum, etiam ple-*
 » *nariarū, & aliarum gratiarum spiritualium præfatarum partici-*
 » *pes sint, dictique Confratres, & Consorores omnes, & singulas,*
 » *etiam plenarias Indulgentias, & peccatorum remissiones, &*
 » *pœnitentiarum relaxationes, ceterasque gratias spirituales,*
 » *in Summario præinserto contentas, & expressas, servatis ta-*
 » *men, & adimplitis omnibus illis, quæ pro illarum consecutione*
 » *respectivè præscripta sunt, consequi, illisque uti, frui, & gau-*
 » *dere libere, & licite possint, & valeant, eadem authoritate*
 » *harum serie concedimus, & indulgemus. Decernentes eas-*
 » *dem præfentes litteras semper firmas, validas, & efficaces exi-*
 » *stere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri,*
 » *& obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quando-*
 » *cunque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffraga-*
 » *ri, & ab eis respectivè inviolabiliter observari, sique in præ-*
 » *missis per quoscunque judices ordinarios, & delegatos, etiam*
 » *causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri de-*
 » *bere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quâ-*
 » *vis authoritate scienter, veligoranter contigerit attentari.*
 » *Non obstantibus, quatenus opus sit, nostrâ, & Cancellariæ A-*
 » *postolicæ regulâ de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac*
 » *præfata Clementis Prædecessoris, aliisque Constitutionibus, &*
 » *ordinationibüs Apostolicis, nec non quibüsvis, etiam juramentis,*
 » *confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis, stâ-*
 » *tu-*

„ tutis, ac consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris
 „ Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet conces-
 „ sis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illo-
 „ rum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, ac
 „ de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore
 „ permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat spe-
 „ cialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis qui-
 „ buscunque. Volumus autem, ut earundem præsentium litte-
 „ rarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu ali-
 „ cujus Notarii publici subscriptis, & sigillò personæ, in Eccle-
 „ siaistica dignitate constitutæ, munitis, eadem prorsus fides ubi-
 „ que locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ
 „ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.
 „ Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscato-
 „ ris die 31. Jul. 1679. Pontificatus Nostri anno tertio.

I. G. Slusius.

§. III.

Hoc Innocentii XI. Indulgentiarum Summarium iterum Be- 410
 nedictus XIII. ex Ordine nostro ad Pontificatum assump-
 tus, in sua Bulla: *Pretiosus* anno 1727. non tantum confirmavit,
 sed novas eidem insuper gratias adjunxit, in eaque insignia privi-
 legia Ordini nostro concessit, quæ Bulla iterum sequenti anno,
 sed adjunctis quibuscum declarationibus, fuit Romæ recussa. Cum
 verò Clemens XII. anno 1732. in Brevi: *Romanus Pontifex* dictam
 Bullam *Pretiosus* utriusque editionis quoad aliqua revocaverit,
 necesse est, antequā eam apponamus, in quibus fuerit revocata, in-
 dicare. Clemens ergo XII. dictam Bullam moderatur, ac ad ter-
 minos juris communis, Concilii Tridentini, & Constitutionum
 Apostolicarum reducit, & illa Privilegia solum abrogat, quæ au-
 thoritati Episcoporum præjudicant, & primò in dicta Bulla à Be-
 nedicto Ordini conceduntur, non verò ea, quæ Ordo ante dictam
 Bullam pacifice possedit; hinc Privilegia, & gratias etiam à Bene-
 dicto primùm indultas, quæ nulli præjudicio esse possunt, quales
 sunt Indulgenciarum, intacta reliquit, prout ipse Clemens se in se-
 quenti Bulla ex parte declarat, quam sequenti anno dedit:

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

„ Cū sicut accepimus, etsi ex ipso tenore Constitutionis
 „ Nostræ tertio Kalendas Aprilis anno Incarnationis Dominicæ 411

„ 1732. quæ incipit, *Romanus Pontifex*, promulgatæ perspicuè,
 „ luculentérque appareat, per moderationē à Nobis inibi adhibitā
 „ non nisi ad terminos juris redactam fuisse inter alia Constitutionem fel. rec. *Benedicti Papæ XIII.* Prædecessoris Nostri,
 „ cuius initium est: *Pretiosus &c.* anno ejusdem Incarnationis
 „ Dominicæ 1727. septimō Kalendas Junii emanatam, ejusque
 „ declarationes, ac privilegia illa, gratias, favores, indulta, ex-
 „ emptiones, facultates, & declarationes, quæ ibidem Ordini
 „ Fratrum Prædicatorum de novo concessa fuerant: nihilominus
 „ aliqui Constitutionem nostram sinistrè, ac secus quām par est,
 „ interpretantes, plerisque lites, & controversias Fratribus præ-
 „ dictis moverint in diversis locis, ac tribunalibus, per quas privi-
 „ legia, & prærogativas, quibus iidem Fratres, priusquam ipsa
 „ Constitutio Benedicti Prædecessoris emanaret, ex aliis legitimi-
 „ mis titulis, & concessionibus Apostolicis potiebantur, aggredi,
 „ & oppugnare adnituntur; dictusque Ordo præcipue vexetur
 „ occasione celebrationis duarum Processionum, publicarūmque
 „ Supplicationum, SS n̄ mpe Eucharistiæ Scramenti, ac Rosarii
 „ B. M. V. tametsi illam SS. Eucharistiæ Sacramenti, die Domini-
 „ nicā infra octavam Corporis Christi à rec. mem. *Pio V. & Cle-*
 „ mente VIII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris
 „ juxta ejusdem Clementis Prædecessoris die 8. Martii 1597. al-
 „ teram verò Rosarii B. M. V. Dominicā primā Octobris ab ipso
 „ Benedicto Prædecessore per suas die 10. Aprilis 1725. in simili
 „ forma Brevis respectivè expeditas Litteras, nec non declaratio-
 „ nem die 18. Julii 1726. desuper editam quotannis peragendi
 „ facultas eidem Ordini disertè indulta fuerit, adeoque ante me-
 „ moratam Benedicti Prædecessoris Constitutionem, in qua, ejus-
 „ que declarationibus Ordini prædicto nihil amplius circa duas
 „ Processiones præfatas tribuitur, quām quod jam antea per eos-
 „ dem Pium, Clementem, & Benedictum Prædecessores attribu-
 „ tum fuerat: & quia mens, & intentio nostra non est, nec unquam
 „ fuit gratiis, indultis, exemptionibus, & privilegiis dicto Ordini
 „ Fratru Prædicatorum ante ennarratam Benedicti Prædecesso-
 „ ris Constitutionem concessis, præfertim respectu duarum Pro-
 „ cessionum hujusmodi aliquod vel minimum generare præjudi-
 „ cium, hinc est, quod Nos lites, & controversias præfatas è medio
 „ tollere, earūmque occasionem, & quodvis aliud in præmissis
 „ impedimentum submovere cupientes, nec non Ordinem, &
 „ Fratres prædictos specialib[us] favorib[us], & gratiis prosequi vo-
 „ leri.

„ lentes, ipsorumque Fratrum singulares personas à quibusvis
 „ Excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesia-
 „ sticis sententiis, Censuris, & penitentia jure, vel ab homine, quavis
 „ occasione, vel causa latere, si quibus quomodolibet innodatae exi-
 „ stunt, ad effectum presentium duntaxat consequendum, horum
 „ serie absolventes, & absolutas fore censentes, supradictas Cle-
 „ mentis, & Benedicti Prædecessorum Litteras, editamque ab eo-
 „ dem Benedicto Præcessore declarationem, quoad duas Pro-
 „ cessiones, publicasve Supplicationes præfatas, cum omnibus &
 „ singulis, in eisdem litteris & declaratione dispositis, & conten-
 „ tis, Authoritate Apostolica harum serie approbamus, confir-
 „ mamus, & innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmi-
 „ tatis robur adjicimus, ac illa deinceps exactè observari, atque
 „ executioni demandari, eadem Authoritate, tenore presentium
 „ præcipimus, & mandamus, decernentes præsentes litteras sem-
 „ per firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque ple-
 „ narios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Ordini, &
 „ Fratribus prædictis, aliisque, ad quos spectat, & pro tempore
 „ spectabit in omnibus & per omnia plenissime suffragari, sique
 „ in præmissis per quoscunque judices ordinarios, & delegatos
 „ etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Car-
 „ dinales etiam de Latere Legatos, Sedisque Apostolicæ Nunci-
 „ os, aliisque quoslibet quacunque præminentia, & potestate
 „ fungentes, ac functuros, sublatâ eis, & eorum cuiilibet quavis
 „ aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judi-
 „ cari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à
 „ quoquam quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contige-
 „ rit attentari, non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus,
 „ & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis, quæ
 „ in Clementis, & Benedicti Prædecessorum litteris, & declara-
 „ tione præfatis concessa sunt, non obstat, ceterisque contra-
 „ riis quibusconque. Volumus autem, ut presentium littera-
 „ rum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus
 „ Notarii publici subscriptis, & sigillō personæ in Ecclesiastica di-
 „ gnitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, &
 „ extra adhibetur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent
 „ exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem
 „ sub annulo Piscatoris die 10. Aprilis 1733. Pontificatus Nostri
 „ anno tertio.

412 Annō sequenti nempe 1734. adhuc specialiter quæsitum fuit ex S. Congregatione, an Indulgētiæ concessæ in Bulla: *Pretiosus*, sicut & Altaris Privilegiati, quas Benedictus dedit omnibus Altaribus Ecclesiarum nostrarum, sint à Clemente XII. revocatæ? Respondit 3. Aprilis negativè, ut scribit P. Bremond tom. 3. Bullarum Ordinistract. de consensu Bullarum tit. 15. q. 4. §. 3. n. 6.

§. IV.

Dixi jam §. præcedentí Bullam: *Pretiosus* Benedicti præter Indulgentias Rosarianas etiam alia privilegia Ordinis continere, quæ cùm non faciant ad propositum, ideo illis omissis, solum hanc Confraternitatem concernentia, ex illa adducam.

„ Benedictus Episcopus Servus Servorum Dei,
“ **Ad perpetuam rei memoriam.**

§. I.

413 **P**retiosus in conspectu Domini Fratrum Prædicatorum inclitus Ordo, quem Divinus Sponsus ad cumulandos dilecta Sponsæ suæ Sacrosanctæ Ecclesiæ in terris militanti cælestes triumphos excitavit, & quem Nos ab ineunte ætate Nostra expressè professi sumus, promeretur, ut ea, quæ ob innumera & indies adolescentia erga Sedem Apostolicam merita, de pluriū Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum diversis sic meritis, & ipsis exigentibüs temporibüs, gratia processerunt, in unum à Nobis redigantur, approbentur, confirmantur, & de novo, novis etiam superventis meritis concedantur, ut ex eis omnibus sic in unum redactis, debita privilegiorum amplitudo, & ex ea altitudo appareat meritorum, & Ordo ipse in Nobis filii experrus obedientiam & reverentiam, paterni nunc quoque Divinâ sic disponente bonitate, Nostri amoris affectum experiatur & liberalitatem. Hinc Nos &c.

§. IV.

314 **I**n super Indulgentias Societati SS. Rosarii ab ipso Ordinis Prædicatorum Fundatore Patre S. Dominico cum insigni animarum fructu, & Beatissimæ Mariæ Virginis honore instituti quounque & quomodounque concessas: nominatim verò à Iaudato S. Pio V. LXXXVI. — *Inter desiderabilia* — 28. Junii 1569. & Sixto V. XXI. — *Dum ineffabilia* — 30. Januarii 1586. Urbano IV. Joanne vulgo XXII. Sixto IV. Innocentio VIII.

„ VIII. Alexandro VI. Julio II. ac Leone X. (qui in Constitu-
 „ tione ILVI. — Pastoris eterni — pridie Nonas Octobris
 „ 1520. concesserat, ut Confratres, & Conforores Rosarii per
 „ Confessarium praedicti Ordinis Prædicatorum in certis diebus,
 „ ab eodem assignatis, absolvvi possent, ab omnibus casibus, & cen-
 „ suris, etiam Apostolicæ Sedi reservatis, exceptis contentis in
 „ Bulla cœnæ, eorumque juramenta quæcunque, sine præjudicio
 „ alicujus, relaxari, & vota ultramarinis, visitationis liminum
 „ BB. Apostolorum Petri, & Pauli, nec non castitatis, & religio-
 „ nis votis exceptis, in alia pietatis opera commutari, Ordinarii
 „ loci, vel cuiusvis alterius licentia desuper minimè requisitâ,
 „ quæ quidem, ut suprà, pariformiter confirmamus, innovamus,
 „ & de novo concedimus, sed intelligenda, & accipienda volumus,
 „ & declaramus juxta sancta à Clemente VIII. in Constitutione
 „ CXV. — Quæcunque à Sede 7. Decemb. 1604. § 9. nimirum, ut
 „ confessarii praedicti ab Ordinario loci, & à suis Superioribus sint
 „ approbati, neque absolvere possint à gravioribus casibus prædic-
 „ tæ Sedi reservatis, & ab ipso Clemente VIII. ibidem expressis,
 „ aut reservatis Ordinario loci, neque ab excommunicatione ab
 „ homine lata, neque dispensare valeant cum prædictis super
 „ quacunque irregularitate, ex defectu, vel delicto proveniente)
 „ Adriano VI. Clemente VII. Paulo III. Julio III. Paulo IV. Pio IV.
 „ & prædicto S. Pio V. ac Gregorio XIII. Nec non à nonnullis prædi-
 „ ctæ Sedis de latere Legatis, & Nunciis: ac demum ab Innocentio
 „ XI. — Nuper pro parte — 31. Julii 1679. simûlque decreta no-
 „ viissima per Congregationem SS. Indulgentiarum præpositam edi-
 „ ta 13. April. & 13. Augusti 1726. & per Nos approbata. Ad con-
 „ solationem personarum verè rudiorum, ac Divinis meditandis
 „ Mysteriis in præfato S. Rosario comprehensis minus idonea-
 „ rum, præterea declarantes easdem devotâ ac piâ ejusdem Rosa-
 „ ri recitatione prædictas Indulgentias juxta posterius hoc De-
 „ cretum Mysteria illa meditantibus tantummodo concessas, eti-
 „ am lucrari posse, tametsi planè volumus, ut iisdem Reparatio-
 „ nis nostræ Mysteriis sacratissimis meditandis juxta Rosarii in-
 „ stitutum assuefiant.

§. V.

„ UT tamen devotio Deo, ac B. M. V. adeo accepta, ac populis 415
 „ salutaris indies augeatur, de Apostolica benignitate indul-
 „ gemu, squatenus in perpetuum visitantes infra Octavam, vel in
 „ E c ipsa

„ ipsa Octava festi Rosarii Capellam, in qua ercta sit Societas e-
 „ jisdem Rosarii, die per eosdem eligendā, Indulgentiam plena-
 „ riā consequantur, si confessi, ac S. Eucharistiā refecti pias de-
 „ more Ecclesiæ ad Deum preces effuderint; declarantes ad men-
 „ tem quoque Prædecessorum Nostrorum, hanc & cæteras supe-
 „ riūs confirmatas Indulgentias, visitantibus Capellam Rosarii
 „ concessas, eos solummodo lucrari posse, qui Capellam ipsam
 „ sive Altare, non verò quamcunque sanctissimæ Virginis Rosa-
 „ ri statuam extra Capellam prædictam constitutam visitaverint.

§. VI.

416 „ **N**E verò eadem devotio imposterum minuatur, **C**onstitutio-
 „ nem CXLIX. Alexandri VII. incipient. — *In supremo* —
 „ editam die 28. Maii 1664. respectu Rosarii vulgo Seraphici: &
 „ aliam Clementis XI. — *In supremo* — ad petitionem moderni
 „ Ordinis Predicatorum Procuratoris Generalis 8. Martii 1712.
 „ respectu alterius Rosarii in honorem SS. Trinitatis nuncupati,
 „ consulta Sacrorum Rituum Congregatione emanatam, confir-
 „ mamus, & innovamus, ut suprà, eisque & in eis contenta quæ-
 „ cunque extendimus, & ampliamus Motu, Scientia, & Poteſta-
 „ te similibus, ad cætera quæcunque Rosaria de novo inventa,
 „ aut invenienda sine opportuna prædictæ Sedis facultate, quibüs
 „ authenticum Rosarium prædictum Deo, & B. M. V. sacrum,
 „ non sine fidelium perturbatione antiquaretur.

§. VII.

417 „ **C**onfirmamus pari, & expressâ ratione eidem privativè circa
 „ Missam Votivam Privilegiatam prædicti Rosarii, incipi-
 „ — *Salve Radix Sancta* — **C**onstitutionem XXIX. Clemen-
 „ tis X. inci. *Celestium munericum* — 16. Febr. 1671.

§. VIII.

418 „ **P**rædecessorum insuper quorumvis Nostrorum constitutiones,
 „ nec non Congregationis Rituum in una, Mediolanen.
 „ Decretum latum die 9. April. 1661. quibüs post S. Pium in præ-
 „ dicta constitutione — *Inter desiderabilia* — asserta est privativa
 „ facultas erigendi, ac fundandi Societates Rosarii, eisque præ-
 „ dictas indulgentias communicandi soli Magistro Ordinis, aut
 „ Vicario Generali prædicto, ita tamen ut, per præsentem consti-
 „ tutionem nostrā Motu, Scientiā, & potestate prædictis indultu-
 „ illud per Prædecessores Nostros Innocentiu XII. & Clemente XI.

, in Apostolicis litteris suis similiter incipi. — Exponi nobis nuper
 fecit dilectus filius Antoninus Cloche — 1. Martii 1692. & 18.
 Feb. 1713. eidem tunc in humanis existenti Ordinis prædicti
 Magistro, quoad viveret, concessum, circa facultatem Provincia-
 les Canarien. Sanctæ Crucis, S. Antonini in Indiis Mexican-
 Peruani. Quitem. Chilen. Oaxacan. Chiapen. Angelorum in
 nova Hispania, Philippinarum, & Congregationis Indiarum
 Orientalium Portugaliæ, nec non Vicarios Provinciales missio-
 narium in Tunkini, & Sinarum regnis, pro erectione Socie-
 tatis Rosarii, in illis regionibus longissime distantibus substi-
 tuendi, & delegandi eâ lege, ut iidem alios subdelegare nulla-
 tenus possent, & quotannis eundem Antoninum de eteris Con-
 fraternitatibus certiorem reddere tenerentur; ac salvâ semper
 autoritate Congregationis Venerabilium Fratrum S. R. E.
 Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum non solum ad
 modernum primò dictum, sed etiam ad quemvis pro tempore
 futurum prædicti Ordinis Magistrum, etiam respective ad Pro-
 vincialem de Buenos Ayeres, & ad Vicarios Congregationis SS.
 Nominis Iesu, & S. Rosarii in America, ac etiam in ordine ad
 erigendas Societas supradictas ejusdem Nominis Iesu, & infra
 dicendas militiæ S. Thomæ in prædictis omnibus regionibus
 extendimus, & ampliamus.

§. IX.

AC demum declarationem prædictæ Congregationis Indul- 419
 gentiis præpositæ 7. Septemb. 1607. de mandato prælaudati
 Clementis VIII. nimirum pro erigendis novis illis, aliisque So-
 cietatibus non requiri distantiam illam, quæ per antiquiores
 Apostolicas ordinationes sancta fuerat, dummodo cætera ser-
 ventur requisita. Datum Romæ 7. Calendas Junii 1727. Hæc
 habet Bulla ista de Rosario.

In §. 4. hujus Bullæ etiam confirmantur decreta novissima 420
 edita ab eodem Summo Pontifice Benedicto XIII. & ex his unum
 editum est 13. Augusti 1726. hoc reperitur infrâ n. 506. alterum
 autem, quod extat in Bullario Ordinis, idque assert P. Venturini
 tom. 1. pag. 268. est tenoris sequentis :

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XIII. Sum-
 mā devotione motus, quā fervet erga Rosarium B.M. Virginis,
 ut adeo Ecclesiæ utilis, Deoque accepta devotio in cuncto Chri-
 stiano populo magis, magisque augeatur, & propagetur; auditō
 votō

„ votò S. Congregationis Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præ.
 „ positæ, omnibus utriusque fexùs Christi fidelibus Rosarium,
 „ vel saltēm tertiam partem ejusdem devotè recitantibus, pro
 „ qualibet oratione Dominica, & pro qualibet salutatione Ange-
 „ gelica indulgentiam centum dierum concessit. Recitantibus
 „ verò quotidie per integrum annum idem Rosarium, vel pariter
 „ saltēm ejus tertiam partem, si confessi, ac S. Co[m]unione refecti
 „ fuerint, & pro Christianorum Principum concordia, hæresum
 „ extirpatione, ac S. Matris Eccl[esi]æ exaltatione oraverint; se-
 „ mel in anno, die ab unoquoque eligenda, insuper concessit in-
 „ dulgentiam plenariam etiam cum facultate applicandi de-
 „ functis.

„ Declaravit tamen Sanctitas sua, ut ad effectum lucrandi
 „ prædictas indulgentias requiratur, ut Rosarium fuerit de more
 „ benedictum à Fratribus Ordinis Prædicatorum. Datum Romæ
 „ 13. April. 1726.

L. Cardinalis Picus Præfектus.

Raphaël Cosmus de Hieronymis Secretarius.



CAPUT X.

De requisitis ad consecutionem Indul- gentiarum in genere.

 Um de Indulgentiis jam sit incepitus sermo, non erit inconveniens, si, antequam ad speciales difficultates circa Indulgencias Rosarianas descendamus, aliquid de requisitis ad consecutionem Indulgenciarum in genere in medium afferamus, & ea solùm, quæ deser-
viunt ad præsum, prosequamur, reliqua altiora aliis Theologis comittentes.

§. I.

421 Q Uæres igitur primò; dum textus Bullarum circa Indulgen-
tias per se non sunt satis clari, an sint strictè vel largè in-
terpretandi?

R. cum Francisco Vidal de Bulla Cruciatæ exam. 1. n. 7. & 8.
cum probabiliori Thomistarum, item Claudio La Croix lib. 6. p.

2. n. 1301. quod latè : quia etiā intelligendæ sint, ut sonant ; tamen, ut ait Vidal, sunt beneficium Principis Ecclesiæ sine aliquo ius præjudicio, quod latè est interpretandum, cùm ab eo non limitetur ex cap. *Quia circa de privileg. cum Glossa* : tum quia sunt opus liberalitatis, clementiæ, charitatis &c. Unde censendæ sunt Indulgentiæ perpetuæ, quæ datæ sunt sine temporis restrictione, & hōc modō etiam præsentes licebit interpretari.

Quæres 2dō. quæ & quot conditiones requirantur ex parte 422 ejus, qui vult lucrari Indulgentias?

R. Cum P. Martino Wigand esse quinque sequentes : prima est, ut sit baptizatus, quia nemo potest esse particeps Thesauri Ecclesiæ, nisi sit membrum Ecclesiæ : sit autem membrum per Baptismum. 2. Ut non sit excommunicatus excommunicatione majori quia excommunicatio privat Ecclesiæ bonis. 3. Ut Indulgentiæ indigeat, non enim potest eam suspendere, vel in futurum reservare, usquedum indigerit. 4. Ut non sit in peccato mortali, quia remissio pœnæ temporalis supponit remissionem culpæ, & pœnæ æternæ ; cùm inimicus Dei sit indignus, imò incapax talis gratiæ. 5. Ut exequatur opera injuncta modō præscriptō à dante Indulgentiam.

§. II.

Circa 4. conditionem quæres ; casu quō ad unam & eandem Iu- 423
ndulgentiam acquirendam plura essent præscripta bona opera, an illa omnia debeant ponī in statu gratiæ? Multi graves DD. re- quirunt, ut ultimum tantum opus ex præscriptis fiat in gratia : At cit. P. Wigand.

Respondet cum distinctione : si Indulgentiarum finis est pro peccatis satisfacere, vel Deum Christiano populo reddere placabilem, & ad hujus finis consecutionem injunguntur preces, eleemosynæ, jejunia, templorum visitatio &c. tunc verius esse videtur, omnia hæc opera debere fieri in statu gratiæ. Quia sine gratia ad illum finem non conducunt: nam, cùm dona impiorum non probet Altissimus Eccles. 34. v. 23. & odio sint Deo impius & impetas ejus Sap. 14. v. 9. per talia opera non placatur, nec per ea Deo satisfit. Ergo si quis sit in mortali, debet operibus præmittere saltem contritionem, si non confessionem.

Si vero finis sit aliud v. g. ædificatio templi, vel hospitalis, sublevatio pauperum, subsidium belli sacri &c. sufficit esse in gratia, quando ultimum opus perficitur, seu quando Indulgentia est per-

Cipienda, quia ille finis potest obtineri per opera etiam à peccatore facta. Ita ille. Rectè tamen monet P. Roth in Instruct. pro Indulg. Iucrandis longè esse securius omnia opera in statu gratiæ perficere.

424 2. Quid, si pœnitens omnia opera in mortali faciat, adeoque Indulgentiam non lucretur, lucraturne postea obice, fictione, seu peccato per pœnitentiam sublatō?

Dicit idem P. Wigand, quod non : quia Indulgentia tantum valet, quantum sonat, & non operatur ultra intentionem concedentis : sed indubitate, si concedens interrogaretur, diceret, hanc non esse mentem suam.

425 3. Si autem opera præscripta impleantur in peccato veniali?

Respondet idem ibidem n. 93. quod, si Indulgentia data est ad satisfaciendum pro peccatis, & placandum Deum, nulla planè obtineatur Indulgentia : si vero Indulgentia data sit ad alium finem, tunc quidem non obtineri Indulgentiam plenariam, sed solum limitatam, id est, remissionem pœnæ aliis peccatis debitæ, quæ per pœnitentiam jam sunt deleta. Et hujus postremæ partis rationem assignat, quia nempe veniale non tollit statum gratiæ, adeoque nec pœnæ remissionem.

426 Prima tamen pars videtur nimis dura, & oppositum est verisimilius : ideo enim secundum Authorem, ille non acquirit Indulgentiam, quæ data est ad placandum Deum, qui aliquod opus posuit in peccato mortali, quia Deus dona impiorum non acceptat ; sed Deus acceptat dona piorum, licet alicui peccato veniali adhæreat : ergo isti poterunt lucrari Indulgentiam, ad quemcumque finem fuerit indulta.

427 Certum tamen est, si homo vel de unico peccato veniali non doleat, sed ipsi adhæreat, et si illud etiam sit occultissimum, quod non obtineat Indulgentiam plenariam ; nam pœna non remittitur, nisi remittatur culpa : illi autem non remittitur culpa, de qua non dolet, sed illi adhæret : ergo nec remittitur ei pœna, scilicet debita peccato ; licet obtineat Indulgentiam seu remissionem pœnæ aliis peccatis, de quibus dolet, debitæ. Hinc benè concludit P. Andreas Roth in Instructione pro obtainendis Indulgentiis n. 6. & alibi sæpè, quod paucissimi sæcularium, & raro Indulgentiam plenariam consequantur, qui, cum toti sint curis, & sæculo immersi, valde raro verum, & sincerum dolorem de omnibus omnino venialibus, quibus dediti sunt, eliciunt. Verum utram non esset etiam verum de Ecclesiasticis ! etiam ex istis paucissimi in fine vita Indulgentiam plenariam adipiscuntur, & fine

Purgatorio in cœlestem gloriam avolant, sed sanctissimi quandoque Viri saltem per breve tempus in Purgatorii flaminis leves defectus luere debebant: prout refertur de S. Udalrico, de S. Stephano Archiepiscopo Colonensi, de quo S. Damianus; & de S. Paschasio, de quo S. Gregorius M. lib. 4. Dialog. c. 40. ut alios plures silentio præteream.

Hinc apparet, quod sèpè dolor, quem nonnulli de omnibus omnino sive mortalibus sive venialibus, tam cognitis, quam incognitis peccatis elicere videntur, in se, & reverâ non sit universalis, nec se extendat ad omnia peccata, licet talis esse putetur; si enim interrogarentur de omnibus venialibus singulatim, respondebant sine dubio, se de hoc, vel illo vel plane non, vel non ex corde dolere. Et hoc contingere potest ex multiplici ratione: sunt namque multi, qui, licet agnoscant hoc vel illud esse peccatum veniale; ita tamen illi adhærent, ut nunquam de illo sincerè doleant, nec se emendare satagant: & hi sunt de quibus Proverb. c. 13. v. 4. dicitur: *Uult, & non vult piger.* Alii sunt, qui culpabiliter ignorant actionem hanc esse peccaminosam, ac propterea etiam de illa non dolent, quia ignorant esse vetitam, vel præceptam. Et talis videatur fuisse ille è S. J. Sacerdos, de quo P. Thobias Lohner in sua Bibliotheca concionatoria, qui post mortem apparens, dixit se propterea per aliquod tempus igne purgante punitum fuisse, quod erga SS. Trinitatem specialem devotionem non habuisset, licet eam erga alios Cœlites haberet. Alii verò, et si legant, vel audiant; persuaderi tamen non possunt ad credendum, aliquid ejusmodi esse peccatum, & talium multos dari quotidiana docet experientia. Demum sunt alii, qui quidem de omnibus peccatis dolent; si quod tamen leve damnum proximo intulerunt, illud reparare negligunt, & eo usque differunt, donec obliscantur: isti similiter sine Indulgentia plenaria decedunt, & in altera vita luunt, prout plures confirmant historiæ. Deservit etiam ad rem nostram, quod narrat P. Joannes Nadasi S. J. *Anni morientium hebdom.* 19. n. 3. Virum quendam piissimum die quoddam B. Virginis festo; quod confessus, & S. communione refectus est, repentinâ morte obiisse: hic posterâ die Confessario suo apparuit, ac unum Sacrificium Missæ pro sui liberatione è Purgatorio ab ipso efflagitavit; in quod se missum afferuit ob pauxillum vini, quod post obtentam Indulgentiam plenariam post prandium, & quidem oblatum ex urbanitate, ebibit supra sitim. *Et hebdom. sequenti: n. 5. narrat idem ex Blosio, B. V. Mariam Sanctæ Birgittæ, pro anima præcellentis virtutis*

tutis Viri oranti, in hunc modum locutam esse: *Filia bujus Eremitæ amici mei anima de corpore egressa mox pervenisset in cœlum, si in morte perfectum babuisset desiderium pertingendi ad præsentiam Dei, ejusque visionem: quod quia non habuit, detinetur nunc in Purgatorio desiderii, ubi nulla pœna est, nisi solum desiderium perveniendi ad Deum.* Scito tamen ipsam traducendam in cœlestem gloriam, antequam corpus ejus recondatur in terra. Memoriæ etiam proditum est, in Purgatorio desiderii præter alios fuisse per quinque dies Venerabilem Joannem Thaulerum: quibüs confirmatur sententia Doctissimi & sæpè laudati Patris Andreae Roth in dicta Instruzione pro Indulgentiis, aliorumque Doctorum, pœnam scilicet sensus, & damni separabiles esse in Purgatorio, & quod Deus sæpè pœnam damni sine pœna sensus defunctis infligat. De hoc, qui plura desiderat, legat P. Carolus Stengelium Abbatem Benedictinum ad 8. Novemb. Mirum jam nemini videri debet, non obstantibus infinitis ferè in Ecclesia Indulgentiis, Purgatorium nihilominus semper esse animabüs repletum; tum quia tam pauci remissâ per Indulgientiam plenariam omni pœnâ decedunt; tum quia Indulgientiaz defunctis applicatæ, ut mox ostendam, non sunt infallibles, sed sæpe à Deo non acceptantur.

§. III.

42^o Circa conditionem quintam extra dubium est, quod omnia ad Indulgientias requisita principalia debeant impleri, secus Indulgientiaz non lucifunt. Ita expressè de Rosarianis decernit Innocentius XI. in fine Bullæ: *Nuper suprà n. 409. quod Sodales illas, servatis tamen, & adimplete omnibus illis, quæ pro illorum consecutione respectivè præscripta sunt, consequi possint.*

43^o Quæritur igitur 1. an liceat opera præscripta propriâ autoritate in alia ad libitum commutare?

R. prout jam suprà n. 222. dictum est, quod non; sed talis potestas commutandi subinde in Bullis conceditur Confessariis, prout communiter fit in Jubilæo: talis potestas in Sodalitate S. Scapularis Carmelitarum datur Præsidibus, vi cuius possunt ejusdem Sodalibus jejunium diebus Mercurii in aliud pium opus comutare.

43^o Quæres 2. An opera præscripta teneatur aliquis per semetipsum implere?

R. Cum communi. Si opus potest præstari per alium tanquam per instrumentum, v. g. datio eleemosynæ; tunc præstith per alium opere præscripto acquiritur Indulgencia; si vero opus non potest

poteſt per aliū ut instrumentum poni; attendenda eſt mens concedentis Indulgentiam: ſi concedit, quod æquè poſſit fieri per aliū, acquiritur Indulgentia, ſecus non. Unde quia in Bulla: *Nuper conceduntur aliquæ Indulgentiæ iis, qui per ſe dixerint, vel ab alio dici fecerint Rosarium, utrumque datum eſt ad libitum.* Cùm autem talis confeſſio in aliis operibus non reperiatur; ſequitur, quod aliquis debeat per ſe viſitare Capellam, quinque Altaria, comparere ad Proceſſionem & anniversaria; confeſteri, camniuncare &c.

§. IV.

DE confeſſione & S. Communione queritur; an, dum illæ ad 432 Indulgentias exiguntur, etiam teneantur confeſteri, & communicare, qui non habent niſi venialia?

Sunt multi Authores, qui dicunt, confeſſionem & S. Communem præſcribi ſolum illis, qui ſunt in mortali, & quod tales Bullæ nihil aliud intendant, quām ut preces peragantur in ſtatu gratiæ: ſi ergo aliquis jam aliunde in eo ſit ſtatu, non habet opus confeſteri. Alli e contra volunt, quod omnes, etiam qui ſunt in veſtibus, debeant confeſteri, & communicare, aliàs non lucrantur Indulgentias. Huic ſententiæ tanquam tutiori, & probabiliori, & ego adhæreo: tum propter verba Innocentii XI. n. 429. poſita: tum quia, ſi ſolus ſtatus gratiæ ſufficeret ad confeſſandas Indulgentias, etiam peccatores gravifimi non tenerentur confeſteri, fed ſufficeret illos conteri cum proposito confeſtandi, cùm per tam contritionem jam obtineatur gratia; neque etiam teneretur quis communicare, ſed ſolum confeſteri, quod tamen nemo audebit dicere; hōc enim modō omnes Bullæ eluderentur: tum denique, quia in Bulla *Nuper cap. 11. ſuprā n. 404.* ſolūm impeditis datur hēc gratia, ut ſine aſſuali confeſſione & Communione poſſint nihilominus lucrari Indulgentias per contritionem & propositum confeſtandi: ergo non impediti tenentur confeſteri & communicare. Propterea alii dicunt, quod tunc requiratur confeſſio, ſi illa injungatur, ut pars operis implendi, etſi tantūm venialia quis haberet; ſecus verò ſi Confeſſio injungatur ut diſpoſitio ad gratiam: tunc autem volunt eam eſſe injunctam ut partem operis implendi, quando in Bulla exprimitur, quod debeat fieri confeſſio etiam venialiū: ut diſpoſitionem verò, quando ſimpliciter dicitur: *confeſſis & communicatis.* Aſt ſi hoc eſſet verum, tunc ferè nunquam eſſet neceſſaria confeſſio, quia in Bullis non ſolet apponi: *Confeſſis etiam venia-*

venialia, sed communiter tantum dicitur *confessis & communicatis*, quod tamen ob mox positas rationes est falsum. Posset nihilominus dici cum multis satis probabiliter, quod confessio requiratur tanquam dispositio ad S. Communionem, ac quod propterea ille potiatur Indulgentiā, qui sibi fudit sine confessione celebrare Missam, aut ad S. Synaxim accedere. Tutiū tamen erit etiam confessionem præmittere, nisi Bulla expressè afferat, quod sufficiat propositum confitendi.

433

Quæres 2. in quo loco debeant confessio & Communio peragi?

R. Cum communi. Confessio potest fieri ubique. De Communione dico cum tuiori & communiori, quod debeat fieri in illa Ecclesia vel Capella, in qua eam fieri debere præcipitur; ita P. Claudius la Croix lib. 6. p. 2. n. 1362. & bene: quia Pontifices intendunt, ut huic Ecclesiæ vel Capellæ per S. Communionem, & visitationem exhibeat aliquis honor, ibique Deus colatur specialiter modō, ubi speciales dispensat gratias.

434

Quæritur 3. Si communio, & confessio præscribantur pro aliquo die festo; an sufficiet esse pridie, vel ante paucos dies confessum, & communicatum?

Multi negant, plures affirmant. Hoc mihi tamen certum est: si indulgentiæ incipiāt à primis Vesperis in vigilia ante festum, quod sufficiat confessio, & communio pridie peracta in vigilia, ad Indulgentiæ post Vespertas obtinendas: sufficit præterea, si confessio pridie peragatur, communio verò in festo, & talis usus communis est in Ecclesia. Videtur mihi etiam non tantum tuior, sed & probabilior sententia, afferens communionem debere peragi in ipso festo, quia sæpè Ecclesiæ finis est reddere aliquam diem ob specialemem memoriam v. g. accepti magni beneficii, celebriorem; quod fit, si populus eō die mentem suam purget per confessionem, Emissis Coelestibūs reficiatur, & Deo debitas gratias referat. Quando ergo duobus successivè diebus sunt Indulgentiæ plenariæ, consultissimum dico, ut homo priori die jam confessus, & communicatus denuo altero die ad S. Communionem accedat, quod prudens Confessarius tenerioris conscientiæ hominibus poterit præmittere.

435

Demum dum dicitur: *Confessis, & contritiis*, tertiū est, verba accipienda esse in sensu proprio, & consequenter non sufficere attritionem: posset tamen dici per illa verba aliud non requiri, quam verum dolorem de peccatis, qualis esse potest etiam attritio, quod probabilius videtur.

§. V.

Circa preces quæritur; an per preces pro pœnitentia à Confes. 436
fario injunctas possint acquiri Indulgenciarum?

R. Affirmativè cum P. Roth in *Instruzione pro acquir.* In-
dulg. n. 34. & aliis: quia Indulgenciarum acquiri possunt per opera
aliunde debita.

2. An sufficiat oratio mentalis, vel debeat esse vocalis? 437

R. Licet aliqui dixerint sufficere purè mentalem; tamen
communior jam sententia est, quod debeat esse lingua expressa.
*Claudius la Croix lib. 6. p. 2. n. 1421. Vidal tract. de Bulla Cruci-
ata exam. 2. n. 27.*

3. Quid, & quantum orandum, si in Bulla non determinetur? 438

Respondet P. Roth loco cit: quod tunc per quamcumque bre-
vem, sed ferventem orationem possint lucrificari Indulgenciarum: imò Passerinus cum aliis vult sufficere piam meditationem sive vi-
tae, passionis, gloriae Christi, sive aliorum. Securius tamen, inquit
idem P. Roth, determinati aliquid oratur: & la Croix loco citato
ait, ad ordinarias Indulgencias sufficere, si dicatur septies *Pater & Ave*; nam Gregorius XIII. in Bulla: *Omnipotentis* dicit Sodales
Congregationum S. J. lucrari Indulgencias stationum, si certis die-
bus in templo S. J. hoc orent: sed P. Roth cum aliis multis docet
etiam sufficere 5. *Pater & Ave*, cùm tantum requirat Paulus V.
in Bulla infrà c. 22. ponenda pro Religiosis ad Indulgencias, visi-
tatione suarum Ecclesiarum, acquirendas. Patet jam, quid &
quantum orandum pro Indulgentiis lucrandis Dominicā primā
mensis, festis B. V. M. & Mysteriorum SS. Rosarii, in visitatione
Capellæ.

4. Qui ex præscripto certo numero precum aliquid omittit; 439
an nihilominus acquirat Indulgencias?

R. Cum P. Wigand loco cit. And. Roth in *Instrukt. pro In-
dulg. n. 33. & la Croix lib. 6. p. 2. n. 1408.* in præscriptis pro Indul-
gentiis non dari parvitatem materiæ, quidquid dicant alii: unde si
ex 5. *Pater* orandi omitteretur unum, foret pars notabilis, & In-
dulgenciarum non acquirerentur, nisi illud quintum *Pater* supplea-
tur. Et hoc ideo, quia, ut scribit P. Wigand ex P. Gobat, Euge-
nius IV. Monachis Vallisoletanis concessit Indulgenciam plenari-
am pro articulo mortis eâ lege, ut per totum annum singulis sex-
tis feriis jejunent, ita ut, si unicâ vice etiam involuntariè jejunii
um intermisserint, teneantur illud anno proximò supplere: quod

si secus fiat, non possint lucrari Indulgentiam. Dicit præterea Fossæus lib. I. disc. 7. c. I. notabili 4. quod, qui ex operibus præscriptis aliquid implevit, aliquid neglexit, non acquirat unam partem Indulgentiæ, & alteram desperdat, sed quod de ea nihil planè habeat; talis enim præsumitur fuisse mens concedentis. Ex quo infero, quod ille, qui per integrum annum quotidie non oravit Rosarium, non possit in anno lucrari die placitò Indulgentiam plenariam per confessionem & S. Communionem, nisi neglecta suppleat Rosaria: de qua Indulgentia videatur n. 556.

440 5. Quâ intentione debeant dici preces?

R. Cum laudato la Croix *ibidem* n. 1324. & 1423. quod debeant dici ad intentionem concedentis Indulgentiam. Est autem communis persuasio etiam apud Confessarios, si intentio orandi facienda sit pro certis necessitatibus in Bullæ expressis, satis esse, si quis intendat orare ad intentionem Ecclesiæ; expedit tamen etiam expressè pœnitenti dicere intentionem Ecclesiæ, illūmpue monere, ut secundum hanc suas preces peragat, quæ intentio plerumque est pacificatio Principum Christianorum, extirpatio hæresum, exaltatio S. Matris Ecclesiæ. Quod si præscriptæ intentioni alia admisceatur, redditur dubia, quia quod opus pluribus finibus destinatur, eò minus prodest singulis, inquit *la Croix*: oppositum tamen ostendi n. 288. & iterum dicam n. 508.

6. Quo ordine debeant preces persolvi?

441 R. P. Busenbaum apud *la Croix* lib. 6. p. 2. n. 1301. in fine ait, consuetum esse, ut communio sit ultimum opus, per quam aliquis plene liberatur omni culpâ: dico tamen, quod post S. communionem primò possint dici preces; Bullæ enim semper post S. communionem easdem ponunt; & hoc convenienter, ut homo majori cum devotione illas persolvat, ac dignæ reddantur, quæ exaudiantur.

442 7. Quid adhuc circa preces notandum?

R. Cum eodem *la Croix* *ibidem* n. 1421. & tribus sequentibus: Oratio debet esse devota; unde non sufficit voluntatiè distrafacta, nec est apta ad impetrandum id, quod Pontifex intendit. 2. Licet dicatur subinde in Bullis esse orandum Deum; sufficit tamen dicere preces ad B. Virginem, vel Santos. 3. Debet fieri in loco, & tempore per Bullam designato.

443 8. Tempus quod attinet, solent pro festis dari Indulgentiæ additâ declaratione, quod illæ durent à primis Vesperis usque ad occasum solis diei sequentis: quare jam potest, quomodo ista verba debeant sumi?

R.

R. Per Vesperas sumi debent Vesperæ cantatæ, vel dictæ in illa Ecclesia, in qua celebratur festum, ita ut illis inchoatis inchoentur & Indulgencie: vel si tales non cantantur, ut in Ecclesiis solitariis, intelligi debet tempus, quod solent in eo loco alias cantari alibi, solent autem in nonnullis Ecclesiis decantari jam horâ secundâ, communius in aliis horâ tertiatâ à meridie. Unde etiam in quadragesima à Vesperis ante meridiem dictis incipiunt jam Indulgencie: nam ab ipsis inchoatur festi solemnitas in Ecclesia, consequenter etiam Indulgencie annexæ.

9. An requiratur etiam intentio Indulgencias lucrandi? 444.

R. Cum communi, quod non requiratur actualis, sed sufficiat habitualis, & interpretativa, id est, quod expresè quis non contradicat; unde potest acquirere aliquis Indulgenciam, duimodo ponat opus eo modò, quod præscribitur, et si ignoret, an aliqua, vel qualis Indulgentia sit pro illo opere concessa? Ratio est, quam assignat P. Wigand *locô citatô n. 55.* si enim unus justus alteri etiam ignoranti, non tamen positivè reluctanti, possit suas applicare satisfactiones; etiam summus Pontifex poterit homini ignorantì, à sensibus alieno, etiam moriturò satisfactiones Christi, & Sanctorum ex thesauro Ecclesiæ applicare. Pro majori tamen securitate sèpiùs renovanda est intentio consequendi Indulgencias, ad minus initio cuiusvis hebdomadæ; longè melius fiet, si renovetur omnî mane; optimè verò, si immediatè ante ipsum opus.

§. VI.

De applicatione Indulgenciarum defunctis certum est primò, 445 quod Indulgencie Rosarianæ defunctis possint applicari, ut conceditur in Bulla: *Nuper cap. 12. n. 2. & 3. suprà n. 406. & 407.* ex vivis tamen nulli possunt applicari, cum in nulla Bullarum hoc concedatur. 2. Certum pariter est, quod eandem numerò Indulgenciam nemo possit sibi, & aliis lucrari. 3. La Croix *lib. cit. n. 1353.* probabilius judicat, quod licet catechumenus in vivis non possit gaudere Indulgencie; possit nihilominus existens in Purgatorio; & ideo, quod illæ possint etiam ipsis applicari: sed n. 1345. existimat eas non posse applicari excommunicato, ante absolutionem quidem, sed in pœnitentia mortuo. 4. Certum est apud omnes, quod, si quis solus Indulgencie non egeat, eò quod nullam sit promeritus pœnam, & si etiam hanc Indulgenciam nulli applicavit, quod talis Indulgencia redeat in thesaurum Ecclesiæ; quod si vero Indulgencia fuit quidem cuidam applicata, sed

sed ille hac non egeat, aut quod jam sit aut in cœlo, aut in inferno, talis Indulgentia etiam redeat in thesaurum Ecclesiæ, aut secundum infinitam Dei misericordiam alteri animæ applicetur.

- 446 Quæres igitur 1. An per opera in peccato mortali facta, licet nemo pro se Indulgentiam lucretur; lucretur tamen eam pro defunctis?

Multi, inter quos etiam est la Croix lib. cit. n. 1351. tenent affirmativam; sed sententia negativa est probabilior, quia inquit Wigand loco cit. n. 96. nemo potest alteri lucrari, vel applicare Indulgentiam, quam ipse non acquisivit; nemo enim donare alteri potest, quod non habet; sed peccator non potest acquirere sibi Indulgentiam: ergo nec aliis applicare. Et ita etiam ostendi superius n. 296. suffragia, in peccato mortali persoluta, defunctis non prodeſſe.

- 447 Quæres 2. Quonam modō debeant Indulgentiæ Animabus applicari?

R. I. Secundum communem teste P. Wigand loc. cit. n. 98. la Croix lib. cit. n. 1326. & P. Andrea Roth c. 5. n. 15. Indulgentia una non potest applicari pluribus, sed uni Animæ tantum, idēque in applicatione non est divisibilis.

- 448 II. Anima illa debet in individuo, aut in specie denominari v. g. dono hanc Indulgentiam Petro, Paulo &c. vel meo maximo Benefactori, Animæ maximè derelictæ, quam B. V. maximè diligit, uni ex Sodalibus Rosarianis hic loci inscriptis, cui Deus favere velit &c. P. Roth ibidem. Imo P. Vidal trætl. de Bulla Crucis et exam. 3. n. 21. dicit, quod Indulgentia plenaria in hac Bulla, nempe Cruciata, concessa ex communi Ecclesiæ praxi non possit accipi pro pluribus Animabus, vel pro illis, quas Deus velit, sed pro una determinatè. Hoc ipsum ego quoque in applicatione aliarum Indulgentiarum etiam limitarum dissuadeo, ne scilicet eadem committantur Deo, ut ille eas applicet Animæ, cui ipse voluerit: modus enim iste Indulgentias applicandi non videtur Deo acceptus, utpote qui nostræ reliquit libertati, ut interpellamus pro Anima, quam ipsi elegerimus: unde vult, ut nos determinatè oremus pro Benefactoribus, inimicis &c. & ostendamus nostrū erga illos affectum, aut gratum animum: quemadmodū etiam voluit intentionem Sacerdotis sacrificantis esse mensurā, secundum quam profit Sacrificium iis, pro quibus offertur; hinc & iste debet denominare, & determinare eum, pro quo vult celebrare, & modum, quò velit eum reddere Missæ participem vel primarię, vel secundarię.

cundariò. Demum suadet P. Roth, ut duæ, vel tres Animæ denominentur vagè, ut si forte una non egeat Indulgenciam, aplicetur alteri, & in fine, si nulla ex determinatis opus habeat, totum Divinæ dispositioni relinquatur, ut liberet Animam, quam ipse elegit. Revideatur n. 293.

III. Hanc intentionem debet homo facere ante finem operis;⁴⁴⁹ quia statim, ac ponitur ultimum opus, vel ipse acquirit Indulgentiam, si ea indiget, vel ea iterum reponitur in thesaurum Ecclesiæ. Addit P. Roth c. 9. n. 12. tutiùs esse, si Sacerdos celebrans ante Missam, vel saltem ante consecrationem hanc intentionem habeat.

IV. Mane posset hoc modò intentio institui: quod nempe⁴⁵⁰ velit homo lucrari omnes Indulgentias annexas operibus bonis cōdie perficiendis, & etiam illa opera eō modò, & fine perficere, quod ea fieri præcipit Ecclesia. Si unam deinde Indulgentiam plenariam reservare sibi velit, non requiritur, ut istam Indulgentiam designet; sed sufficit, si aliqua eligatur indeterminatè, & aliquam etiam obtinebit: De reliquis Indulgentiis unam det huic Animæ, alteram alteri pro suo genio, & devotione. Pro simplicibus verò, qui ista sibi notare non possunt, sufficit, si dicant, se eō modò vel le facere intentionem lucrandi Indulgentias, & eas Animabus applicandi, prout traditur in libris, vel faciunt devotissimi. Ita P. Roth *de Rosario* c. 5. n. 15. & in *Instructione pro Indulg. acquirend.* n. 37.

§. VII.

QUæ concernunt Altare privilegiatum, sumpsi potiora ex famosissimo P. Claudio la Croix S. J. reliqua ex aliis, & sunt, quæ sequuntur:

1. Privilegium Altaris consistit in hoc, quod per Missam ad⁴⁵¹ tale Altare celebratam possit liberari Anima è Purgatorio: ergo est aliqua Indulgentia plenaria applicanda Animæ, si pro ea in certo Altari Sacrum fiat.

2. Dum Papa exprimit, quod Missa beat esse de *Requiem*,⁴⁵² per aliam Missam non obtinetur Indulgentia, nec Anima liberatur, prout declaravit Congregatio Cardinalium.

3. Si concedatur, quod possit etiam per aliam liberari anima,⁴⁵³ quam de *Requiem* (prout jam actu concessum est à Clemente IX.

23. Septemb. 1669. Bullâ: cum felicis Recordationis, pro omnibus illis diebus, in quibus per Rubricas Missalis vetitum est legere Missam

Missam de Requiem) cit. Author judicat, esse addendam Collectam pro defuncto, exceptis Festis primæ classis, & non sufficere commemorationem pro defuncto in Memento, quāvis id alii sufficere putent. Ast in præfata Bulla Clementis IX. nulla talis obligatio sive pro Collecta, sive pro commemoratione, in Memento habenda, reperitur: nec in Decreto S. Congregationis editō 3. Aprilis 1688. hac in materia, & confirmatō ab Innocentio XI. Constitut:

Alias postquam 14. Maii ejusdem anni.

454 4 Si privilegium datum sit pro certis diebus, aliis vi harum Indulgentiarum Anima non liberatur. Addo: si privilegium datum est pro certis animabus e. g. pro Sodalibus hujus, vel alterius Sodalitatis, aliis idem privilegium non prodest, quia Indulgentiae tantum donant, quantum sonant.

455 5. Si in Brevi statuatur, ut quotidie ad Altare Privilegiatum legantur saltem 7. Missæ, dicunt quidam, non obesse, si bis, aut ter intra annum non legantur; cùm etiam diebus Jovis, Veneris, & Sabbathi in septimanna Sancta tot Missæ non dicantur. Hæc ferè la Croix lib. 6. p. 2. n. 518. & seqq. Verū S. Congregatio respondit anno 1701. 30. Julij, ad dubia sibi de hoc proposita, quod non obsit etiam privilegio Altaris, si præfixus numerus Missarū, quandoque deficiat ob infirmitatē Sacerdotū tam Regulariū, quām Sæcularium, aut quando occasione Festivitatum, vel funerum, aut similiū Sacerdotes à Superioribus ad alibi celebrandum transmittuntur. Ita refert P. Kazenberg: *in supplm. ad Theolog. Sacrament. Patris Sporer c. 3. sect. 2. n. 134. ex Matthæucci.* Sed hic quoque inferendum est, quod ultrà tradit P. la Croix lib. cit. p. 3. n. 931. nempe.

456 6. Privilegium Altaris pro omnibus defunctis conceditur illis Ecclesiis tantum, in quibus quotidie per annum dicuntur 7. Missæ, & quidem pro una die in septimana: si tamen quālibet die dicantur 9. aut 10. Missæ, potest per Memoriale à Sede Apostolica impetrari privilegium pro binis diebus. Et hoc debet intelligi de Altaribus, in quibus non est erecta aliqua Confraternitas; nam in aliis Altaribus pro Confratribus, & Cölororibus alicuius Confraternitatis datur etiam, si hebdomadatim unica tantum Missa dicitur; in ejus petitione autem debet titulus Confraternitatis exprimi, & solvi 10. Bajoci. Privilegium hoc, si à Sede Apostolica petatur per Memoriale, non nisi ad septennium concedi solet.

457 7. Idem lib. 6. p. 2. n. 525. dicit esse decisum à S. Congregatione, Indulgentiis & Reliquiis præposita, anno 1711. quod hoc

septennium non à die publicationis Bullæ in loco, pro quo fuit obtenta, sed à die dati Brevis incipiat.

8. Item *ibidem n. 523.* ait, esse Romæ decisum: Si Ecclesia, in **458** qua est tale Altare, destruatur, manente Altari, perit privilegium.

9. Deinde in *Decretis n. 267.* refert sic esse Romæ 1676. deci-**459** sum: Clausula posita in Brevibus Indulgentiarum, scilicet, *Volu-*
mus autem, ut si alias Christi fidelibus dictam Ecclesiam visitantibus
aliqua alia Indulgentia perpetua vel ad tempus nondum elapsum du-
ratura, concessa fuerit, praesentes nullæ sint: non comprehendit Al-
taria privilegiata pro defunctis.

10. Item *n. 268.* sub generali Indulgentiarum suspensione, **460** quæ fit anno Jubilæi, non comprehenduntur Altaria privilegiata,
nec alias Indulgentiæ pro solis defunctis concessæ. 24. Jan. 1700.

§. VIII.

Quartetur inter Doctores, an applicatio Indulgentiarum de-**461**
fundis infallibiliter à Deo acceptetur ita, ut si uni Animæ
applicata fuerit Indulgentia plenaria, aut pro ea Missa, celebrata
ad Altare privilegiatum, infallibiliter è Purgatorio liberetur?

Multi affirmant; multi cum Schola Thomistarum negant, af-
ferentes à Deo hanc applicationem acceptari solum, dum Animæ
hoc sibi in isto saeculo meruerunt; Bellarminus lib. I. de Indulg.
e. 14. neutram sententiam audet reprobare, vocatque priorem val-
de piam, secundam valde rationabilem, quam & ego conformiter
dictis n. 300. amplector, ubi multis ostendi, suffragia mortuos om-
nes infallibiliter non juvare; quod maximè suadet usus Fidelium,
qui saepius eidem personæ Indulgentiam plenariam applicant;
quemadmodum & in omnibus Religionibus, et si in illarum Eccle-
siis Altaria privilegiata habeantur; nihilominus tamen præcep-
tum est, ut pro suis defunctis non tantum plura sacra, sed & pre-
ces persolvantur: & his omnibus non obstantibus nonnullæ Re-
ligiosorum Animæ diutius in Purgatorio detentæ leguntur.

Dices tamen 1. Indulgentiæ tantum donant, quantum sonant;
sed multæ sonant liberationem Animæ: ergo. 2. Quia alias Papa
fideles deciperet, si illæ Animæ non semper liberarentur.

R. cum P. Wigand locc. cit. n. 97. ad 1. quidem, quod Indul-
gentiæ pro vivis tantum donent, quantum sonant, quia super eos
Papa habet autoritatem, cum sint ejus fori: pro defunctis vero
non semper, & infallibiliter tantum donant, quantum sonant; quia
Papa non potest eis remittere penā per modum judicij, & autho-

462 *Caput X. Derequisitis ad consecutionem*
ritatis, cùm ipsi amplius non sint subjecti; sed Indulgentiæ ipsius
juvant solum per modum suffragii, aut deprecationis, quæ sepè
à Deo non suscipitur. Ad 2. dicendum, quod Pontifex non deci-
piat, cùm non promittat infallibilem liberationem

462 Cùm dubium sit, an aliquis in fine vita sit Indulgentiam ple-
nariam consecuturus, item an suffragia ipsi sint statim profutura;
in hoc verò mundo per leviores poenas pro peccatis satisfieri possit,
quam in Purgatorio: queri potest, an liceat homini petere à Deo,
ut pœnarum loco, quas sustinere deberet in Purgatorio post mor-
tem, immittat sibi aliquos cruciatus in hac vita, ut post mortem
possit sine ulla mora in cœlum recipi?

R. Secundum scilicet, si petatur debitò modò, & magnâ hu-
militate; hoc enim egerunt non nulli, & exauditi sunt: veruntamē
si Deus precibus indulserit, gravissimos hominem faciet cruciatus
pati; prout legitur factum Religioso juveni S. I. de quo ita ele-
ganter scribit R. P. Tobias Lohner S.J. in sua Bibliotheca concionat.
tom. 3. tit. Purgatorium §. 6. n. 6. Ægrotabat aliquando Juvenis è
Societate necdum initiatus, sed sensu, & virtute juvenilem ætatem
supergressus. Hic ingravescente morbô uni familiari Socio dixit:
Heus tu mi Frater! ora, obsecro, pro me Dominum; grandis enim
mihi imminet tempestas. Etece; vix dixerat, cum subito multi-
plex cruciatuum, & dolorū procella ingruere, æstuare pectus, ar-
dere, premi, frangique scapulæ, humeri, tergum, caput totum
tremere, pungi, lancinari cœpit; imò & omnibus reliquis in mem-
bris, & ossibus desævire malum. Stupere interim omnes, condolere
laboranti, precibüs ad Deum juvare, blandisque vocibüs consola-
ri æstuantem, ipse patienter omnia tolerare, & B. Virginis opē
implorare. Perduravit viginti quatuor horis hoc malum, quibüs
elapsis æger, quasi in portu consistens, causā tantæ tempestatis ex-
plicuit, dixitque se petuisse à B. V. ac Deo, ut Purgatorium suū
in hac vita sustinere liceret, precésque suas exauditas fuisse. Un-
de paulò post sancte in Collegio Eboriensi obiit.

463 Potest tamen contingere, quod in talē petitionem se insi-
nuet præsumptio de viribus propriis, quasi posset aliquis gravissi-
ma sustinere tormenta; deinde etiam tentatio Dei interpretativa,
quā homo summos sibi dolores sine necessitate accenseret, ut ad
eos perferendos auxiliō Dei extraordinariō opus haberet: tentat-
enim interpretativè homo secundum S. Thomam 22. q. 97. art. 1.
c. Quando scilicet, et si hoc non intendat, ut experimentum sumat, id
tamen agit, vel dicit, quod ad nihil aliud videtur ordinabile, nisi ad
expe-

experimentum sumendum. Et in fine ex quadam glossa ait: *Deum tentat, qui babens, quid faciat, sineratione committit se periculo, experiens, utrum possit liberari a Deo.* Et talis petitio est peccaminosa, & vel non auditur a Deo; vel si audiatur, saevissimos in eo homine excitat cruciatus; sed denegat gratiam illos patienter sufferendi, ut homo suā temeritatē, & viriū imbecillitatē agnoscat; ut contigit Moniali illi Ordinis S. Claræ, de qua R. P. Marcus de Lisabona 2. p. Chronicorū Ordinis S. Frācisci lib. 5. in vita S. Antonii de Padua cap. 36. Audivit hæc in concione quadam, quā atrocia sint Purgatorii cruciamenta, ex quo magnō horrore, & timore correpta illa tenuis devenit, ut a Deo peteret, dignetur ille sibi gratiam in hoc mundo peccata sua pœnā aliquā delendi præstare, nec ab oratione destitutus, donec impetrarit. Tales verò cruciatus in illam irruerunt, ut illis sufferendis jam non esset par; hinc suis conquesta Sororibus, causāmque eorum pandens, petiit ab eis, ut illæ Deum, & S. Antonium Paduanum pro se orent, ut isti intolerabilib[us] iterum possit dolorib[us] liberari. Ut autem preces persolutæ sunt, per intercessionem S. Antonii illud cessavit malum. Nec præsumpsit, inquit Author, amplius tentare Deum, sed totam se imposterum Divino arbitrio commisit.

Magnis itaque peccatoribus, quos atroces manent in Purga-464torio cruciatus, non videtur suadendum, ut isthac petant; impetrarent enim dolores, quos difficulter possent perpeti, sed deve-nire ad impatientiam aut desperationem: In Purgatorio verò, et si pœnæ longè sint atrociiores; eas tamen Anima sustinent patienter, cùm sint in gratia confirmatae, nec possint amplius peccare. Quicunque tamen Purgatorium in hoc mundo petere voluerit, petat, ut dixi, magnā demissione, non tentandō Deum, non propriis viribus fidendo; sed sub conditione, si hoc ita placeat Divinæ Majestati; & si quas dederit pœnas; etiam vires, gratiam, & quidem patienter preferendi unā largiatur. Idem observent illi, qui magna pro Deo pati desiderant; ne, dum postea ipsis simile quid evenerit, ipsos pœnitentia petiisse.

§. IX.

Discutiendum etiam est, an eodem die possint plures Indulgentiæ obtineri? Hæc autem quæstio triplicem admittit sensum: 1. an per idem opus ad semel possint obtineri plures Indulgentiæ diversis viis concessæ? 2. An idem opus possit de die saepius repeti ita, ut etiam saepius eadem Indulgentiæ acquirantur?

3. An in eadem die per diversa opera etiam diversæ obtineantur Indulgentiæ?

465 Quæres igitur 1. an per idem opus possint obtineri plures Indulgentiæ diversis viis concessæ?

Ad hoc respondeo cum communiori, & probabiliori, quod si opus sit iterabile v. g. preces, tunc non acquiri per idem opus Indulgentias diversis viis indultas: quia, inquit Bassæus verbè *Indulgentia II.* n. 6. intentio concedentis verisimilior est, ut pro qualibet Indulgentia consequenda singuli actus, & singula opera præstentur; & talis est mens Ecclesiæ, & praxis fidelium, ait Claudio la Croix lib. 6. p. 2. n. 1371. consentit noster Vidal tract. de *Bulla Cruciatæ exam.* 2. n. 26. De aliis operibus, quæ iterari non possunt, & requiruntur per modum dispositionis, quale est jejunium, confessio, & communio, sentit idem Vidal, & cum Busenbaum la Croix ibidem n. 1301. & 1371. quod sufficiat, si ponantur semel; unde confessus, & communicatus potest eodem die visitare plures Ecclesiæ, ibique lucrari Indulgentias, quia una dispositio sufficit ad plures effectus morales. Benetamen monet la Croix, videndum esse, in quonam templo fieri debeat communio, secundum dicta n. 433.

466 Quæres 2. an per idem opus, sæpius repetitum, acquirantur eadem Indulgentiæ?

Respondet noster Vidal *loco cit.* cum communis, Indulgentias limitatas posse obtineri eodem die toties, quoties opera præscripta fuerint repetita, quando concessio est peregrinis. Ita olim docuit S. Thomas in *Supp. q. 25. art. 2. ad 4.* dicens: *Quando Indulgentia ad determinatum tempus datur, intelligitur semel tantum; sed si in aliqua Ecclesia sit Indulgentia perennis, sicut in Ecclesia B. Petri 40. dierum, tunc quotiesquis vadiit, toties Indulgentiam consequitur.* Verum eadem Indulgentia plenaria non potest sæpius per idem opus eodem die lucrifici, ut declaravit S. Congregatio Indulgentiis & S. Reliquiis præposita in Decreto de Apocryphis Indulgentiis, semel autem duntaxat in die plenariam Indulgentiam, in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud pium opus peragentibus lucrificari. Unde si quis duabus vicibus in die recitaret integrum Rosarium, non obtineret bis Indulgentiam plenariam.

467 Quæres 3. an in eadem die per diversa opera obtineantur Indulgentiæ diversæ.

R. cum communis, de Indulgentiis limitatis planè non esse dubium, & de plenariis etiam videtur esse certum, quas potest homo obtinere pro se, si nempe obtentâ primâ Indulgentiâ, iterum in aliis

aliquid peccatum inciderit. Unde inquit P. Roth, Sodalis Rosarianus potest eadem die v. g. primâ Dominica mensis acquirere primam Indulgentiam plenariam, si confiteatur, & communicet; secundam, si comitetur processionem; tertiam, si persolvat integrum Psalterium Marianum. Quòd demum plures Indulgentiae plenariae possint acquiri pro defunctis eodem die, est extra controversiam, teste nostrò P. Michaële Cavalieri p. 2. fol. mibi 114.

Demum duco consulendum, ut quivis per plura bona opera 468 pluries de die Indulgentiam plenariam, & maximè in mortis articulo quærat, ubi pluribüs mediis ad æternitatem præmuniri expediat: tum etiam, quia fortè primâ, vel altera vice ad percipiendam indulgentiam non erat satis dispositus; aut fortè interim in novum peccatum prolapsus est, ut virtute novæ Indulgentiae lucretur promeritat pœnæ remissionem.

§. X.

Occurrat etiam dubium, num Indulgentiae affixæ loco, vel rei desinant, si res vel locus destruatur?

P. Claudius la Croix lib. 6. p. 2. n. 1383. sic discurrevit de loco: 469 Quòd, si v. g. Ecclesia paulatim destruatur, & reædificetur, non cessent Indulgentiae, cùm sit eadem Ecclesia, quæ etiam non iudicet nova consecratione. Si simul destruatur, & nova reædificetur, aliqui Canonistæ, Rhod. Burgb. cent. 2. casu 49. Diana p. 11. r. 8. R. q. putant priores Indulgentias transferri in novam Ecclesiam, quia censetur moraliter eadem cum priore. E contra Lugo meritò dubitat, cùm enim Ecclesia nova egeat novâ consecratione, non videtur censeri eadem cum priore. Ita la Croix. Et idem videtur debere intelligi de Altari privilegiato destructo, & deinde iterum erecto.

In hoc puncto certum est, si contigerit apud Regulares Ecclesiæ destrui, & novam ædificari, quòd omnes Indulgentiae generaliter Regularibus, vel illi speciali Religioni, cuius est Ecclesia, concessæ, transferantur in novam Ecclesiam, etsi oportuerit illam de novo consecrari: ipsò enim factò, quod Regulares obtineant aliquam Ecclesiam, si eam visitant, lucrantur Indulgentias à Paulo V. concessas, de quibus infra cap. 22. item intelliguntur erætæ Confraternitates, quæ sunt Religionis illius filiæ, quod de nostris Sodalitatibus inferius expressè ostendetur. Unde apud Regulares quoad Indulgentias ipsis Religionibus concessas valet prior sententia Canonistarum. Quoad Indulgentias specialiter impletatas

v.g. Altaris privilegiati altera sententia est securior; hinc pro maijori securitate poterunt de novo à S. sede impetrari. De aliis rebus dicta quædam sunt n. 158. & sequent.

§. XI.

DE tempore Jubilæi breviter dico, Indulgentias suspendi solum in Jubilæo Anni Sancti, id est, durante Annō Sanctō, non verò in aliis Jubilæis extraordinariis: ita Urbanus VIII. in Brevi: Cum nuper 6. Nonas Maii 1624. suspendens Indulgentias ait: Eodem Annō (id est Sanctō) durante, nulli prodesse, aut suffragari debere, irritum quoque & inane decernimus. Suspenduntur autem omnes Indulgentiæ vivis concessæ, etiam affixæ granis, numismatibus &c. ut decernitur in dicto Brevi, sicut etiam Indulgentiæ plenariæ pro vivis concessæ. De non plenariis etiam certum est, eas non suspendi, quæ sunt concessæ ab Episcopis & Cardinalibus: de concessis à Summis Pontificibus controvertitur inter Authores: multi dicunt, etiam eas non suspendi; sed Tanner, & Marchantius *Hortus Pastorum tract. 5. lect. 1. fol. mibi 418.* dicunt etiam eas suspendi, eum Urbanus suspendat affixas granis & numismatibus, & ita etiam, ait Marchantius, responderunt Cardinales post Bullam Urbanii emanatam. Plenariæ tamen pro articulo mortis non suspenduntur, ut declararunt Urbanus VIII. Innoc. X. Clemens X. apud la Croix lib. 6. p. 2. n 1401. Item non suspenduntur immediate pro defunctis concessæ, prout dictum est n. 460. bene tamen concessæ immediate pro vivis, & applicabiles defunctis, quales sunt Rosarianæ, ut declaravit Clemens X. apud eundem ibidem.

Quod demum Indulgentiæ Rosarianæ affixæ certæ diei non possint privatâ Authoritate transferri in aliam, dictum jam fuit suprà n. 51.



CAPUT XI.

Expediuntur dubia circa Indulgentias
Stationum Romanarum.



Ropius jam ad ipsa dubia de Indulgentiis Rosarianis accedamus. Inter hæc maximi momenti sunt, quæ Indulgentias Stationum Romanarum concernunt, quibus propterea hoc integrum caput tribuimus.

§. I.

An Indulgentiæ Stationum Romanarum sint quotidie per integrum annum, vel solum diebus Stationum in Missali notatis, à Sodalibus SS. Rosarii acquirendæ?

Primò declarandum venit, quid nomine Stationis intelligatur.⁴⁷² Sciendum igitur, quod olim in primitiva Ecclesia propter persecutiones Christiani Romæ in locis subterraneis convenire, ac sacra facere consueverint, quæ loca exinde etiam, redditâ Ecclesiæ tranquilitate, in magna semper habebantur veneratione, & frequentari nunquam desierunt, quin imò ad eadem insignes etiam Ecclesiæ sunt excitatae. Piam hanc dicta loca visitandi consuetudinem etiam probavit S. Gregorius M. Pontifex Maximus, & visitantibus 7. annorum Indulgenciam indulxit: Hujus exemplum alii Pontifices secuti, innumeras alias Indulgencias adjunxerunt. Cùm verò Romam non omnes se conferre possint; hinc Pontifices benignè indulserunt, ut etiam in aliis Ecclesiis eadem possint Indulgentiæ obtineri, quæ gratia quoque indulta est à pluribus Pontificibus Sodalibus SS. Rosarii, prout refertur, & confirmatur in Bulla Nuper cap. 8. suprà n. 392.

Grande autem inde exortum est dubium, num scilicet istæ⁴⁷³ Indulgentiæ Stationum possint quodvis die per integrum annum, vel solum in certis diebus acquiri? quantæ sint genuinæ illæ Indulgentiæ? quid demum ad eas lucrandas fuerit præscriptum? In hac controversia, quot capita, tot erant sententiæ. Ante Decretum S. Congregationis Indulgentiis & S. Reliquiis præpositæ, *De apocryphis Indulgentiis* editum 7. Martii 1678. communiter dicebatur, Indulgencias eas esse quotidianas; post Decretum verò adhuc censem nonnulli probabile esse, quod sint pro omni die concessæ. Cùm verò omnis quæstio de Indulgentiis debeat ex ipsis Bullarum verbis dirimi, quæ tantum donant, quantum sonant; necessarium proinde duxi ipsas Bullas apponere, in quibus Indulgentiæ istæ Sodalibus nostris conceduntur.

In Bulla igitur *Nuper c. 8. suprà n. 392.* dicuntur eadem à⁴⁷⁴ tribus Pontificibus, nempe Leone X. Clemente VII. & Paulo III. indultæ. Primus autem horum eas solum vivæ vocis oraculo concessit, cuius concessionis authographum, ut ait Venturini, servatur Hispalis, antigraphum verò Romæ in archivio Ordinis nostri, cámque Reverendissimus P. Garzias de Loaysa tunc temporis Magister Generalis Ordinis nostri, postea verò S. R. E. Cardinalis, toti

*Caput XI. Expediuntur dubia circa
toti Ordini sequentib^{us} litteris intimavit, quas P. Venturini ex-
hibet tomo 3.*

*In Dei Filio sibi Charissimis universis Professoribus,
Fratribus & Sororibus Ordinis Prædicatorum Fr. Garzias de
Loaysa S. Theologiæ Professor, ac totius ejusdem Ordini-
nis humilis Generalis Magister & Servus. Salutem,
& religionis augmentum.*

*Noveritis SS. in Christo Patrem & DD. Leonem Divinæ prævi-
dentiæ Papam X. ex singulari devotione, quam ad B. M. V. & ejus
sacrum Rosarium gerit, ut ejus devotio. eò amplius dilatetur, quod per
Sedem Apostolicam amplius privilegiis & Indulgenciis ditatur, &
ro-
boratur; concessisse nobis hodie vivæ vocis oraculo, quod universi &
singuli fideles ubique existentes, qui in libro Confraternitatis conventu
Prædicatorum dicti Rosarii inscripti fuerint, visitantes quinque Altaria,
& in quolibet illorum quinque Pater noster, & quinque Ave
Maria pro statu Ecclesiæ orantes dixerint, aut si tot Altaria visitare
enolverint, unum vel plura Altaria in Ecclesiæ, ubi se invenerint, præfaid
modò orantes visitaverint, consequantur omnes & singulas Indulgencias
ac remissiones concessas omnibus & singulis Ecclesiæ Urbis Romæ, in
quibus vel in qua talis Statio & Indulgentia, & peccatorum remissio est,
visitassen. In quorum fidem & robur præsentes manu propriæ subsig-
nantes, & sigillo totius Ordinis munitas ad vos destinare decrevimus.
Valete, ac continuè vestris orationibus pro totius Ordinis augm^{to} &
profectu orate. Datum Romæ in Conventu S. Marie super Miner-
vam die 23. Maii 1518.*

*Neque hic objicias Lector erudite, concessionem hanc debere
475 revocatam censeri, cum Urbanus VIII. in constitutione; Aliæ felici
recordationis 10. Decemb. 1631. omnia vivæ vocis oraculo data
privilegia annullaverit. Multi quidem Authorum censent tan-
tum abrogatas esse gratias & privilegia, non verò Indulgencias,
alii verò, inter quos est noster de la Cruz, longè tutiū & probabi-
lius sentiunt hanc constitutione etiam esse annullatas Indulgencias.
Prædicta nihilominus concessio Leonis X. et si solùm vivæ vocis
oraculo facta, non fuit revocata, sed à pluribus Pontificibus confir-
mata; & primò quidem à Clemente VII. in suo Brevi, Eti tempore
ratium, quod tamè Breve promulgatum non fuit, cum Pontifex
inexpeditâ morte fuerit præventus; quia tamè hoc Breve à Pau-
lo III. postea fuit confirmatum, & publicatum, ideo etiam verba,
quibus concessio Leonis X. confirmatur, ex ipsa Bulla, quæ habe-
tur in 1. tomo Patris Venturini, excerpto:*

Et

*Et quia Leo X. ordinandō instituit, ac benignè concessit, quod 476
quilibet ex dictis Fratribus ubicunque existentibus, visitandō s. Altaria
cujuscunque Ecclesiae, vel unum, aut duo, quinques, si quinque de-
fuerint, easdem Indulgentias integraliter consequeretur, ac si omnes Al-
mae Urbis Stationes peregrinandō circumiret; hoc idem auctoritate A-
postolicā tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac pro firmis,
& approbatis esse & haberi volumus, & decernimus. — Datum Ro-
mæ octavū Idus Maii, Annō undecimō. Paulus verò III. hoc ip-
sum confirmavit Brevi sequenti, quod habet Venturini tom. I. fol.
224.*

PAULUS PAPA III.

Ad futuram rei memoriam.

Rationi congruit, & convenit honestati, ut ea, quae de Rom. Pont. 477
gratia processerunt, licet ejus superveniente obitu litteræ desuper expedi-
tæ non fuerint, suum debitum sortiantur effectum. Dudum siquidem,
cum ad notitiam fel. recor. Clementis Pape VII. Prædecessoris deve-
nisset: quod dilecti filii Confratres Confraternitatis sub invocatione
Rosarii B. M. V. in quibusvis domibus Ordinis FF. Prædicatorum
canonicè institutæ, à pia memoria Sixto IV. & Leone X. Prædecessori-
bus nostris & nedum confirmationem ejusdem Confraternitatis, & aug-
mentum, sed Indulgentias quamplures, & privilegia non immerito obti-
nere meruerunt. — — Cūmque idem Leo ordinando instituisset, ac
benignè concessisset, quod quilibet ex dictis Confratribus ubicunque exi-
istentibus visitandō quinque Altaria, cujuscunque Ecclesiae, aut unum,
vel duo quinques, si quinque decessent, easdem Indulgentias integraliter
consequeretur, ac si omnes Almae Urbis Stationes peregrinandō cir-
cumivisset, præfatus Clemens Prædecessor hoc idem dicta auctoritate
Apostolicā similiter approbavit, & confirmavit, ac pro firmo & appro-
bato haberī voluit, & decrevit. — — Ne autem de absolutione, ap-
probationibus, confirmationibus, roboratione, voluntatibus, ordinatio-
ne, decreto, concessione, & aliis præmissis, pro eo, quod super illis dicti
Clementis Prædecessoris, ejus superveniente obitu, litteræ confectæ non
fuerunt, valeat quomodolibet hastare, ipsique Confratres illorum fru-
strentur effectu: volumus & similiter Apostolicā auctoritate prædicta
decernimus, quod præsentes litteræ ad probandum plenè absolutionem
approbationis, confirmationem, roborationem, voluntates, ordinationes,
decreta, & concessionem, & alia prædicta ubique sufficiant, nec ad id
probationis alterius adminiculum requiratur. Datum Romæ apud S.
Petrum sub annulo Piscatoris 3. Novemb. 1534. Hæc omnia adhuc

234 Caput XI. Expediuntur dubia circa
confirmat Innocentius XI. in Bulla: Nuper c. 8. & Benedictus
XIII. §. 4. suprà c. 9. n. 414.

478 Ex his ergo Bullis nonnulli Authores deduxerunt Confraternitati SS. Rosarii à prædictis Pontificibus concessas esse Indulgencias Stationum Romanarum pro omni die totius anni, ita ut quolibet die visitandō s. Altaria possint acquiri Indulgenciarum Stationum Romanarum, eò quod in dictis Bullis concedantur Indulgencias Stationum, seu omnium Ecclesiarum Romæ, quod ipsi pro omni die indultum esse intellexerunt. Ita S. Chrysostomus & alii, & novissimè noster Venturini cum Michaële Cavalieri æquè nostro censem satis esse probabile, concessas has Indulgencias pro omni die, licet etiam contrarium dicat esse tutius & probabilius propter mox ponendam declarationem S. Congregationis Indulgentiis, & S. Reliquiis præpositæ.

479 Dico nihilominus, Sodales hujus Sodalitatis non possunt omnī die lucrari Indulgencias Stationum Romanarum, sed tantum diebus in Missali expressis. Ita declaravit dicta S. Congregatio in Decreto de Indulgentiis Apocryphis editō 7. Martii 1678. in quo ita statuitur: *Indulgencias Stationum Urbis, que à Romanis Pontificibus singulari quodam beneficio, vel communicatæ sunt, vel communicauntur interdum aliquibus locis, Ordinibus, aut personis, diebus tantum Stationum in Missali Romano descriptis suffragari posse declarat.* Et huic declarationi esse standum sentit noster P. Franciscus Vidal tract. de Propositionibus damnatis exam. 2. n. 37. qu. 2. & tract. de Bulla Cruciatæ exam. 2. §. 5. per totum, sequens P. Franciscum Sanchez nostrum Provincialem Philippinarum Virum eruditissimum lib. de Rosario cap. 8. aliósque magnos Doctores: idem sentit novissimus P. And. Roth c. 7 cum aliis magni nominis Authoribus, consenserunt pariter, quos hac in re consului.

480 Responderet P. Cavalieri, quod Innocentius XI. concedendō prædictas Stationum Indulgencias contraiérerit posito Decreto S. Congregationis, eò quod absolute in sua Bulla: Nuper c. 8. confirmet, dictas Indulgencias à Leone X. concessas, nullā factā mentione decreti hujus anno præcedentī editi, ac consequenter quod easdem confirmet pro omni die totius anni, quemadmodum Leo eas concessisse videtur, qui tamen Innocentius in dicta Bulla alia privilegia diligenter secundum ordinationes aliorum Pontificum restringit, ut fecit confirmingando facultatem erigendi Confraternitatem Ordini nostro privativè datam, servatā tamen constitutione Clementis VIII. servatāque pro tunc requisitā locorum distantiā: cùm

cum ergo non dixerit concessionem hanc debere intelligi secundum decretum antea dictum, & a se anno praecedenti confirmatum; videtur eam, non obstante illo decretō, pro omni die fecisse: ex quo concludit dictus Author securè homines ad quotidie visitanda Altaria, & acquirendas Indulgentias Stationum exhortandos esse.

Hæc tamen cavillatio nullius est roboris, nec etiam praedictus Author eā satis se convictum esse fatetur, sed praedictam declaracionem debita cum reverentia suscipit, quāvis tamen adhuc anceps remaneat. Licet enim Innocentius nullam mentionem decreti illius fecerit; tamen etiam contrarium apertè non concessit: utique ergo tacitè voluit, concessionem hanc debere secundum declarationem dictam, a se anno praecedenti confirmatam, intelligi, in qua declaratur concessiones similes, & jam factas, & imposterum faciendas tantum secundum dies in Missali expressos accipiendas esse. Præterea ex allatis Bullis Clementis VII. & Pauli III. non potest apertè erui Leonem X. dictas Indulgentias pro omni die concessisse, sed omnes loquuntur verbis ambiguis, in dubiis verò sine omni prorsus dubio standum est declarationibus Sacrarum Congregationum ad hunc finem editis.

Aliud argumentum format pro opposita opinione Antonius 481
Natalis in suo lib. de Purgatorio cap. 9. cui nonnihil adhæret Venturini. Supponit autem dictus Author Romæ inter Ecclesiás communicationem Indulgentiarum esse, ita ut in quacunque, præser. tim verò in 7. Capitalibus, Ecclesia sint omnes Indulgentiæ consequibiles, quæ cuicunque particulari Ecclesiæ sunt concessæ: cum igitur non sit dies in anno, in quo in aliqua Ecclesia Romæ non sit aliqua Indulgentia, conclusit idem eas pariter Indulgentias esse omni die in Ecclesijs Stationum: communicatis igitur Indulgentijs Stationum communicantur omnes Indulgentiæ quotidiana omnium Ecclesiarum Romæ existentium. Ait præterea idem Author ibidem, & ex illo noster Cavalieri, Indulgentias plenarias variis Ecclesijs concessas esse quotidie ad minimum 38. quas omnes ex ordine recenser, & omni die Dominicō, & die Mercurii omissis aliis quibusdam diebus unam vel plures animas ē Purgatorio posse liberari; non plenarias verò Indulgentias ait esse infinitas. Unde factum est, quod diversa Calendaria, has Stationum Romanarum Indulgentias continentia, fuerint concinnata, quæ pro omni die per integrum annum certas adferunt Indulgentias, & hæc omnia hoc ipsissimō nituntur fundamento: tale etiam est Calendarium dictum Perpetuum pro Sodalitate SS. Rosarii, in quo

plerumque tantum Indulgentiae limitatae aliquot mille annorum norantur, cum tamen juxta dictos Authores, & positum fundatum pro quavis die Indulgentiae plenariae poni debuissent.

482

Verum hoc argumentum funditus evertit doctissimus noster P. Petrus Maria Passerinus, qui Romae per plures annos munere Procuratoris Generalis Ordinis nostri summam cum laude fundatus est: hic *Tract. de Indulg. qu. 97. & 100.* docet, quod, sicut Romae in Ecclesiis Stationum sint multae Indulgentiae, etiam ferè quotidianae; sint tamen diversi titulis, & intuitu diversorum operum concessae, neque omnes haec Indulgentiae sint Indulgentiae Stationum, seu titulō Stationum datae, sicut nec ipsae Stationes Indulgentiae etiam Romae sunt omnī die acquisibiles (quod ipsum etiam bene ad vertit P. Roth c. 7. n. 6.) sed tantum diebus in Missali notatis, ad hoc enim illa notatio in Missali est facta, ut sciatur, quibus diebus, & in quibus Ecclesiis istae per annum Romae acquirantur: ex quibus deducit Passerinus, quod, dum communicantur Indulgentiae Stationum, non communicentur omnes Indulgentiae Romae in Ecclesiis Stationum acquisibiles; sed tantum illae, quae datae sunt titulō Stationis: cum igitur nec Romae sint quotidie Indulgentiae Stationum, nec etiam, quae communicantur, erunt quotidianae.

483

Addit nihilominus P. Vidal, &, laudo, inquit, tamen consuetudinem visitantium quotidie, & multoties Altaria pro Animabus, quia piē credi potest de S. Matre Ecclesia, lucifieri semper aliquas Indulgentias, & ad minus meritum, impetratio, & satisfactio maximo illis erunt emolumento. (Opinatur enim orationem ut meritoriam & impetratoriam posse juvare defundatos, de quo videatur n. 287.) Monitos tamen eos velim, ne quotidie publicent Stationum Indulgentias propter dictum Decretum, sed simpliciter dicant: faciamus pro animabus Purgatorii Stationes secundum Ecclesiae intentionem. Ita ille.

484

Dies Stationum in Missali expressi.

Tales sunt numero 88. in quibus semper Statio ad unam tantum Ecclesiam notatur.

In Januario.

Festum Circumcisionis.

Epiphania Domini.

In Februario.

Septuagesima.

Sexagesima.

Quinquagesima.

In Quadragesima.

Quilibet dies incipiendō à die Cineris
(in quo fit Statio Romae in Conventu nostro S. Sabinæ, ibique Cardinales & Romanus Senatus de manu Papæ sacram Cinerem accipiunt) usque ad Sab-

Sabbathum Sanctum inclusivè.

P. Venturini.

~~Quinq[ue]milia.~~

Excipit diem Parasceves, sed malè, cùm in Missali etiam eō die Statio notetur.

In Aprili.

Pascha, & tota inclusivè octava.

Festum S. Marci 25. Aprilis.

In diebus Rogationum.

Omnes tres dies.

In Junio.

Ascensionis Domini dies.

Vigilia Pentecostes cum tota octava inclusivè.

In Julio, & Augusto.

Nullus est dies Stationū notatus.

In Septembri.

Omnès tres dies quatuor temporum.

In Octobri, & Novembri.

Nullus dies.

In Adventu.

Omnès quatuor Dominicæ, & tres dies quatuor temporum.

In Decembri.

Vigilia Nativitatis Domini.

Dies Nativitatis, quod sub quavis ex tribus Missis est distincta Statio notata.

Dies festus S. Stephani, Joannis, Innocentium.

§. II.

De aliis ad Indulgentias Stationum pertinenteribus.

QUæres 1. quales, & quantæ sint Indulgentiæ Stationum? 485
 Diversæ sunt hac de re sententiæ. Antonius Natalis cum aliis ait, esse merè plenarias; alii volunt, in aliquibus diebus esse plenarias, in aliis aliquot mille añorum, ita *Calendarium Perpetuum SS. Rosarii*: alii dicunt, esse tantum limitatas, hujus sententiæ erat olim S. Thomas, qui in 4. dist. 20. qu. 1. art. 3. quæstione. 2. ait: *Eiusmodi Indulgentiæ, quod per gens ad unam Ecclesiam habeat septem annos Indulgentiarum, à B. Gregorio in Stationibus Romæ institutæ sunt.* Hinc Cardinalis Toletus ait, esse Indulgentias annorum: unde à diversis diversa confecta sunt Indulgentiarum Calendaria, & in quovis ferè Authore aliud reperitur, quod advertens P. Passerinus ait se consilia cum doctissimis, & in hac materia versatissimis viris Romæ hac de re contulisse, & tandem omnes uno ore conclusisse, esse incertum, quales, & quantæ istæ Indulgentiæ sint; negat proinde Passerinus esse plenarias: hanc sententiam de incertitudine harum Indulgentiarum amplectuntur etiam P. Vidal loco cit. & P. And Roth c. 7. n. 4. qui tamen conjecturat, eas debere esse magnas ex effato Bonifacii Octavi, qui in Bulla: *In sublimi Sedis Apostolicæ soli* ita loquitur: *Indulgentia Lateranensis Ecclæ*

clesiae numerari non possunt , nisi à solo Deo , & ego omnes illas confirmo. Unde , si quis ad hanc nostram Lateranensem Ecclesiam causâ de-
votionis , orationis , vel peregrinationis accesserit , ab omni sorde pecca-
ti sit mundatus totus : & hæc verba etiam adducit Venturini . Ait
cùm prout S. præc. dictum fuit , non omnes Indulgenciarum Ecclesia-
rum Romanarum aliis communicentur , hinc P. Roth de quan-
titate earum suum suspendit judicium , dicitque in Instruc. pro
Indulg. n. 22. probabiliter eas posse plures de die obtineri , quia
fortè sunt partiales , cùm non constet eas esse plenarias . P. Vidal
verò reputat nihilominus probilius nunc plures esse plenarias ,
& cùm sint per modum suffragii defundatis applicabiles , etiam illi
sæpius per eas è Purgatorio possunt liberari .

486 Quæres 2dò , an ad has Indulgencias acquirendas , requiratur confessio , & communio .

R. cum P. Vidal ibidem n. 29. & And. Roth c. 7. n. 8. quod non : unde sufficit esse in statu gratiæ , aut , si quis sit in statu pec-
cati mortalis , elicere contritionem .

487 Dictum etiam est jam suprà n. 431. quod volens consequi has Indulgencias debeat ipse solus visitare Altaria : infirmi tamen , ait P. Roth , secundum privilegium infrà n. 535. ponendum lucrari easdem possunt domi , si sibi notam aliquam Ecclesiam repræsen-
tant , & mente eadem Altaria percurrent . Veruntamen , si Bullæ ac-
cipiantur ad literam , tunc concedunt solum , quod impediti pos-
sint domi acquirere Indulgencias , quas alii lucrantur in Ecclesiis
Dominicis primis mensium , festis B. M. V. & Mysteriorum ; ni-
hilominus P. Roth de pietate Pontificum præsumens , hoc privi-
legium etiam extendit ad Indulgencias Stationum .

488 Quæres 3. quæ , & quot Altaria debeant visitari ?

Ad 1. respondet P. Vidal , quod Altaria debeant esse destina-
ta ad celebrandam Missam , ac propterea debeant habere aram se-
cundum tutiorem sententiam .

Ad 2. de numero Altarium , nonnulli dixerunt sufficere , si
unum visitetur , etiam ubi plura reperiuntur , ita *Calendarium Per-*
petuum SS. Rosarii , consentit Vidal , quia , inquit , ita concessit In-
nocentius XI. in sua : *Nuper c. 8.* ubi ait : *visitando cuiuscunque Ecclesiae , aut unum , vel duo quinques : sed P. Vidal Bullam hanc non legit ; nam statim additur , si quinque defuerint .* Habet tamen
hæc sententia fundamentum non leve in litteris Reverendissimi
P. Garziæ de Loaysa S. præc. positis , ubi dicitur : *visitantes quinque Altaria , & in quolibet illorum quinques Pater noster , & quinques Ave Ma-*

*Maria pro statu Ecclesiae orantes dixerint, aut si tot Altaria visitare noluerint, unum vel plura Altaria in Ecclesiis, ubi se invenerint, præfato modò orantes visitaverint, consequentur omnes & singulas Indulgencias &c. Sed Fossæus lib. I. de Rosario disc. 7. c. I. §. Tertium ait S. Pium V. teste Patente Brixianâ hoc limitasse, quod nempe orans 5. *Pater & Ave* ante unum Altare semel; sed in Ecclesia Rosarii Prædicatorum; satisfaciat ad promerendas Indulgencias.*

Dico nihilominus, modò standum esse decretis Clementis⁴⁸⁹ VII. Pauli III. & Innocentii XI. §. præc. positis, qui omnes decernunt esse visitanda quinque Altaria, & tunc solùm sufficere visitare unum, vel duo quinquies, si quinque defuerint. Ita P. Roth c. 7. n. 8. idem senserunt, quos hac de re consului.

Sed quid, si in Ecclesia sint plura Altaria, quam quinque? ⁴⁹⁰

Respondet P. Vidal, quod ex illis debeant quinque à Superiori illius Ecclesiæ pro Stationibus deputari; & addo consultissimum fore, ut aliquæ tabellæ cum inscriptione: *Altare Stationum in deputatis Altaribus collocentur, saltem in Ecclesiis, in quibus reperitur Sodalitas.*

Quantum autem orandum?

Respondet P. Vidal, quod quidem in antiquis Summariis Indulgenciarum præscripta fuerint quinque *Pater & Ave*; sed quia in novissima concessione, & Brevi Innocentii XI. hoc jam amplius non exigitur, sufficiet unum *Pater & Ave* ad dictas Indulgencias consequendas: hoc idem dicunt Calendaria perpetua, sed male. Unde

Dico, quod debeant à Sodalibus secularibus dici 25. *Pater & Ave*, nam, ut antea dictum est, debent visitari 5. Altaria, aut unum vel duo quinquies; sed juxta litteras Garziæ de Loaysa ad unum quodque ex quinque Altaribus debent orari 5. *Pater, & Ave*: ergo universim 25. Ita P. Roth ibidem & alii. Ex hoc autem, quod Innocentius in dicto capite nihil certi pronunciaverit orandum, nihil colligitur, cum ibidem confirmet concessionem Leonis, prout illa fuit intellecta à Clemente VII. & Paulo III. & hi Pontifices voluerunt, ut quinque Altaria vel unum quinquies, & quidem semper recitando ad quamlibet visitationem 5. *Pater & Ave* visitentur: unde ex hoc potius contrarium eruitur. Ex quibus omnibus aperte sequitur, nihil jam amplius Calendaria Perpetua SS. Rosarii valere. De Religiosis tamen verum est, quod illi possint lucrari Indulgencias Stationum, dummodo suas Ecclesiis visitent, & quinque *Pater & Ave* orent, ut ipsis concessit Paulus V. ut

240 Caput XI. Expediuntur dubia circa
ut infra videbimus c. 22. Hæc tamen Indulgentia Pauli V. non
est applicabilis defunctis. Unde si Religiosi velint Indulgentias
Stationum donare defunctis, orent 25. Pater & Ave ad 5. Altaria.

492 Quæres 4. An Altaria debeant visitari, ita ut ab uno ad aliud
sit verus motus?

Respondeo eum communiori, non requiri verum & physicum
motum, sed sufficere moralem, seu quod aliquis mente & inten-
tione procedat ab uno Altari ad aliud: hac in re mihi placet in-
structio P. Thomæ Tamburini S. J. Tract. de Bulla Cruciatæ c. 10.
§. 1. ita scribentis: Dum visitas quinque Altaria, certè securius
est, si dum fundis preces, facias aliquem corporis motum versus
illud Altare, ad quod preces porrigit: secus ea visitatio non vide-
tur esse quintuplex, sed una. Dum item visitas unum Altare
quinquies, securius etiam erit, si primâ visitatione, hoc est, primâ
oratione finitâ, caput v.g. inclines, vel si es genuflexus, surgas, &
iterum genuflectas, & sic facias in singulis, ut nimirum appareat,
& quidem sensibiliter, esse plures visitationes. Idem sentit & Vidal.

493 Estne autem necesse, ut Altaria videantur?

Respondeo, si fieri possit, debent videri; si non possit, tunc, inquit P. Roth c. 7. n. 12. oportet vultum vertere ad loca, in quibus
sunt erecta Altaria: si nec hoc fieri possit, dico, quod sufficiat men-
te ab uno Altari procedere ad aliud; si enim infirmus etiam domi
existens possit visitare Altaria, & lucrari Indulgentias, ut dictum
est, cur non poterit eodem modō visitare moraliter Altaria intra, vel
extra Ecclesiam existens, et si illa non possit cernere?

494 Quæres 5. in qua Ecclesia sint istæ Indulgentiæ?

Respondeo cum P. Roth c. 7. n. 9. quod istæ Indulgentiæ
Stationum possint in quacunque Ecclesia, etiam ubi non est erec-
ta Confraternitas Rosariana, obtineri, & hoc colligitur ex verbis
Innocentii: Leo X instituit, & concessit, ut quilibet Confrater Con-
fraternitatis SS. Rosarii canonice in quacunque Ecclesia Ordinis Prä-
dicatorum erectæ, 5. Altaria visitando cujuscunq; Ecclesiæ, aut
unum, vel duo quinquies, si quinque defuerint, easdem Indulgentias in-
tegraliter consequantur. Decet tamen, ut, si in loco adest, in Ec-
clesia Confraternitatis Altaria visitentur. Sufficit etiam, si Ecclesia
solum sit benedicta, licet non sit consecrata, nec obest, si pollua-
tur, quia etiam talis absolutè gaudet privilegiò Ecclesiæ, ait Vidal.
Sufficit præterea secundum eundem P. Vidal, & P. Roth Orato-
rium privatum, tum quia Oratoria veniunt nomine Ecclesiæ;
tum quia etiam ibidem possunt Altaria visitari.

Si autem in Ecclesiam non daretur introitus, vel quia clausa est, vel quia plena populō sufficitne orare ad fenestram, vel ad januam? 495

R. Cum P. Vidal, quod ordinariè debeat aliquis esse intra Ecclesiam, quia positus extra illam non censetur moraliter visitare Altaria. Si verò non posset quis intrare, poterit foris vel ad fenestram, vel januam mente visitare Altaria, & lucrari Indulgentias, conetur tamen etiam eadem cernere, ut dictum est: non enim videtur ad consequendas Indulgentias major præsentia requiri, quam ad audiendam Missam, sufficit autem juxta communem sententiam dicta præsentia extra Ecclesiam ad audiendam Missam, si aliquod modō cognoscatur, in quonam Altari illa legatur: sufficiet igitur etiam ad Indulgentias.

Quæres 6. an hæc visitatio Altarium possit institui sub Missa 496
in die festo?

Respondet P. Roth c. 7. n. 12. affirmativè, & adducit pro se Sylv. verbo *Missa*: Ego tamen opinonem hanc non reducerem ad praxim; nam ad audiendā Missam requiritur devotio, & attentio exterior ad Missam, ut docet noster Sylvester verbō: *Missa II. quæst. alt.* talis autem qui sub Missa procederet physicè, & cum motu de uno Altari ad alia, fortè etiam satis distantia, non videtur posse habere simul attentionem exteriorem ad Missam: & eadem etiam ratio est, si visitatio fiat mente, & intentione, nam & in hac proceditur de Altari, in quo est Missa, ad alia Altaria, & ad ista figitur mens, & intentio.

Quæres 7. an visitatio hæc debeat esse continua, vel possit in- 497
terrumpi?

R. cum P. Roth ibidem, quod possit interrumpi; continuatio enim in nulla Bulla exigitur; melius tamen est ad semel, & continua integrum devotionem completere.

Quæres 8. quando istæ Indulgentiæ possint acquiri?

Noster Vidal dicit, eas posse acquiri quilibet horâ diei naturalis à media in medium noctem, quia in Bulla non exprimitur usque ad occasum solis, ut solet in Jubilæis, dies autem absolutè positi stant pro naturalibus. Tamburinus contrà Tract. *De Bulla Crucifera cap. 10. §. 3.* Supponit, Romæ Indulgentias has esse à primis Vesperis usque ad occasum solis sequentis diei. Quidquid sit, ad minus verum est, quod post Vesperas sint Indulgentiæ aut præsentis, aut jam sequentis diei acquisibiles, si plures Stationum dies sibi continuè succedant.

CAPUT XII.

Compendium Indulgenciarum debitum cum observationibus.



Oni jam superius n. 342. circa quodvis capitulum, & paragraphum Bullarum Innocentii XI. & Benedicti XIII. venire aliqua observanda, & haec in isto capite suscipimus discutienda: utque commodius istud præstetur, compendium Indulgenciarum debitum cum observationibus formabimus. Ponam autem Indulgencias, prout illæ concessæ sunt à Summis Pontificibus, & plerumque eam, quæ inter reliquas est major, & minores revideri poterunt in ipsa Bulla Innocentii, quam per primum ejus verbum: *Nuper indicabo.*

§. I.

Indulgencias, quas habent recepti ad Societatem in die inscriptionis.

499 *I*gitur eō die, quō quis in Societatem fuerit receptus, & scriptus in Albo, si confiteatur, & in aliqua Ecclesia seu Capella Confraternitatis S. Communione reficiatur, acquirit Indulgenciam plenariam. *Nuper c. 2. n. 1. n. marg. 351. Vide, quæ dicta sunt n. 212.*

§. II.

Portantes apud se Rosarium benedictum.

500 *Q*ui apud se Rosarium benedictum sive clam, sive palam portaverit, & (prout intelligit verba Innocentii n. 356. allegata P. Roth c. 6. n. 3.) saepius dolorem de peccatis elicuerit, habet Indulgenciam 100. annorum, & totidem quadragenarum: & quoniam Alexander VI. in Brevi: *Illius, qui perfecta, duplicavit omnes Indulgencias à suis Prædecessoribus Rosario indultas, concludit Venturini tom. 1. disc. 22. fol. 147. quod per gestationem Rosarii omnī die acquirantur 200. annorum Indulgencias.* Benedictus auctem XIII. in Bulla: *Concessione ampliative 13. April 1726. declaravit, quod tale Rosarium debeat esse benedictum à quodam Sacerdote Ordinis Prædicatorum. Ita Venturini ibidem.*

§. III.

Orantes Rosarium.

1. Qui continuè recitaverint, aut recitari fecerint tertiam partem Rosarii, habent Indulgentiam 100. dierum diebus serialibus ordinariis. *Nuper c. 3. n. 4. n. marg. 357.* Item recitanti bus tertiam partem, ita tamen, ut in hebdomada integrum Psalterium persolvant, 7. annorum. *Ibidem n. 8. marg. 361.* Qui tertiam partem Rosarii persolverint cum proposito confitendi, ita tamen ut integrum Psalterium per hebdomadam compleant, pro qualibet vice, seu tertia parte 10. annorum, & totidem quadragenarum. *Ibidem n. 6. marg. 359.* Qui verè pœnitentes & confessi tertiam partem oraverint, sexaginta millium annorum, & totidem quadragenarum. *Ibidem. n. 3. marg. 356.* quæ Indulgentia apud probos, qui nunquam talem pœnitentiam meruerunt, semper est plenaria. Qui tertiam partem in Capella SS. Rosarii, vel in aliqua parte Ecclesie, ex qua Altare dictæ Capellæ conspicere possit, recitaverit, 50. annorum. *Ibidem n. 7. marg. 360.*

2. Recitantes verò tertiam partem, confessi & communicati 502 tamen, diebus Resurrectionis Domini, Annunciationis, & Assumptionis B. Virginis 10. annorum, & totidem quadragenarum. *Ibidem. c. 4. n. 6. marg. 370.* reliquis festis Domini Nostri Iesu Christi, & B. M. V. in quibus sacra Mysteria recensentur, 7. annorum & quadragenarum. *Ibidem n. 7. marg. 371.*

3. Integro Psalterio conceduntur omnes Indulgentiae indul- 503 ta Coronæ B. M. V in Hispaniis usitatæ. *Nuper c. 3. n. 11. marg. 364.* Hæc Corona est Franciscana, quæ teste P. Andreæ Roth, præter penè infinitas limitatas, habet etiam Indulgentiam plenariam, quam eidem elargitus est Paulus V. ut habet etiam P. Vidal *Tract. de prop. damn. exam. 2. n. 40.*

4. Qui per hebdomadam integrum Psalterium oraverit, dua 504 bùs vicibus potest lucrari Indulgentiam plenariam, applicandam à Confessario, semel in vita, & semel in mortis articulo, quam vi- væ vocis oraculo concessit Innocentius VIII. *Nuper c. 4. n. 2. marg. 366.*

Nota.

Notandum 1. ad lucrandas has Indulgentias, recitationi Rosarii concessas, necessarium esse, ut Rosarium recitetur meditan- dō Mysteria. Hoc colligitur ex formula benedictionis Rosario- rum

344 Caput XII. Compendium Indulgenciarum
rum, in qua petitur: Ut, quicunque borum quodlibet (ex Rosariis
benedictis) secum portaverit, atque in domo sua reverenter tenuerit, &
in eis ad te secundum ejusdem Sanctæ Societatis instituta Divina con-
templandò Mysteria devotè oraverit, salubrè & perseverantè devotione
abundet, si que cōsors & particeps omnium gratiarum, privilegiorum
& Indulgenciarum, quæ eidem Societati per S. Sedem Apostolicam con-
cessa fuerunt. Idem fuit etiam à S. Sede declaratum: ab obligatio-
ne tamen meditandi solvit verè rudes Benedictus XIII. in Bulla
Pretiosus §. 4. suprà n. 414. positò, declarans, eosdem devotā, ac
pià ejusdem Rosarii recitatione prædictas Indulgencias juxta po-
sterius hoc decretum, Mysteria meditantibus tantummodo con-
cessas, etiam lucrari posse, tametsi planè volumus (ait Pontifex)
ut iisdem Reparationis nostræ Mysteriis sacratissimis meditandis
juxta Rosarii institutum assuefiant. Alii ergo capaciores tenen-
tur recolere Mysteria, ad quod rudes paulatim sunt disponendi:
valde tamen profunda, variisque summis affectibus commixta me-
ditatio non requiritur.

506 De hac meditatione propositū fuit S. Congregationi sequens
dubium, quod una cum declaratione à Benedicto XIII. approba-
tā, reddo ex P. Venturini tom. 2. disc. 45. fol. 276. extat etiam in
Bullario Ordinis tom. 6. fol. 600.

Cùm Sacrae Congregationi Indulgentiis, sacrisque Reliquiis præ-
positæ P. Proc. Ord. Præ. supplices preces porrexerit pro declaratio-
ne dubit: an, qui Sanctissimum Rosarium B. M. V. recitans omissa
consuetæ meditatione Mysteriorum humanæ Reparationis, & illorum
vice, mortem, aut cætera Novissima, vel alia pia, ac religiosa meditan-
tur, Indulgencias, à Summis Pontificibus concessas, pro recitatione
Rosarii lucentur? Sacra Congregatio die 6. Augusti 1726. respondit,
non lucrari: quam Sacrae Congregationis declarationem per me Secre-
tarium SS. D. Nostro relatam, Sanctitas sua benignè approbavit.
Datum 13. Augusti 1726.

Loco f. Sigilli.

L. Cardinalis Picus Prefectus.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secretarius.

507 Quid autem incipiendum, cùm meditatio Mysteriorum non
possit componi cum attentione ad sensum, quem includunt
verba Orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ; intellectus
enim noster non potest ad semel esse pluribus æquè intentus?

Respondeo, quod melius sit considerare Mysteria, quam sen-
sum

sum verborum : nam secundum D. Thomam 22. q. 83. art. 13. c. attentio ad finem orationis, & ad rem, pro qua oratur, est optima inter attentionem ad verba , & ad verborum sensum: cùm igitur finis in Rosario sit consideratio Mysteriorum , optimum erit ad hæc attendere, licet non adeo bene ad verborū sensum advertatur.

Notandum 2. quod ad participanda bona opera totius Sodalitatis Rosarium sit recitandum pro reliquis Sodalibus , & Ordine nostro Prædicatorum , ut dictum fuit n. 309. 313. 334. ad lucrandas tamen Indulgentias intentio specialis nullibi præscribitur , saluberrimum esset id recitare pro S. Matre Ecclesia, ut alias fieri consuevit, & ideo n. 96. & 202. hanc intentionem apposui. Quod dénum præter dictas generales intentiones adhuc possint fieri alias particulares, probat Ecclesiæ usus.

Quæres hinc, an ad lucrandas Indulgentias, Sodalibus Rosarii concessas, requiratur præter inscriptionem etiam trini Rosarii hebdomadalis recitatio?

Negat necessariam esse recitationem P. Andreas Coppenstein , quem sequitur P. Joannes Studer 3. p. c. 10. n. 3. Fossæus lib. I. disc. 7. c. 1. not. 4. Alias enim inscriptio iis nihil prodesset.

Item in Bullis non reperitur, quod reliquæ Indulgentiæ à recitatione Rosarii dependeant ; Bullæ autem sunt largè interpretandæ.

Sed contra est : Reliquæ Indulgentiæ videntur concessæ per modum præmii diligentiarum & devotionis Sodalium, trinum Rosarium hebdomadatim recitantium , & ut proposito hōc præmiō ad illam recitationem facilius inducantur.

Item non recitantes ex negligentia dictum Rosarium haberi debent, tanquam indigni gratiarum Sodalitatis, cùm principalem regulam non obseruent; est autem singularis gratia, quod Sodales inscripti possint positib[us] certis conditionib[us] lucrari multas Indulgentias, quas non inscripti, et si præscriptas conditiones ponant, non lucrantur. ergo.

R. Prima pars est probabilis, sed secunda est probabilior & securior, ac propterea omnino amplectenda, cùm huic faveant Pontificum Bullæ : nam in Bulla : Nuper c. 4. n. 3. marg. 367. ad Indulgentias ibidem requisitas requiritur, ut Confraternitas servetur : Idem ad aliam Indulgentiam requiritur ibidem c. 10. n. 1. marg. 396. dénum in formula benedictionis Rosariorum dicitur, ut, qui ex Rosario benedicto devotè oraverit, salubr[us] & perseverant[er] devoctione abunder, sicutque consors & particeps omnium gratiarum, privilegio-

246 *Caput XII. Compendium Indulgentiarum
giorum & Indulgentiarum, quæ eidem Societati per S. Sedem Aposto-
licam concessa fuerunt: quæ verba, ut reor, hunc genuinum sensum
continent: ut, sicut illi, qui non ex Rosario benedicto orant,
sunt participes gratiarum, privilegiorum & Indulgentiarum. Socie-
tatis juxta n. 151. ita magis sit horum omnium particeps, qui è Ro-
sario oraverit benedicto: & ita ista verba ubique recitationem Ro-
sarii exigunt, ut homo possit fieri gratiarum, Indulgentiarum &
privilegiorum particeps Sodalitatis. Hoc tamen non obstante, si
quis consueverit recitare Rosarium, licet illud subinde, sed raro
omittat, autumno esse extra dubium, eum posse cæteras Indulgen-
tias lucrari; sicut & eum, qui planè nec per se, nec per alium, nec
conjunctione, nec divisim potest hebdomadatim persolvere Psalte-
rium, ita enim de clementia S. Matris Ecclesiæ præsumendum est,
quod nolit tales dicta gratiæ privare.*

Ad 1. igitur dico. Etsi præter inscriptionem requiratur reci-
tatio Psalterii; hoc tamen utilitatis inscriptio habet, quod reddat
hominem proximè capacem Indulgentiarum. Ad 2. Bullæ sunt
largè interpretandæ, nisi prudens præsumptio sit, quod Pontifex
intenderit contrarium.

510 Hoc præterea etiam certum est, Indulgentias reliquas inter
se non esse connexas, unde positō, quod quis legem de recitando
hebdomadatim Rosario adimpleat, jam hanc, jam illam Indulgen-
tiam lucrari potest, v. g. si non vult visitare Capellam, confitetur
tamen Dominicā primā mensis, & comparet ad Processionem, his
actibus concessis Indulgentiis nihilominus gaudebit.

511 Notandum 3. circa n. 503. quod quidem non decernatur in
Bulla, an ad hoc, ut integrō Psalteriō acquirantur Indulgentiæ
plenariae, debeat illud Psalterium dici unō & eodem die; credibile
tamen est sufficere, si pluribüs diebüs absolvatur, Bullæ enim, ut
sæpè jam dictum est, sunt largè & benignè intelligendæ, & ita vi-
detur etiam sentire P. Roth c. 3. n. 1.

512 Notandum 4. circa n. 504. ex P. Roth c. 3. n. 2. quod illa In-
dulgentia plenaria in articulo mortis applicetur per Absolutionē
Generalē, ut patet ex formula; sed si datur semel in vita, non ap-
plicetur à Confessario per Absolutionem Generalem, hæc enim
propter verba in formula expressa, *In articulo mortis constitutis pro-
priè datur moribundis.* Indulgentia ergo in vita applicanda est à
Sacerdote in Confessione his vel similibüs verbis immediatè post
verba, *Absolvo te ab omnibus peccatis tuis proferendis: Et concedo
tibi Indulgentiam plenariam à Summo Pontifice Innocentio VIII. con-
cessam.*

cessam. In Nomine Patris &c. sequitur, Passio Domini. &c. Si quis verò hoc proferre nollet, saltem monere debet pénitentem, ut se ad hanc Indulgentiam obtinendam disponat, & illam intendat obtinere. Ita ille. Et arbitror, in vita Indulgentiam hanc non posse à quolibet Sacerdote applicari, sicut nec in morte, sed tantum ab eo, qui potest dare Absolutionem Generalem: secundum enim dictam concessionem Innocentii VIII. eadem est facultas applicandi Indulgentiam plenariam sive in vita, sive in morte: sed in morte non potest à quovis applicari per Absolutionem Generalem, ut dictum est n. 146. ergo nec in vita.

§. IV.

Pronunciantes SS. Nomina JESUS & Maria

Benedictus XIII. in quodam Brevi concessit omnibus fidelibus 513
Etiam non Sodalibus devotè hæc SS. Nomina pronunciantibus 25. dierum Indulgentiam. Concilium verò Avenionense, ut
habet Fossæus lib. 1. disc. 7. c. 1. cuilibet per clausulam istam *JESUS Christus* salutationem Angelicam terminanti concessit dies 50.
Indulgentiarum: facit in uno Rosario annos 6. cum dimidio, hebdomadas 18. dies 2. Sodales verò devotè pronunciantes sive intra,
sive extra Rosarium SS. Nomen *JESU*, & *Mariae* 7. dierum Indulgentiam lucrantur. *Nuper c. 4 n. 5. marg. 369.* Idem Sodales,
qui in fine cujuslibet Salutationis Angelicæ Nomen *JESU* nominaverint, obtinent 5. annorum, & 5. quadragenarum Indulgentiæ.
Nuper. c. 3. n. 3. marg. 356. revide hic caput 3. n. 101. Quod si istæ Indulgentiæ cum aliis §. præcedenti allatis simul sumantur, tunc
numerus multorum millium annorum consurgit.

§. V.

Confessi certis diebus.

Qui Dominicā primā cujuslibet mensis fuerit confessus, & in 514
Ecclesia, in qua est Sodalitas, S. Synaxi refectus pro felici statu S. Matris Ecclesiæ oraverit, habet Indulgentiam plenariam.
Nuper c. 9. n. 1. marg. 393. Item in festo S. Nominis B. Mariæ Virginis, seu Dominicā infra octavam Nativitatis Ejusdem. *Ibid. n. 2. marg. 394.* Jam autem ad instantiam Caroli VI. Imperatoris cotiessæ sunt Indulgentiæ plenariæ pro hoc festo in partibus hæreditatiis ejusdem, iis, qui Majori Sacro eō die interfuerint. Advertendum tamen, quod istæ Indulgentiæ sint in Dominica prima in mense, & non in Dominica prima secundum Novilunium, ut dictum fuit supra c. 2. reg. 4. n. 40.

§. VI.

Comitantes processionem.

515 **Q**ui intersunt processioni omnī Dominicā primā mensis fieri solitæ, absque prævia confessione habent 7. annorum Indulgentiam. *Nuper c. 5. n. 1. marg. 372.* post S. Confessionem verò, & Communionem, solitásque pro S. Matre Ecclesia, in ipsa processione peragendas, preces Indulgentiam plenariam. *Ibidem n. 3. marg. 374.* Hic tidem advertendum, quomodo debeat Dominicā prima sumi. In festis verò B. M. V. videlicet *Conceptionis, Nativitatis, Purificationis, Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Presentationis*, acquirunt pauciter Indulgentiam plenariam, qui confessi, & communicati, vel faltem firmum propositum confitendi habentes, pro S. Matre Ecclesia oraverint, & processioni interfuerint. *Ibidem n. 4. marg. 375.*

Nota.

516 In Bulla exprimitur in festis B. M. V. sufficere propositum confitendi, non verò in diebus Dominicis; in his enim simpliciter ibidem ad Indulgentiam plenariam consequendam requiritur Confessio, & Communio ante processionem nullā factā mentione propositi. Preces autem in processione peragendæ nullib[us] determinantur, ideoque inquit P. Roth c. 5. n. 11. sufficit quævis, dummodo fervens, oratio. Revideatur, quod dictum est n. 46. de processione in festis Mysteriorum.

517 Sciant autem illi, quos pudet cum aliis interesse processioni, ac propterea remanent in Ecclesia, quod has Indulgentias non luerentur, quia non adimplent requisitam conditionem, quæ est actualis comitatio processionis.

§. VII.

Visitantes Capellam SS. Rosarii.

518 **V**isitantes Capellam SS. Rosarii absque prævia confessione, & orantes pro S. Matre Ecclesia, quotidie lucrantur Indulgentiā 100. dierum. *Nuper c. 6. n. 4. marg. 380.* De orantibus in eadem Capella tertiam partem Rosarii dictum est n. 501. in fine. Qui confessi & communicati visitaverint à primis Vesperis usque ad solis occasum Capellam, orantes pro S. Ecclesia, ut solitum est, in festo omnium Sanctorum, remittuntur eis 7. anni, & tot quadragenæ. *Ibid. n. 8. marg. 384.* Qui verò hōc modō confessi &c. ut mox

mox dictum est, visita verint Capellam Dominicā primā cujuslibet
mensis, & omnibus festis B. M. V. n. 2. marg. 378. item Dominicā
tertiā Aprilis, n. 4. marg. 380. & illis diebus, quibus aliqua Rosarii
Mysteria celebrantur, n. 6. marg. 382. lucrantur Indulgentias ple-
narias.

Nota.

Per Capellam, & Altare SS. Rosarii debere intelligi ipsam 519
Capellam, sive ipsum Altare SS. Rosarii, non verò quamcunque
B. Virginis statuam extra Capellam, declaravit Benedictus in Bul-
la: *Pretiosus §. 5. ubi etiam indulget, Quid visitantes infra oclava-*
ram, vel in ipso oclava festi Rosarii (id est S. Mariæ de Victoria Do-
minicā primā Octobris) Capellam, in qua erexit a sit Societas ejusdem
Rosarii, die per eos eligenda, Indulgentiam plenariam consequantur,
si confessi, ac S. Eucbaristiâ refecti pias de more Ecclesiæ ad Deum
preces effuderint.

Adverte pariter, ad Indulgentias plenarias in Dominicis pri- 520
mis Mensium, & festo Nominis B. M. V. non requiri visitationem
Capellæ, sed sufficere Confessionem; at in aliis festis B. V. & fe-
stis Mysteriorum requiri præter Communionem etiam visitatio-
nem Capellæ: patet hoc manifestè ex Bulla: *Nuper, in qua di-*
stincta capita ponuntur, in quorum uno, nempe sexto, ad has In-
dulgentias requiruntur Confessio, Communio, & visitatio Capel-
lae; in altero verò, nempe 9. solùm requiruntur Confessio, &
Communio.

Festa autem Mysteriorum ennumeravi suprà c. 2. reg. 3. n. 37. 521
An autem Indulgentiae sint omnibus tribus diebus Paschatis, &
Pentecostes, non determinant Bullæ, benignius tamen interpre-
tandæ sunt, & ad omnes 3. dies extendendæ.

Quantum in visitatione sit orandum, in Bulla non determi-
natur, sed videantur dicta n. 438.

P. Franciscus Vidal tract. de Bulla Crucifera exam. 2. n. 25. §. 522
3. Posse, ait esse pro festo Assumptionis B. M. V. concessum jubi-
lrium, in quo Indulgentia plenaria à primis Vesperis usque ad oc-
casum solis diei sequentis toties, seu pluries obtinetur.
Verum de hujusmodi jubilæo nihil in Bullis inveni, neque ejus P.
And. Roth, aut aliquis Authorum, quos legi, meminit: potera-
mus tamen die hōc, & tribus diebus præcedentibüs absolvere à ca-
libus reservatis, ut dicetur c. 13. n. 573. & sequent.

§. VIII.

Visitantes quinque Altaria.

§23 **V**isitantes quinque Altaria cujuscunque Ecclesiae, aut si tot in eadem non fuerint, unum vel duo quinques, & ad quamlibet visitationem quinque *Pater & Ave* pro S. Matre Ecclesia recitantes, consequuntur easdem Indulgencias, ac si Romae Stationum Ecclesias visitassent. Videatur caput II.

§. IX.

Exercentes pia opera.

§24 **I**N Nuper c. 7. recensentur quidem multa pia opera, pro quibus est indulta Indulgentia 60. dierum, cum autem n. 5. ad finem n. marg. 390. dicatur, quod, qui quocunque pietatis, vel charitatis opus exercuerint, lucentur etiam 60. dierum Indulgentiam, hinc illa singillatim non refero, sed quædam videri possunt in eodem capite septimo. Et P. Roth c. 6. n. 1. per bona opera non tantum intelligit ea, quæ de se sunt bona opera virtutis, sed etiam opera indifferentia, ut comedere, deambulare &c. si fiant ex bona intentione, saltem facta mane; & per talia opera, ait, posse æquè 60. dierum Indulgentiam acquiri.

Sequentibus autem bonis operibus concessi sunt 100. dies: qui scilicet audiērint sermonem de Rosario. Nuper c. 3. n. 4. m. 357. ubi, quantum autumo, ipse verbi Dei præco non debet ab hac gratia excludi, qui non est deterioris conditionis, ac ipsi auditores. Item qui ad associandum ipsius SS. Rosarii vexillum, quando corpora mortuorum Confratrum ad sepulturam deferuntur, adfuerint, & anniversariis pro animabus defunctorum Confratrum celebrandis interfuerint, & ibi, ut præfertur, vel alias oraverint, aut infirmos Confratres ad Ecclesiastica Sacraenta capienda adhortandō visitaverint. Nuper c. 7. n. 2. marg. 387. Iterum, qui pro solemnitate SS. Nominis Mariæ ornandis Altaribus, vel Ecclesias præparandæ vacaverint, sive ornamenta ad Divinum cultum misserint. Nuper c. 7. n. 4. n. marg. 389.

§25 Illis, qui interfuerint Antiphonæ *Salve Regina*, quotidie in nostris Ecclesiis solemniter decantari solitæ, remittuntur quidem Sodalibus aliqui dies in certis diebus in Nuper c. 7. n. 4. marg. 389. & 391. unus annus certis temporibꝫ, sed Paulus V. anno 1608. omnibus, & singulis Christi fidelibus omni die, quæ ad dictum *Salve Regina* post Completorium comparuerint, concessit 200. dies Indul-

dulgentiarum. Verum de hoc iterum postea suō locō, nempe n. 814.

Solet similiter in nostro Prædicatorum Ordine omnī septimā- 526
nā processio funebris institui, & pro defunctis Responfiorum Li-
bera me Domine cum Collectis decantari, cui processioni si quis se
adjunxerit, remittuntur ei 8. anni. Nuper c. 7. n. 6. marg. 391.

§. X.

Legentes, & audientes Missam Votivam de Rosario.

Legentes Missam Votivam de Rosario: *Salve Radix Sancta*, 527
& qui eidem Missa verè pœnitentes, & confessi, vel firmum
confitendi habentes propositum, devotè interfuerint, ibique pro
pace inter Principes Christianos, hæresum extirpatione, & exal-
tatione S. Matris Ecclesiæ oraverint, quoties id egerint, assequen-
tur omnes Indulgencias, quas assequuntur recitantes integrum
Rosarium, inter quas est etiam Indulgentia plenaria, ut dictum
est *S. 3. n. 503. Nuper c. 10. n. 6.* Item soliti legere, & audire dictam
Missam poterunt omni mense semel die placitō per confessionem,
& S. Communionem lucrari Indulgentiam plenariam. *Ibidem n. 7.*
marg. 402.

Nota.

Notandum 1. quod antiqua Missa, quæ habetur in antiquo 528
ribus Missalibus, sit abrogata, ideo solum legenda est nova: *Salve
Radix Sancta P. Rothc. 8. n. 30.*

Notandum 2. cum S. Sedes non declaraverit, in quonam Al- 529
tari, aut Ecclesia hæc Missa debeat legi, hinc privilegium hanc le-
gendi est personale, & sequitur personas Sacerdotum Ordinis no-
stri; & ideo ubiunque eam legerint, privilegium habet effectum.

Notandum 3. quod hæc Missa non possit legi in festo Dupli- 530
ci, sed tantum illis diébus, in quibus dici potest Missa Votiva, ut
habent nostræ rubricæ; nullum etenim privilegium extat, vi cu-
jus posset dicitur in festo Duplici, de quo expressè, & in libris
indagavi, & peritiores interrogavi. Si ergo legitur in die prohibi-
to, per eam Indulgentiae non acquiruntur.

Notandum 4. cum P. Vidal trax. de Propof. damn. exam. I. n. 531
40. quod eam legere possint Sacerdotes etiam laiculares Tertiī Or-
dinis nostri juxta communem, & totū orbe receptam sententiam
afferentem, quod Tertiarii possint uti Breviariō, & Missali Ordi-

num, in quorum Tertio se inveniunt. Item P. Vidal *ibidem* adducit decretum Clementis X. die 16. Feb. 1671. concedentis Tertiarios, etiam non Sodales, dum tali Missæ intersunt, lucrari posse dictam Indulgentiam.

532 Notandum 5. ex P. Venturini *tom. I. disc. 32. §. I. n. 2.* & P. And. Roth *c. 8. n. 25.* quod eadem Missam legere non possint Regulares, in quorum Ecclesiis est instituta Sodalitas SS. Rosarii. Ipsi piè arbitrii sunt id sibi licere propter verba Clementis X. in *Nuper e. 10. n. 6. marg. 401.* adducta, quibus conceduntur dictæ Indulgentiæ *Sacerdotibus Sæcularibus, aut Regularibus, quibus licitum fuerit, juxta Constitutiones, & Decreta Sedis Apostolicae celebrare, Missam SS. Rosarii,* pro majori tamen quiete à S. Congregatione decisionem hujus dubii postulârunt, quibus fuit responsum, prout sequitur: Decretum.

Nonnulli Regiosi Regulares soliti pro sua devotione dicere Missam Rosarii, nescientes bucusque, an suspensio dictæ Missæ etiam ipsos concernat, aut solummodo sœculares Sacerdotes? supplicarunt Sacr. Rituum Congregationem, quatenus dignaretur id pro quiete suarum conscientiarum declarare &c.

R. Sacra Rituum Congregatio Missam Sanctissimi Rosarii approbavit tantummodo pro Fratribus Prædicatoribus; ideoque aliis sine dubio est interdicta.

Joannes Baptista Rinuccius Secr.

Fidem facimus, qualiter in Archivio Sacræ Rituum Congregationis adest suprà dictum Decretum, & facta collatione cum originali concordat. Hoc die 23. Jan. 1664.

Bernardinus Casalius S. Rit. Congreg. Secret. Concordat cum suo originali.

F. Petrus Paulus Ceandus Magist. & Secret.

F. Petrus Tana Mag. & Regens Collegii S. Thomæ de Urbe manu propria.

Notandum 6. quod eam legere non possint etiam Præsidēs hujus Sodalitatis Rosarianæ, qui non sunt ex Ordine Prædicatorum; hæc enim declaratio S. Congregationis etiam eosdem concernit. Refert etiam R. P. And. Roth *ibidem* de se ipso, quod nempe ipse solus scriperit Reverendissimo Patri Antonino Cloche Generali Ordinis nostri, supplicans, ut ipse à Sede Apostolica impetrare dignaretur facultatem, saltem Præsidibus istam Missam legendi: respondit autem Generalis, cùm S. Sedes iterum de

de novo soli Ordini Prædicatorum eam Missam adjudicaverit, se non audere dictam facultatem pro aliis postulare.

Demum nec Confessarii Monialium Ordinis nostri, si sunt extranei, eam audent legere, et si alias se illorum Breviariorum accommodare possint. Hoc totum iterum confirmavit Benedictus XIII. in Brevi: *Pretiosus* §. 7. n. 417.

Subjungo jam Missam de SS. Rosario, ut si forte in alia Eccl^{esi}a 534 legenda esset, ubi Missale nostrum non reperitur, ea ex praesenti libello dici posset.

Missa Votiva per annic circulū SS. Rosarii B.M.V.

Officium, sive Introitus.

Salve Radix Sancta, Salve mundi gloria; O Maria flos Virginum, velut Rosa, vel Lilium! tuum pro nobis deprecare filium. Temp. Pasc. Alleluja, alleluja.

H. Gratia super gratiam mulier Sancta, & pudorata. Gloria Patri.

Gloria in Excelsis, si regulariter dicitur.

Oratio.

Omnipotens, & Misericors Deus, qui ab æterno Unigenitum tibi coæqualem, atque consubstantialem filium secundum carnem prædestinasti in Spiritu sanctificationis; Dominum nostrum Iesum Christum, & Sanctissimam Virginem Mariam tibi acceptissimam in Matrem eidem à seculo præclegisti; præsta, quæsumus, ut amborum meritis per sacra quindecim Mysteria sacratissimi Rosarii completis, ita in praesenti simus illis addicti, quatenus etiam in cœlestis vita gloria fructus eorum in nobis jugiter sentiamus. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate ejusdem Spiritus S. Deus &c.

Lectione libri Sapientiae.

Ego flos campi, & lilium convallium. Sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filias. Favus distillans labia tua Sponsa, mel, & lac sub lingua tua, & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Hortus conclusus soror mea Sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emisiones tue paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Ego quasi vritis fructificavi suavitatem odoris, & flores mei fructus bonoris, & honestatis. Ego Mater pulchra dilectionis, & timoris, & agnitionis, & Sanctæ spei. In me gratia omnis viæ, & veritatis. In me omnis spes vitæ, & virtutis. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini. Spiritus enim mens super mel dulcis, & bæreditas mea super mel, & favum.

R.

R. Dilectus meus mibi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec
aspiret dies, & inclinentur umbræ.

V. Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia
convalium Alleluja, alleluja.

R. Virga Jesse floruit, Virgo Deum, & hominem genuit: pacem
Deus reddidit, in se reconcilians ima summis. Alleluja.

Infra Septuag. Tractus: Gaude Maria Virgo, cunctas bære-
ses sola interemisti.

V. Quæ Gabrielis Archangeli dictis credisti.

V. Dum Virgo Deum, & hominem genuisti: & post partum Vir-
go inviolata permansisti. Tempore Paschali. Alleluja, alleluja.

V. Virga Jesse floruit, Virgo Deum, & hominem genuit, pacem
Deus reddidit, in se reconcilians ima summis. Alleluja.

V. Surrexit Dominus, & occurrens mulieribus, ait: avete. Tunc
accesserunt, & tenuerunt pedes ejus. Alleluja.

Tempore Ascens. V. ut luprà: Virga Jesse &c. Alleluja.

V. Ascendens Christus in altum, capiivam duxit captivitatem,
dedit dona hominibus. Alleluja.

Sequentia S. Evangelii secundum Lucam.

In illo tempore: iter faciebat Iesus per civitates, & castella, præ-
dicans, & evangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo, & mulieres
aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis, & infirmitatibus:
Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, &
Joanna uxor Chrysæ Procuratoris Herodis, & Susanna, & aliae multæ,
quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem turbæ plurima
convenirent, & de civitatibus properarent ad eum, dixit per similitudi-
nem. Exiit, qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat, aliud
cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comedenterunt
illud. Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habe-
bat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spine sus-
focaverunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit
fructum centuplum. Hæc dicens clamabat: qui habet aures audiendi,
audiat. Interrogabant autem eum Discipuli ejus, que esset hæc para-
bola. Quibus ipse dixit: vobis datum est nōsse Mysterium Regni Dei,
cæteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non
intelligant.

Offertorium. Ave Regina Cœlorum, Mater Regis Angelorum.
O Maria Flos Virginum, velut Rosa, vel Lilium, funde preces ad
Filium, pro salute Fidelium. Tempore Paschali. Alleluja, alleluja.

Anne, quæsumus, Misericors Deus, precibus nostris: ut quicunque intra Rosarii Dei Genitricis Mariae ejus soli Filio dicati ambitum virtutis continemur: plena tibi, atque perfecta corporis & animæ devotione placeamus: ut dum hæc præsentia vota reddimus, ad æternæ præmia te adjuvante, venire mereamur. Per eundem Dominum. Ec.

Præfatio. Et te in veneratione Sanctissimi Rosarii.

Communio. O quam speciosa facta es, & suavis in deliciis Virginitatis Sancta Dei Genitrix! quam videntes filiae Sion vernantem in floribus rosarum, & liliis convallium, beatissimam prædicaverunt, & Regine laudaverunt eam.

Temp. Pasch. Alleluja, alleluja, alleluja.

Postcommunio.

Veneranda SS. Rosarii Mysteria in honorem Dei Genitricis semper Virginis Mariæ ab Ecclesia tua fidei dicata celebrantes, Omnipotens Deus, benigno favore prosequere; ut omnibus in te sperantibus auxilio tui munus ostendas, & Mysteriorum virtus, & votorum obtineatur effectus. Per eundem Dominum Ec.

§. XI.

Prædictæ Indulgentiæ ad legitimè impeditos extenduntur.

Infirmi, & alii legitimè impediti, ut itinerantes, navales, 535
servientes &c. si totum Rosarium, vel, si non potuerint, ut infirmi, saltem tertiam partem devotè recitaverint, nec non temporibus debitiss, & ab Ecclesia statutiss, pro obtainendis Indulgentiis mediæ confessione, & S. communione, confitendi, & communicandi firmum propositum habuerint, easdem Indulgentiias adipiscuntur, ac si personaliter Ecclesiam, aut Capellam visitassent, confessi, & communicati in Ecclesia fuissent, aut processioni interfuissent. Nuper c. II. n. marg. 404.

Nota.

Inter impeditos sapientissimè P. And. Roth in Instr. pro Indulg. n. 31. etiam reputat eos, qui diebus festis se quidem ad percipienda SS. Sacraenta parant, & tamen ob ingentem hominum copiam, vel aliud impedimentum ad illa pervenire non possunt, & tales censet posse æquè recipere Indulgentiias etiam sine integro Psalterio, dummodo, ut moris est, pro S. Ecclesia orient. Securius tamen secundum dictam Bullam diceretur Rosarium.

Cen.

537 Censeo pariter, quod illi, qui Ecclesiam Societatis adire non possunt, in alia Ecclesia comunicati easdem Indulgentias consequi possint: si etenim impediti etiam domi eas lucentur, multò magis eas lucrabuntur in alia Ecclesia; sed, et si communicent, Rosarium nihilominus dicere securius est, ut dicitur in *Nuper c. 5. n. 2. n. marg. 373.* de iis, qui processionibus adesse nequierint.

§. XII.

Indulgentiæ pro moribundis.

538 **M**oribundi 5. modis lucrari possunt Indulgentias plenarias. 1. Si fuerint confessi, & per modum viatici S. Communione refecti. *Nuper c. 10. n. 1. marg. 396.*

2. Si confessi, & S. Communione refecti, vel saltem, si morte preventi confiteri non potuerint, aliquo signo contritionis datō, pium Nomen Iesu corde, si ore nequierint, in mortis articulo invocaverint. *Ibidem n. 3. & 5. marg. 398. & 400.*

540 3. Si in articulo mortis recipiendō SS. Ecclesiæ Sacraenta, & Ecclesiæ Romanæ fidem profitendō, Antiphonam: *Salve Regina* dixerint, & B. Virgini se commendaverint. *Ibid. n. 4. marg. 399.*

541 4. Si verè pœnitentes, & confessi, vel firmum propositum confitendi habentes, in mortis articulo in manibus tenentes cereū benedictum Confraternitatis in honorem Virginis Mariæ ex hac luce migraverint, si ante eorum obitum Rosarium semel duntaxat recitaverint. *Ibid. n. 2. marg. 397.*

542 5. Acquiritur Indulgentia plenaria per Absolutionem Generali, de qua fusè suprà. c. 5. §. 4.

Nota.

543 Circa 4. modum veniunt aliqua notanda: 1. Ad hanc Indulgentiam, tenendō cereum benedictum obtainendam, non requiriatur necessariò confessio, sed sufficit propositum confitendi. 2. Sufficit pariter, si talis moribundus semel ante suum obitum (id est in vita sua, ut interpretatur mentem Pontificis Fossæus lib. 1. dist. 7. c. 1. & P. Roth) Rosarium (alii dicunt integrum, alii saltem partem, Bulla enim nihil determinat) & quidem, ut tutius arbitror propter dicta suprà in nota ad §. 3. n. 505. meditandō Mysteria (si fuerit capax) oraverit. 3. Cereus iste debet esse benedictus benedictione Rosarianâ; ita expressè statuit Innocentius XI. ait enim: *Tenentes cereum benedictum Confraternitatis in honorem Virginis Mariæ, Nuper c. 10. n. 2. marg. 397.* ideoque aliter benedictus, ut solet v.g. benedici in festo Purificationis, ad hanc Indulgentiæ acquirendam non est idoneus.

Pra-

Præter dictos 5. modos P. Roth videtur adhuc ponere sextum c. 3. n. 2. & c. 8. n. 21. & 31. ubi adstruit Innocentium VIII. duplices Indulgencias plenarias concessisse pro articulo mortis; una quæ applicatur per Absolutionem Generalem, alteram, quæ deberet applicari à Confessario per verba supra c. 3. n. 512. posita. Quantum tamen colligo ex Bullario P. Venturini Innocentius VIII. tantum unicam Indulgentiam plenariam concessit pro articulo mortis: nam Pontifex iste alias Indulgencias non concessit, nisi quas in sua Bulla (quam unicam ad Sodalitatem dedit) *Splendor paternæ glorie* 1488. enumerat, & illam plenariam semel in vita, & semel in morte per applicationem Sacerdotis obtinendam, de qua suprà c. 3. n. 512. quam solum vivæ vocis oraculo concessit; in dicta autem Bulla nulla reperitur pro articulo mortis: sequitur ergo manifestè, quod pro articulo mortis concesserit tantum unicam, quæ est illa, quam vivæ vocis oraculo dedit, & mediâ Absolutione Generali applicatur, prout in ipsa formula Absolutionis habetur.

§. XIII.

Indulgenciarum pro defunctis.

Defunctis possunt omnes Indulgenciarum hujus Confraternitatis 545 per modum Suffragii applicari. *Nuper c. 12. n. 2. & c. 3. marg.* 406. & 407.

Altare tamén SS. Rosarii in nulla Ecclesia est Privilegiatum etiam pro defunctis Sodalibus, nisi tantum in Ecclesiis Ordinis nostri, in quibus jam omnia Altaria sunt Privilegiata pro quacunque die, & quocunque defuncto etiam non Sodali, sive Missa Defunctorum celebretur, sive alia, si defunctorum celebrari non possit, sive sit ex obligatione, sive devotione. Ita Benedictus XIII. in Bulla: *Preciosus* §. 23.

Nota.

De Indulgentiis notandum est, quod, etsi in Bullis non expressum primatur, quibus Animabus illæ sint applicabiles; dicendum tamen est, quod possint applicari solis Sodalibus defunctis, non Animabus aliis. Hæ enim Indulgenciarum Sodalitatis sunt, & superius n. 189. latè probatum fuit, quod ad eas obtainendas absolutè inscriptio requiratur. Et hoc tanquam certum supponunt Coppenstein in *Clavi* & Studer, qui dicunt illis defunctis, qui primò post mortem inscripti sunt, eorum tamen loco nemo Rosarium recitat, Indulgencias Rosarianas prodeesse posse ratione solius inscrip-

258 *Caput XII. Compendium Indulgientiarum*
scriptionis. Sed cum de talibus eadem sit ratio, ac de vivis non
persolventibus Rosarium, ideo quod de istis censui superius n. 509.
hoc censeo etiam de defunctis, securius scilicet esse, si pro illis Ro-
sarii pensum alius solvat.

547 Notandum 2. quod de Altaribus SS. Rosarii alias Eccle-
siarum magna fuerit controversia, multi enim persuadebant sibi,
illa esse privilegiata pro certis diebus, & se fundabant in *Nuper c.*
12. n. 1. marg. 405. ubi refertur Gregorium XIII. concessisse Ec-
clesiae Praedicatorum loci Racionis, ubi est Altare SS. Rosarii, quod
non est maius, indultum Altaris Privilegiati, quoties ab aliquo dicto
domini Sacerdote duntaxat Missa defunctorum celebrabitur pro anima
cujuscumque fidelis defuncti Confratris SS. Rosarii. Cum autem in
eadem Bulla: *Nuper c. 1. n. 2. & 3. marg. 349. & 350.* Innocentius XI. omnes Indulgencias, cuicunque particulari Confraternita-
ti concessas, fecerit omnibus aliis per totum orbem communes,
maxime illas, quas in illa Bulla recenseret, & confirmat; intulerunt
etiam Indulgencias Altaris Privilegiati esse omnibus aliis Sodali-
tibus communes. Hoc dubium cum propositum fuisset Benedi-
cto XIII. edidit decretum, cuius initium: *Exponi nobis nuper fecit.*
22. Septemb. 1724. quod Privilegium dictum, soli Ecclesiae Raco-
nisi concessum, extendit ad omnes Ecclesias Ordinis nostri, &
ad omnes nostros Sacerdotes, & pro quo cumque fidi defuncto e-
tiam non Sodali. Per hoc tamen Decretum nondum direpta fuit
lis, adhuc etenim Praefides extra Ordinem nostrum Privilegii istud
Altaribus SS. Rosarii in suis Ecclesiis esse indultum existimabant.
Ergo claram hujus decisionem sapere laudatus P. Magister And.
Roth directis Romam litteris postulavit, talique responsum a
Socio Reverendissimi P. M. Generali ex parte Provinciarum ul-
tra montes Assistente, obtinuit: *Ipse Sanctissimus (scilicet Bene-
dictus XIII.) in festo, & in Conventu nostro S. Clementis praesentibus
Reverendissimi P. Magistrorum Generali, Patre Magistrorum Secretariis In-
dicis, & me (scilicet ipso Socii) vivis expressit verbis his: (vive
voce oraculo post petitam decisionem dubii propositi) Privilegium (sunt
verbæ Pontificis) quod dedit Gregorius XIII. in altari Rosarii proli-
berandis animabus Fratrum, & Sororum, hoc Ego ampliavi ad omnes
universim fideles animas, & ad omnia Altaria Ecclesiarum nostrarum,
dummodo (hæc bis, vel ter repetitur) dummodo in iis Sacerdos Ordinis
Nostris sacrificet, & non aliis Sacerdos, sed solum nostri secundum
Bullam Gregorii XIII. & Summarium Innocentii XI. Hucusque P.
Roth c. 9. n. 4. Cum autem Gregorius voluerit solum Altare SS.*

Ro-

Rosarii esse Privilegiatum, quando scilicet in eo celebranda esset Missa de Requiem, hinc prædictus SS. Pontifex Benedictus XIII. plus adhuc S. Ordini nostro Prædicatorum, quem in sua juventute se professum sæpè in suis Bullis gloriatur, indulgendo, confirmavit suum antè citatum Decretum in Bulla: *Preciosus* S. 23. il lud extendendò ad omnia Altaria Ecclesiarum nostrarum, sive Missæ (sed à nostris tantum Sacerdotibus celebratae) sunt Defunctorum, sive non, si Missa defunctorum dici nequeat, sive ex obligatione, sive ex devotione, sive offeratur pro Sodali, sive aliquo alio. Et hæc gratia à Clemente XII. non fuit revocata, cùm nemini præjudicet, ut dictum fuit n. 412.

Fuit etiam Benedicto XIII. proposita quæstio, an in Ecclesiis 548 Monialium Ordinis nostri sunt etiam Altaria Privilegiata, sicut in nostris?

Decisio hujus quæstionis fuit Patri Andreæ Roth, prout ipse narrat c. 9. n. 4. in hunc modum à P. Socio Reverendissimi Generalis Romæ transmissa: *Ad aliud dubium nuper ab alia Provincia factum respondit Reverendissimus ex ore, & vivæ vocis oraculo ejusdem Sanctissimi: Hoc privilegium extendi etiam ad Altaria Ecclesiarum Sororum nostrarum Ordini nostro immediate subiectarum (nullò modò verò locorum Reverendissimis Ordinariis aut aliis quibuscumque subiectarum, etiamsi bis à nostris Sacra menta administrentur) ita tamen, ut illa in claustris suis, ut Altaria Ecclesiae eorum Privilegiò prædictò gaudcent, teneantur habere, aut erigere Altare Rosarianum, et si in Ecclesia earum aliud simile extet. In Ecclesiis ergo Monialium immediate Ordini non subiectarum, nullum Altare est Privilegiatum. In Ecclesiis verò subiectarum Ordini omnia Altaria adhuc sunt privilegiata, sed pro Sacerdotibus Ordinis nostri Prædicatorii tantum, quia hoc Privilegium Altaribus Ordinis concessum, est extensus ad Altaria Monialium: cùm ergo, sicut dictum est, hoc Privilegium in nostris Ecclesiis sit tantum pro Sacerdotibus nostris, etiam pro nostris erit in Monialium Ecclesiis.*

Videtur jam clarè; Altaria SS. Rosarii in aliis Ecclesiis non 549 esse privilegiata, quicunque demum (et si etiam noster) ibidem celebret. Item habetur, quodd, et si hæc gratia ab aliquo Pontifici iterum ab Ordine Predicatorum tolleretur, ita ut omnia Altaria amplius non essent Privilegiata, adhuc vi indulti Gregorii XIII. & Innocentii XI. solum Altare SS. Rosarii in Ecclesiis tantum nostris esset privilegiatum, non in aliis; talem enim mente eos habuisse declaravit Benedictus.

550 Gratia hæc Altaris Privilegiati facile impetratur à S. Sede pro Altaribus SS. Rosarii in aliis Ecclesijs, etsi quotidie in illis septem Missæ non celebrentur, ut dictum jam fuit n. 456.

§. XIV.

Indulgenciarum etiam non Sodalibus communes.

Hucusque recensitis Indulgencis gaudent tantum Sodales SS. Rosarii, descripti in aliqua Sodalitate canonice ab Ordine nostro erecta, ut jam sèpè dictum fuit.

551 Autumant etiam nonnulli, quod Sodales SS. Rosarii possint lucrari Indulgenciam plenariam festis Sanctorum Ordinis nostri, etiam in quacunque Ecclesia Sodalitatis; sed errant: nam Indulgentia plenaria dictis diebus est tantum in Ecclesiis Ordinis nostri pro omnibus Christi fidelibus, ut iterum dicetur n. 804. & 808. quare nec in ipso festo S. Patris Dominici in aliis Ecclesiis aliqua Indulgencia specialis obtineri potest.

552 Sunt nihilominus & aliæ Indulgenciarum communes etiam aliis extra hanc Sodalitatem constitutis, sed Rosario devotis. Qui ergo interfuerint processioni SS. Rosarii quavis Dominicâ primâ mensis solitæ fieri, eis septem anni, & totidem quadragenaæ de iunctis pœnitentiis relaxantur. *Nuper. c. 5. n. 1. marg. 372.*

553 2. Cuicunque fidei tertiam partem Rosarii recitanti elargitur Sextus IV. quinque annos, & tot quadragenas. *Ibidem c. 3. n. 2. marg. 355.*

554 3. Quicunque Dominicâ primâ Octobris confessus, & communicatus visitaverit Capellam SS. Rosarii à primis Vesperis usque ad Octavam inclusivè ejusdem Dominicæ, & ibi pro S. Matre Ecclesia, ut moris est, oraverit, lucratur Indulgenciam plenariam. *Ibidem c. 6. n. 5. marg. 381. & in Preciosus §. 5. n. 415.*

555 4. Qui confessi, & coëmunicati visitaverint Ecclesiam, in qua est Sodalitas SS. Rosarii, in festo Patroni Indianorum S. Jacobi Majoris, (& non, ut quidam male intellexerunt, in festo Patroni loci, aut Ecclesiarum) & in festo Corporis Christi, acquirunt pariter Indulgenciam plenariam. *Nuper c. 7. n. 6. marg. 391.*

556 5. Benedictus XIII. in Brevi suprà n. 420. posito, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus Rosarium, vel saltem tertiam partem ejusdem devotè è Rosario benedicto à Patribus Ordinis nostri Prædicatorii recitantibus, pro qualibet Oratione Domini ca, & pro qualibet Salutatione Angelica Indulgenciam 100. dieum concessit. Recitantibus vero quotidie per integrum annum idem

idem Rosarium vel pariter saltem tertiam partem, si confessi, ac S. Communione refecti fuerint, & pro Christianorum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione oraverint, semel in anno, die ab unoquoque eligenda, insuper concessit Indulgentiam plenariam, etiam cum facultate applicandi defunctis. Similes Indulgentiæ sunt etiam Rosariorum S. Birgittæ, ut dicetur n. 830. & 831.

Nota.

Circa Indulgentias n. 556. positas notandum est, probabilius 557 esse, quod eodem anno, et si non sit finitus, recitans quotidie Rosarium possit die sibi placitò lucrari Indulgentiam plenariam, & quod sufficiat adhuc reliquod anno quotidie illud recitandi propositum, sic enim concedere videtur Benedictus in dicto Brevi: quod si quis eod anno nonnullis diebus recitare omiserit, suppleat anno sequenti, prout dictum fuit n. 439.

Hæ sunt veræ & approbatæ Indulgentiæ Sodalitatis SS. Rosarii, quæ à nullo in dubium vocari possunt: & si quæ aliae adferuntur, vel apocryphæ sunt, vel saltem dubiæ, aut jam expirarunt.

Unum adhuc adducendum est ex B. Alano de Rupe p. 5. c. 558 45. ubi inducit B. Virginem sibi in hunc modum loquentem: Et si plures Indulgentiæ Rosario meo fuerint indultae; multò tamen adhuc plures pro qualibet quinquagena Ego illis à Filio meo impetrabo, qui immunes peccato mortali, singulari cum devotione, & genibus oraverint Rosarium.

CA P U T XIII.

De Privilegiis Sodalitatis SS. Rosarii.

Bonus ordo postulat, ut post Indulgentias Sodalitatis SS. Rosarii de aliis gratiis, nempe Privilegiis sermo instituatur.

Privilegium I.

Altaris SS. Rosarii erectio.

Primum reproto illud, quod in quacunque Ecclesia, ubi hæc Sodalitas erigitur, possit Capella, vel Altare SS. Rosarii erigi, vel de novo è fundamentis extruendo, vel aliud exstructum in hoc commutando. Hoc expressè in े creatione Sodalitatis præcipitur, ut dictum est c. 2. reg. I. n. 27. II.

II.

Omnes devotiones, & functiones publicæ & privatae liberè possunt peragi.

560 Alterum est, quod omnes devotiones, & functiones hujus Sodalitatis, quas suprà c. 2. recensui, liberè possint peragi. Fuerunt quidem jam dudum homines, quales nec hodiecum desunt, qui similes Sodalitates, earumque functiones ægerimè tulerunt, asserentes, hoc modò populum ex Ecclesiis Parochialibus ad Religiosos abstrahi, quod ipsis nefas videbatur, unde hoc impedire omnibus modis aggressi sunt, sed irritò semper conamine. Ita refert P. Justinus Muchoviensis noster de *Rosa Mystica disc. 2.* & Brovius æquè noster in *Annalibus Eccles. tomo 13. ad annum 1246.* quod Petrus de Vineis Cancelarius Friderici II. Imperatoris hac de causa multum contra Ordinem nostrum, & Minorum S. Francisci exarserit, & nomine totius Cleri secularis coram Summo Pontifice conquestus sit, nullò tamen secutò effectu, quin potius, quod idem Petrus de perfidia, aliisque vitiis convictus, tandem ferrò candenti excæcatus, in carcere miseram vitam finierit. Exdem querelæ sculps præteritò ab Episcopo Vercellensi S. Sedi fuerunt expositæ, ac causa hac super re de novo agitata, in favorem tamen Religiosorum, sed præsertim nostri Ordinis, & Sodalitatis Rosarianæ decisa, editumque fuit sequens Decretum à S. Congregatione Cardinalium, negotiis Regularium præposita, quod exhibet laudatus sèpè Venturini *tom. 1. disc. 3.*

Decretum favorable S. Congregationis pro omnibus Conventibus Ordinis Prædicatorum, & pro Confraternitate SS. Rosarii.

Cùm conquesti fuissent in S. Congregatione Card. negotiis Regularium præposita, Fratres Ord. Prædicatorum loci de Biella, quod Episcopus Vercellensis sub prætextu, quod ipsi SS. Eucharistia Sacramentum exponerent absque ejus licentia, & processiones facerent extra ambitum proprii Conventus, ingrediendò fines Parochiæ Curatorum illius loci sine eorum licentia, ac impeditarent, ne Procuratores Confraternitatis SS. Rosarii in ipsorum Ecclesia eretæ, coram ipso redderent rationes suæ administrationis, rebusque aliis &c. eidem Confraternitati interdictum opposuisset, Fratres ipsos ab audiendis Confessionibus Sacramentalibus, & celebratione Missarum, & concionandi facultate suspendens, inhibendò eisdem Fratribus & Consororibus, ne auderent impos.

impostorum Coronam SS. Rosarii in eorum Ecclesia recitare; Proces-
siones extra ambitum sui Conventus dirigere, & facere; personis tam
secularibus, quam Ecclesiasticis utriusque sexus, ne sub pena Inter-
dicti eleemosynas eisdem Fratribus attribuantur, neve ipsi, tam in loco
præfato, in quo ipsorum Ordinis Conventus existit, quam in aliis locis
sue diœcesis eleemosynas ipsas querant; Eadem S. Congregatio vis &
relatione ejusdem Episcopi, auditu partibus, & negotiis maturè discussis
ad relationem Eminentissimi Cæsarini, censuit restituendum esse, prout
tenore præsentis Decreti restituit præfatis Fratribus facultatem audi-
endi Confessiones, concionandi Quadragesimalis jejunii tempore per tur-
num, juxta solitum in eorum Ecclesia; Missas tam in propria, quam in
aliis Ecclesiis, & Oratoriis approbatæ celebrandi, ac preces SS. Ro-
sarii publicè recitandi, aliisque Societati præfatae concessa, privativè
quoad alias Societas ejusdem Nominis, in eodem loco postea erectas,
exercendi, & tam in prima Dominicæ Octobris, quam in aliis Domini-
cis, & festis diebus Processiones facere extra ambitum eorum Ecclesie,
& Conventus, absque alia licentia Parochorum, quorum Parochiaæ fines
ingrediuntur stante consuetudine, hucusque absque contradictione per
eos observata, nec potuisse, nec posse ab Episcopo, seu ejus Officialibus
probiberi, quod minus in loco præfato, & aliis sue diœcesis, ubi habent
Conventus, eleemosynas querant; sed tamen, si extra loca, ubi ipsorum
Ordinis Conventus existunt, queritare voluerint, teneri suorum Superio-
rum licentiam Episcopo ostendere; ac demum revocandam, prout revo-
cat, prohibitionem factam, ne eisdem sub pena Interdicti eleemosynæ
tribuantur. Et sic impostorum observari debere mandat, & præcipit;
præmissis, ceterisque contrariis quibuscunque non obstantibus. Romæ
18. Maii 1640.

Fr. Antonius Card. S. Honufrii
J. Archiep. Theb. Secretarius.

III.

Possunt Patres Ordinis Prædicatorum Dominicâ
primâ cujuslibet mensis Processionem Rosarianam, longius
extra suos Conventus ingrediendo fines Parochi-
arum, ducere.

SAcra quidē Congregatio S. Rituum declaravit anno 1591. apud 561
Gavatum tit. Processio n. 49. in Man. Episc. quod Processiones
Confraternitatum non debeant extendi per vias, sed circa muros Re-
gularium, qui eas regunt. Nihilominus Barbosa De offic. & potest.
Episc.

Episc. p. 3. alleg. 78. n. 7. ait per triginta passus extra ambitum Monasterii Processiones ducere absqua alia licentia Religiosis lice-re per Caput: *Sicut antiquitus, causâ 17. q. 4.*

562 Patres tamen Ordinis nostri possunt Dominicâ primâ cujuslibet mensis Processionem instituere etiam fines Parochiarum longius ingrediendô. Plures pro hoc privilegio adfert declarationes Sacrae Congregationis noster P. Bremond tomô 8. Bullarii Ordinis tract. *De consensu Bullarum tit. 15. q. 4. §. 4.* ex quibus unam appono, quæ inter Constitutiones Clementis XI. est sexagesima quinta.

In causa Neapolitana Processionis vertente inter Patres Dominicanos S. Severi, & Confratres Congregationis SS. Rosarii ex una, & Parochium S. Georgii Martyris Piorum Operariorum ejusdem Civitatis, Partibus, ex altera, proposita fuerunt infrascripta dubia, de more resolvenda, videlicet:

Primum: An liceat Patribus Dominicanis Sancti Severi Neapolis in prima Dominica cujuslibet mensis facere Processionem SS. Rosarii, cum sto'a, pluviali, ac Reliquia S. Severi, nec non Simulacro, sive Statua B. Virginis de Rosario intra limites Parochie S. Georgii Martyris absque licentia Parochi?

Secundum: An prædicti Patres S. Severi inciderint in censuras cominatas in Decreto Curiae Archiepiscopalnis sub die 4. Augusti 1715. in easu &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum & Reverendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, vis & relatione Eminentissimi Archiepiscopi Neapolitani, ac mature perpensiis juribüs & rationibüs ab utraque parte informante deductis, referente Eminentissimô Caracciolo, ad suprà scripta dubia infrascriptum in modum respondendum censuit.

Ad primum: affirmativè. Ad secundum: negativè. Roma 7. Augusti 1716.

Fr. Card. de Abdua.

P. Archiepisc. Damascenus Secretarius.

Sed adhuc specialius de Dominica prima Octobris idem decrevit Clemens XII. in Brevi suprà n. 411. posito. Quod si insuper consuetudinem ingrediendi limites Parochiarum teneamus, eò minus poterit ob Decretum mox n. 560. positum quisquam obstrepere. Idem privilegium extendit etiam Benedictus XIII. ad festa B. Virginis in Bulla; *Preciosus* §. 20. & 21. verum ad præcavendas omnes lites

lites, standum etit consuetudini in his festis Processionem instituendi introductæ.

IV.

Confraternitas ad quasvis processiones, & funera

Sodalium, nullâ requisitâ licentia alicujus, cum vexillis suis,
& insignibus comparere potest.

Hoc privilegium indulxit S. Pius V. in Brevi: *Inter desidera-* 563
bilia die 28. Junii 1569. ubi ita loquitur: *Auctoritate Apostoli-*
cá per præsentes statuimus, quod nulli licitum existat, minùsque ali-
quis Capellam SS. Rosarii in quavis Ecclesia, sive loco erigere præter
dictum Generalem, aut ab eo deputatos, ac præfatum Ambrosium, mi-
nusque aliqui. Confrater, seu Vir, seu mulier aliquid eidem Societati
pro illius ingressu, vel alia quavis de causa persolvere, ac singuli Con-
fratres ad quasvis processiones accedere, & in quibus corpora Defun-
ctorum ad sepeliendum deferuntur cum eorum insigniis, cuiusvis, etiam
Superioris licentia desuper minimè requisitâ, etiam absque aliquo con-
scientiae scrupulo, & censurarum ecclesiasticarum incursu possint, & va-
leant, seu eorum quilibet possit, & valeat. Districti inhibentes qui-
busvis, ne eosdem Generalem, seu deputandos, & Ambrosium super e-
reclione, & institutione Societatum hujusmodi in quibuscunque Civita-
tibus, terris, & locis factis, & faciendis, neque eosdem Confratres su-
per exercitio piorum operum, & proœctu ad processionem, seu incessu
cum signo eorum, aut dicti signi delatione molestare, perturbare, aut in-
quietare audeant, nec debeant, quinimo Generali, deputatis, & Am-
broſio præfatis auxilium, consilium, vel favorem prebeant.

Circa funera refert Gavantus in Manuali Episc. tit. *Confræ-*
ternitates n. 44. statutum fuisse in 7. Concilio Mediolanensi sub S.
Carolo Barromæo: *Neque possint (scilicet Confratres) associare*
funus ullum (scilicet solemniter cum labaro Societatis) nisi, qui
obiit, unus sit ex ipsis, vel facultatem in scriptis obtinuerint ab Ordinario,
quibus casibus nihil consequantur, scilicet juris: nam Sodales
Rofarii comitando funus, etiam extranei, lucrantur 60. dierum
*Indulgentiam, ut concessit Innocentius XI. in Bulla: *Nuper c. 7.**
n. 5. marg. 390.

V.

Sodalitas Rosarii in processionibus publicis alias

præcedit, nisi ex consuetudine jam alium locum teneat.

Clemens VIII. in Constitutione: *Expositi pastoralis officii* 564

munus, edita 1583, ita statuit de præcedentia Ordinum Mendicantium, ac earundem Confraternitatum: *De nobis attributæ potestatis plenitudine volumus, & Apostolicæ autoritate decernimus, quod quicunque ex dictis Fratribus Mendicantibus inter se de præcedentia hujusmodi concertantibus, aut Confratribus Confraternitatum predicatorum, inter quos lites, & causæ præmissorum occasione ortæ jam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione præcedentia, ac juris præcedendi sunt, ij (quibuscunque reclamacionibus, protestationibus, appellationibus, & aliis subterfugitis proorsus remotis, & censantibus, & postpositis) in processionibus, tam publicis, quam privatim præcedere debeant. Quando vero non probetur, aut non constet de quasi possessione præcedentia hujusmodi inter Fratres, qui sunt Mendicantes, ij, qui antiquiores in loco controversiae; inter Confratres vero inter se litigantes, ij, qui prius satis sunt usu, in processionibus tam publicis, quam privatim præcedere debeant, ita, ut si contigerit nova Monasteria aut domus alicujus Ordinis Mendicantium, in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus Monasteria, aut domus prius ercta, & instituta sunt, ille Ordo, qui prius Monasterium, seu domum in loco habuerit, præcedat. Hucusque Clemens VIII. Præcedentia autem Regularium intelligitur, quando monasterium est prius erctum, non simplex domus, ut declaravit Cong. Episc. 8. Maii 1584. apud Gavantum in Manuali Episc. tit. Præcedentia. Similes declarationes circa Confraternitates adfert idem Gavantus ibidem tit. Confraternitas: *Dignior locus detur antiquiori Confraterniti, quæ habitum prius assumperit de Episcopi, aut Papæ facultate, & solita fuerit antea obire supplicationes, licet tempore sit inferior, & minoribus gaudeat privilegijs. Prov. Concil. Medion. 6. Et de Confraternitate Rosariana idem declaravit S. Congregatio S. Rituum 9. Decemb. 1617. Confraternitati Rosarii non competit præcedentia super alias, quæ ante illam habent habitum. Idem dic de Confraternitate Corporis Christi in processione ejusdem. Eadem 30. Sept. 1628.**

Quod si contigerit cum monasterio Ordinis nostri simul erigi aliud Ordinis alicujus Mendicantium, tunc, quemadmodum Patres Ordinis nostri præcederent alios, ita & Rosariana Sodalitas Sodalitates alterius monasterii, quia secundum positam declarationem Clementis VIII. eum ordinem debent servare Confraternitates, quem servant Religiosi, ad quos dictæ Confraternitates spectant; at Ordini nostro Prædicatorum asseruerunt plures Pontifices præcedentiam inter reliquos omnes Ordines Mendicantium, ita ut semper simus primi post antiquos Ordines Monasticos, qualis est

est S. Benedicti, Cisterciensis &c. et si etiam alii Ordines Mendicantium prius eo in loco fuissent. Ita concessit nobis Leo X. in Const. *Acceptimus nuper* 3. Julii 1518. S. Pius V. in Const. *Divina disponente* 27. Augusti 1568. Clemens VIII. novem annis post supradicam Constitutionem, in alia, *Inter cetera* 25. Sept. 1592. quod confirmavit Benedictus XIII. in sua præclara Bulla *Pretiosus* §. 64. testificans, post antiquos Ordines Monachales locum in omnibus primum, honorabiliorem, & digniorem pacificè in Conciliis generalibus, ac etiam Lateranensibus inconcussè Ordinem nostrum obtinuisse, & hunc locum etiamnum possidemus. Breviter, ille locus competit Sodalitati Rosarianæ, qui competit Ordini nostro; si vero alia Confraternitas sit in possessione præcedentiae, aut antea fuerit in eo loco: tunc Sodalitas Rosariana cedet alteri Sodalitati, non tamen Ordo noster alteri, et si priori in eo loco.

Sunt, qui Confraternitatem Rosarianam Sodalitatibus Christi Domini ideo postponunt, quod tantum sit Confraternitas B. M. V. quæ sine dubio Christi Dominus est minor; hinc dignitatem Sodalitatum ex dignitate eorum desumunt, in quorum honorem sunt instituta. Non tamen illi Sodalitatem Rosarianam non esse præcisè in honorem B. M. V. sed etiam Christi Domini, (cujus vitam integrum jugiter habet contemplari, imo & totius SS. Trinitatis, unde & Rosarium trifarium divisum est) institutam; recolant, quod c. 6. reg. 1. n. 178. dictum fuit, hanc scilicet Sodalitatem ex mandato B. M. V. debere genuinè appellari Confraternitatem Jesu, & Mariae sub titulo Psalterii, vel Rosarii B. M. V. hinc & in imagine hujus Confraternitatis non sola Virgo Beatissima, sed cum suo Divino Pusione exprimitur, in quem modum & statuæ efformantur. Standum ergo tantum erit positis declarationibus, in ordine ad præcedentiam debere ad tempus institutionis eorum, & ad consuetudinem attendi, unde & Confraternitati SS. Corporis Christi, licet secundum obiectum nobilissimæ, secundum positam declarationem non competit præcedentia super omnes alias.

VI.

Nulla alia Confraternitas potest instituere Processionem Domini minicâ primâ mensis, neque pingi possunt alii Sancti, aliquod genus Rosariorum è manu B. M. V. recipientes. Ita decrevit Alexander VII. in Brevi, *In supremo militantis Ecclesiæ solo*, die 28. Maii 1664. quod Breve redderem ex P. Venturini, si in eo celebris quidam Ordo non perstringeretur, cuius ut honori parcam, illud omitto.

Omnia reliqua Rosaria jam inventa, sed à Sede Apo-
stolica expressè non approbata, & in posterum sine ejusdem S. Se-
dis licentia invenienda, sunt prohibita.

568 Hoc jam dudum prohibuerunt Alexander VII. & Clemens X. quod refert, & confirmat Benedictus XIII. in Bulla: *Pretiosus* g. 6. n. 416. posito ne icilicet hoc antiquissimum, & sacratissimum, Rosarium, non sine fidelium perturbatione, antiquetur. Notanda h̄c est modestia Benedicti, quod ex se, & proprio motu reliqua Rosaria non prohibuerit, ne, utpote Dominicanus, nimium videatur suarum partium studiosus, subque Ordini ultra modum adiutor: sed solūm Prædecessorum suorum Constitutiones renovavit.

VIII.

Sodalitas Rosariana potest habere bona, & recipere
pia legata.

569 Hoc privilegium concessit S. Pius V. in Bulla: *Consueverunt* Romani Pontifices edita 7. Sept. 1569. quam etiam habet Venturini, in qua dicitur: *Quod Confraternitatum SS. Rosarii ad id deputati Confratres omnia, & singulas oblationes, & legata, seu donaciones, aut alijs quodvis modō sive in testamento, sive in codicillis, aut alia ultima, vel inter vivos voluntate, illis relictā, & erogata quæcunque, quocunque, & qualiacunque, etiamsi specialiter notā digna sint, percipere, exigere, levare, & in Confraternitatum bujusmodi pios usus convertere, etiam Ordinarii loci, aut cuiusvis alterius licentiā desuper minimē petīta liberē ac līcītē possint.*

570 Hæc sunt privilegia Confraternitatis indubitata, circa quæ in Capitulo Generali nostro Romæ 1629. ita fuit apud P. Jasinski verbo Rosarium statutum: *Si aliqui Confratres quidpiam contra privilegia & immunitates Confraternitatis SS. Rosarii Ordini concessas apud personas extra obedientiam Ordinis constitutas, attentaverint, statim ab eadem Societate expellantur, & expulsi denuncientur. Duo adhuc insignia privilegia erant olim indulta huic Confraternitati, cùm tamen hisce temporib⁹ sint probabiliter revocata, ideo postrem⁹ loco de iis agemus.*

IX.

Privilegia olim pro tempore Interdicti indulta, sunt
verisimilius revocata.

571 Hæc ante Concilium Tridentinum concessit Clemens VII. in Bul-

Bulla: *Ineffabilia*, decimô Kal. April. 1529. per verba sequentia:
Quilibet ex diiliis Confratribus (scilicet SS. Rosarii) *qui ad loca Ecclesiastico Interdicto*, ordinariâ authoritate supposita, declinaverit, in illis locis, clausis janvis, non pulsatis campanis, & submissâ voce, excommunicatis, ac interdictis exclusis, dummodo ipse causam bujusmodi non dederit, nec per eum stet, quod minus interdictum bujusmodi observetur, & illi pareatur, Missas, & alia Divina Officia in sua, & familiarium, ac domesticorum suorum praesentia per se ipsum, si Presbiter fuerit, aut proprium, vel alium Sacerdotem celebrare, & celebrari facere, liberè, & licite valeat. Quodque, si bujusmodi Interdicto durante in loco, ubi illud appositorum fuerit, cum contingat ab humanis discedere, illius corpus cum modesta funerali pompa Ecclesiastice sepulturæ tradi possit, concedimus.

His privilegiis videntur gavisi solum Sodalitati inscripti, non 572
verò in eadem tantum recepti: si enim ab Ordinariis locorum fuisse
quæsumus, an illi sint Sodales? debuisset ipsis, eosdem tales
fuisse, demonstrari, quod aliter fieri non potuisset, quam eorum
nomina, Albo Confraternitatis inserta, ostendendô. Recitatio-
nem Rosarii quod attinet, piè dici poterat, eandem absolute non
fuisse requisitam; securius tamen, & probabilius erat asserendum,
quod illi tantum his gavisi sint privilegiis, qui illud frequentius
recitaverant, sicut fuit dictum n. 509. sed in foro fori debuisset
præsumi, talem regulas Societatis observasse, tamdiu enim aliquis
æstimandus est bonus, donec probetur esse malus.

Hæc privilegia esse à Clemente XII. in Brevi: *Romanus Pontifex 1732. revocata*, est probabilius, cùm in eodem privilegia Ordinarii
reducerit ad jus commune, & ad decreta Concilii Tridentini: licet
autem in alio Brevi: *Cum sicut accepimus* positô suprà n. 411. se de-
claret, quod noluerit revocare privilegia, quæ Ordo Prædicatorum
habebat ante Bullam: *Pretiosus Benedicti XIII.* qualia sunt præ-
sentia; quia tamen Clemens dicit, se nolle revocare privilegia, qui
būs legitimis titulis potiebatur Ordo ante Benedictum: his autem
privilegiis nec Ordo, nec Sodales potiebantur legitimis titulis post
Concilium Tridentinum, cùm multi Authorum apud nostrum
Donatum tomo 3. *De rerum Regularium praxi tract. 8.* dixerint, illa
esse per Concilium dictum revocata: unde hæc privilegia à nullo
alio Pontifice subsequente erant confirmata; licet nihilominus op-
positum cum aliis teneat Donatus: sequitur hæc esse à Clemente
revocata.

X.

Privilegium, in certis festis absolvendi Sodales à reservatis, juramenta relaxandi, & comutandi vota, est probabilius revocatum.

573 Aliud insigne privilegium tam Ordini nostro, quam Sodalibus Marianis concessit Leo X. in Bulla: *Pastoris aeterni an. 1520.* vi cuius Sodales, qui ter in hebdomada Rosarium devotè oraverint, (piè tamen credo, non obstatissè, licet hoc subinde, sed rariùs neglexerint, aut orare non potuerint) poterant in certis festivitatibus à Patribus Ordinis nostri Prædicatorum ab omnibus casibus & censuris S. Sedi extra Bullam Cœnæ reservatis absolviri: item eorum vota, exceptis quinque consuetis, in alia pietatis opera commutari, & juramenta sine præjudicio alicujus relaxari. Dies autem à Leone assignati erant sequentes: festum Paschatis, item festa B. M. V. Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis, & Purificationis, ac tres dies, hæc festa præcedentes. Addit P. Wigand Tract. 14. exam. 2. n. 74. ex nostro P. Thoma Leonardo etiam festum Circumcisionis Domini: in prædicta tamen Bulla, quam legi, hoc festum non reperitur, sed in festo Circumcisionis, & tribus diebus antea concessit Pius IV. Indulgentias per modum jubilæi Sodalibus Sodalitatis nostræ SS. Nominis Iesu, quæ cum Rosariana non debet confundi. Pro dictis tamen tribus diebus festa præcedentibus nullæ Indulgentiæ concessæ reperiuntur. Pro solo autem die primo Paschatis videtur fuisse dictum privilegium, quia Bulla Leonis ait: *In Pascha Resurrectionis*, quod absolvè prolatum, stat propriè pro solo primo Paschatis die.

Hoc tamen privilegium plures tenent fuisse sublatum postea à Concilio Tridentino, cum sentiant per illud privilegia Regularium fuisse ad jus commune reducta; sed alii nihilominus contrarium docuerunt.

574 Nihilominus postea idem privilegiū concessum fuit à Paulo III. Presbyteris Societatis Jesu, & consequenter propter communicationē privilegiorum etiam aliis Religiosis Mendicantibus, ita ut quoties opus erat, potuerint omnes fideles à casibus, & censuris, Papæ extra Bullam Cœnæ reservatis, absolvere, ipsorum juramenta sine præjudicio tertii relaxare, & vota, exceptis 5. consuetis, in alia pietatis opera commutare. Bassæus tom. 1. verbò *Casus reservatus n. 36.* Wigand tract. 10. exam. 3. n. 45. la Croix lib. 3. p. 1. n. 531. & alii passim. Verum postea hoc privilegium fuit ita pro Confessoriis

riis tam Regularibus, quam i secularibus, degentibus tamen in Italia extra Urbem, à S. Congregatione Jussu Clementis VIII. 26. Novemb. 1602. moderatum, ac declaratum: ne quis eorum sub praetextu privilegiorum presumat aliquem absolvere à casibus, & censuris Bullæ Cœnæ, reservatis ab Episcopis, casu violationis immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Bullæ Gregorii XIV. violationis clausuræ Monialium ad malum finem, provocationis & pugnæ in duello in terminis Concil. Trid. & Gregorii XIII. injicien-
tium manus violentas in Clericos juxta Cap. si quis. Simoniæ rea-
lis scienter contractæ, & confidentiæ beneficialis: unde etiam ab his (exceptis casibus reservatis Ordinariis propter declarationem aliorum Pontificum subsequentium) extra Italianam poterant ab-
solvere Confessarii privilegiati. Bassæus ibidem, Pösserinus noster
tom. 2. De Hominum Statibus & Officiis ad q. 187. 2. 2da D. Tho-
ma Aquinatis n. 373. & 374. Moniales tamen, & Religiosi non
poterant ab his casibus absolvvi, ut declaravit Clemens VIII.

Hoc itidem privilegium fuisse postea revocatum, vel inde satis 575 colligo, quod Benedictus XIII. in Bulla: *Pretiosus* §. 4. innovave-
rit privilegium Leonis X. indulseritque Confessariis Ordinis no-
stri, ut à casibus reservatis extra Bullam Cœnæ absolvere &c. pos-
sint solos Sodales Marianos, & quidem in festivitatibus à Leone
denominatis.

Sed hoc privilegium multis Viris Doctissimis, etiam Romæ 576
degentibus, videtur fuisse revocatum à Clemente XII. in Brevi;
Romanus Pontifex 1732 in quo privilegia, in præjudicium Episco-
porum, Regularibus à Benedicto XIII. concessa revocat, & ad jus
commune reducit: certum autem est, quod Religiosi dictum pri-
vilegium non habuerint de jure communi, quod jure nec quidem
Episcopis illud competit, sed illud in Germania quidam inter
facultates extraordinarias recipiunt à Sede Apostolica, de quibus
videndus est P. Claudio la Croix lib. 6. parte 3. n. 846. Nec obstat
quod idem Pontifex se declaraverit in Brevi: *Cum sicut accepimus*
an. 1733. suprà n. 411. posito, quod non habuerit animum revo-
candi privilegia concessa Ordini nostro ante Bullam: *Pretiosus Be-*
nediti XIII. quale est prædictum Leonis X. nam Clemens in di-
cta Bulla: *Cum sicut accepimus* solùm exceptit illa privilegia, qui-
bus ante *Benedictum XIII.* legitimis titulis Ordo noster fuit potitus,
prædictò autem privilegiò ante *Benedictum* legitimò titulò non
fuit potitus, cum jam tunc multi existimaverint fuisse sublatum.
Hinc ob periculum invalidæ absolutionis usus prædicti privilegii
minime est consulendum.

CA P U T X I V.

De institutione Confraternitatis.

Sodalitas hæc est quidem Ordini nostro propria; est tamen etiam aliis Ecclesiis communicabilis, unde quomodo in alias transferatur, videamus.

§. I.

De loco, in quo erecta intelligitur, aut erigi potest.

577 I mprimis de Ecclesiis nostris sicut in hunc modum in Capitulo Generali habito Venetiis 1592. constitutum: *Priores omnem diligentiam habeant, quatenus Societas SS. Rosarii, & Nominis Dei in omnibus nostris Ecclesiis erigantur, & fundentur, & Altaria barum Societatum erecta vel dedicata decenter, & reverenter, prout possibile est, aptentur, & conserventur.* Et Neapoli 1600. *Imò in omnibus Ecclesijs, in quibus Fratres nostri Officia, vel Missas ordinariè celebrant, dictæ Societates erectæ, & institutæ intelliguntur.* Solùm ergo penes Superiores stat eas Sodalitates promulgare.

578 Alias Ecclesiis quod attinet, primò ordinatum sicut Romæ in Capitulo Generali 1629. apud P. Jasinski verbô *Rosarium*, quod in monasteriis Monialium, aut Oratoriis, in quibus fideles utriusque sexus liberè interesse nequeunt, non erigatur. Sensus est, quod in Ecclesiis Monialium, etiam Ordinis S. Dominici, non possit Sodalitas erigi, et si uterque sexus in earum Ecclesiis possit convenire: nam ut declaravit S. Congregatio Episc. 14. Aug. 1584. & 6. April. 1595. In Ecclesiis Monialium non possunt erigi Confraternites; & merito, quia monialibus interdicta est hominum conversatio. *Donatus noster tom. 3. De rerum Regularium praxi tract. 8. q. 3. n. 1. & 2.* Ut tamen Indulgentiis Rosarianis gaudere possint, authoritate Apostolicâ, ut scriptum mihi fuit 10. Martii 1742. statutum fuit, quod Sodalitas SS. Rosarii debeat intra eam claustra in oratorio (& non in exteriori publica Ecclesia) erigi ab Ordine nostro ad eum modum, quod solet alibi locorum institui, & quod in hoc casu teneantur Altare Rosarium erectum in dicto Oratorio ad consequendas Indulgentias visitare, & solæ præscriptis diebus Processiones peragere intra claustrum. Et haec Sodalitates pro ipsis Monialibus

alibus, & intra earum claustra degentibus erēctæ intelliguntur. Quod si ex ignorantia in exteriori aliqua Monialium Ecclesia etiam pro quibuscumque fuisset erēcta Sodalitas, ante annum 1679.

15. Junii; error fuit suppletus eodem die ab Innocentio XI. Si postea; erēctio hæc est nulla, & pro remedio erroris esset ad nostrum Reverendissimum P. M. Generalem recurrentum. Aliorum tamen Ordinum Moniales gaudent privilegiō concessō impeditis, de quo suprà c. 12. §. 11. unde non est necesse, ut in earum monasteriis ista Confraternitas erigatur; potest tamen etiam ibidem, si desideraverint, ad modum, mox explicatum, erigi

Secundò fuit dictis verbis ordinatū, ne erigatur in Oratoriis, 579
in quibus fideles utriusque sexus liberè interesse nequeunt, supple, con-
cionibus de Rosario, anniversariis, Processionibus, in quibus Orato-
riis festis diebus liberè non possunt convenire, nec confiteri, Com-
munionem sumere, Capellam, aut diebus Stationum Altaria visi-
tare, nec demum ad percipiendas Indulgencias necessaria perage-
re. Unde in privatis Oratoriis domorum, Castrorum, prædiorum,
in quibus prædicta servari nequeunt, erigi Sodalitas nec potest, nec
debet, ne Beatissima Virgo honore debitō, & homines tot gratiis
& Indulgentiis defraudentur.

Tertiò declaravit Clemens VIII. in Brevi: *Quæcumque à Sede* 580
Apostolica 24. Decemb. 1604. §. 1. & 2. in eodem loco, vel Civitate
non posse duas simul Sodalitates ejusdem rationis, & tituli funda-
ri: debet igitur inter unā, & alteram aliqua intercedere distantia,
circa quam ita fuit olim Romæ 1589. in Capitulo Generali ordi-
natum: Societas Rosarii, & Nominis Dei nunquam erigantur in lo-
cis, in quibus circiter duo millaria consimiles Confraternitates erēctæ
fuerint, aut Religio nostra Conventum, aut Ecclesiæ habuerit: postea
tamen Vallisoleti statutum fuit, ut saltem unō milliarī distent, ut
refert P. Iasinski verbō: Rosarium. Jam autem Benedictus XIII. in
Bulla Pretiosus §. 9. n. 419. statuit illam distantiam amplius non
requiri: quare in vicinis etiam locis poterit institui Confraterni-
tas cum moderamine tamen; nam experimur, quod in simili ca-
su nimiæ vicinitatis in uno loco tepestat, aut planè intereat devo-
tio, nec tantæ contribuuntur eleemosynæ, ut Confraternitatis in-
signia & ornamenta aut fieri possint, aut conservari.

Sodalitas SS. Rosarii, sicut & SS. Nominis JEsu, authorita- 581
 te Magistri Generalis Ordinis nostri erēcta in aliquo loco, postquā
 ibidem erigi contigerit Conventum Ordinis nostri, Ordini eidem
 accedit plenariè cum omnibus bonis tam spiritualibus, quam tem-

poratisbus, ut olim jam concesserat Gregorius XIII. in Brevi: *Damnum siquidem i. Augusti 1575.* & confirmavit Benedictus XIII. in Bulla: *Pretiosus §. 15.* si Ecclesia, in qua instituta fuit Sodalitas, tradatur Ordini, Sodalitas accedit ad Ordinem; si in eodem loco aliam Ecclesiam Ordo nanciscatur, tunc Sodalitas in alia Ecclesia cessat, & cum omnibus bonis transfertur in nostrā, quibus omnibus cedere debent Directores prioris Confraternitatis, sive illi in erectione illius ad cessionē per litteras se obligaverint, sive non; nam dicti Pontifices generaliter, & sine exceptione casū, quōd se Directores non obligāsset, loquuntur, & talem Confraternitatem nobis adjudicāt ex vi suarū Constitutionū & non ex vi obligationis scriptæ, licet ad præcavendas omnes lites secundū mandati Generalium in erectione Sodalitatis semper tales Litteræ Obligatoriae à novis Directoribus, & Communitate debeat postulari. Et hoc totum verum est non tantū in erectione Conventū, sed etiam Residentiæ ita, ut quamprimum Residentiæ accesserit Ecclesia, & in hac (si nostri Officia & Missas celebrare inchoaverint) Sodalitas promulgata fuerit, eadem in alia Ecclesia cesset. Quod si verò Sodalitas alibi erecta ita interiret, ut nulla spes restorationis superesset, tunc omnes illius proventus, ornamenta & quæcunque alia bona ad Conventum, à quo illa erecta fuit, transportari debent. *Coppenstein lib. 2. c. 7. & 8. Fossae lib. 1. disc. 5. c. 3. Schäffner 1. p. c. 11. Studer 3. p. c. 10. n. 4.*

582 Si autem erigeretur Conventus Ordinis non procul à loco, in quo est Sodalitas Rosarii, transferentur ne etiam hōc ipso in Conventum?

R. Si locus iste distet à Conventu unō milliarī germanicō, Sodalitas in eo non cessat, quia talis distantia permittebatur etiam ante Benedictum, ut mox dictum fuit; quod si distet mediō millari, seu duobus italicis aut circiter, probabilius est etiam post Benedictum illam Sodalitatem desinere: tunc enim censeri debet Sodalitas cessare, quando locus adeo redditur Conventui propinquus, ut stante Conventu non posset prudenter de novo erigi, stante autem jam Conventu prudenter non posset erigi in loco solum per medianam horam distante, ut per se clarum est, ergo & debet intelligi tunc cessare. Pro majori tamen securitate Reverendissimus Generalis esset consulendus.

§. II.

A quo erigi possit Sodalitas in aliis Ecclesiis, & quomodo erekcio debeat peti?

Sodalitas SS. Rosarii cum hucusque expositis Indulgentiis, & 583 privilegiis à nullo erigi potest in aliqua Ecclesia, nisi à nostro S. Dominici Ordine tantum. Hoc Privilégium multi nobis Pontifices reservarunt, ut videre est in Bulla Innocentii XI. Nuper in fine, & in Bulla: *Pretiosus* §. 8. quocirca ita fuit in Capitulo nostro Generali Romæ 1629. ordinatum: *Magister Ordinis personis, extra Ordinem nostrum constitutis, non concedat facultatem erigendi Societatem SS. Rosarii in Ecclesiis ad nostram Religionem non spectantibus. Impetrat & Sanctissimo Breve, quod declareret omnes unctiones Societatum SS. Rosarii absque Ordinis nostri licentia factas esse nullas, talèmque institutionem, tanquam subreptitiè obtentam, nullam declarari permitat. Jasinski verbô Rosarium.*

Licentiam hanc erigendi in nostris Europæ partibus dare potest solus Reverendissimus Generalis noster, & in ejus absentia ille Ius Vicarius, & nemo Provincialium cuiuscunque Provinciarum, quam licentiam Generalis, ejusque Vicarius concedunt per Litteras Patentibus, quæ paulò post apponentur. Ita declaravit S. Pius V. in Brevi: *Inter desiderabilia die 28. Junii 1569* cuius verba videri possunt suprà c. 12. Privil. 4. n. 563. postea tamen anno 1601. Romæ in Capitulo Generali concessum est Provincialibus ultramontanis, ut possint dare facultatem erigendi prædictas Confraternitates (nempe SS. Rosarii, & Nominis JESU) & eas confirmandi absque hoc, quod mittatur Romam pro earum confirmatione. Jasinski ibidem. Ait item annō 1661. 9. April. emanavit à S. Congregatione in una Mediolan. Decretum, quod constitutio Pii V. fuit innovata, & facultas privata erigendi, ac fundandi Societas Rosarii, eisque prædictas Indulgencias communicandi asserta est soli Magistro Generali Ordinis, aut ejus Vicario. Provincialibus tamen Indianum concesserunt Innocentius XII. & Clemens XI. facultatem erigendi Societas ita, ut eam possint delegare aliis eâ lege, ut intra annum Generalem Ordinis de erekciis Confraternitatibus certiorem reddere teneantur, quod adducit, & confirmat Benedictus XIII. in Bulla *Pretiosus* §. 8. cuius verba videantur suprà c. 9. n. 418. His igitur constitutionibus denegata est Provincialibus extra Indias auctoritate propria, & sine litteris Patentibus Reverendissimi Generalis Societas erigendi facultas, aut eandem aliis delegandi.

585 Quod si per errorem ab aliquo Provincialiū sine Litteris Generalis consuetis fuisse alicubi erēcta Sodalitas post Bullam: *Exponi nobis* Innocentii XI. editam 15. Junii 1679. erētio hæc est nulla, & prout mihi ab iis responsum fuit, qui soli talia decidere habent, necesse est de novo Sodalitatem erigere de licentia Reverendissimi Generalis, per dictas Litteras obtentā. Cūm verò nemo in tali loco legitimè sit inscriptus, ad cavendum scandalum, populo non esset intimandum, neminem eorum verum esse Sodalem defectu legitimæ Sodalitatis erētionis, sed dicendum solum esset, renovari Sodalitatem, in quam si quis iterum se inscribi permittat, Indulgentiam plenariam consequetur. Si tamen sciretur Sodalitatem fuisse per dictas Litteras institutam, essent verò deperditæ, nullæ opus esset renovatione: in dubio, an Litteræ fuerint unquam pro erētione Româ transmissæ, pro securitate essent Româ petendæ, & Sodalitas renovanda. Dixi: *post Bullam*: *Exponi nobis*, nam Innocentius in dicta Bulla supplevit omnes errores, & defectus in erētionibus ante dictam Bullam fortè commissos.

586 Atū verò Sodalitatem erigere de jure soli possunt Priors, & deinde etiam alii Patres ab iis, qui sunt à consilio deputati.

587 Porro si in aliqua Ecclesia hæc Sodalitas desideratur, illius loci R. D. Parochus nomine totius Communilitatis à suo Reverendissimo Episcopo licentiam, in suam Ecclesiam hanc Sodalitatem introducendi petat secundum ordinationem Clementis VIII. de qua §. 3. (ad quod Religiosi exempti non obligantur, ut dicetur p. 592.) Obtentā ab Ordinario, Litteris expressā, licentiā Parochus Priorē Ordinis nostri in viciniori Conventu supplex conveniat, & ille huic tam pio non deerit voto. Oportet autem Priorē hunc primō consulere P. Provincialem suæ Provinciæ, quemadmodum, teste Patre Jasinski *ibidem*, ordinatum fuit Romæ in Capitulo Generali 1589. qui de competenti distantia, aliisque fortè occurrentibus impedimentis habet, quod judicet.

588 Ex hujus consensu scribat Romam ad Admodum Reverendum ac Eximium Patrem M. Assistentem, seu Socium Reverendissimi Generalis ex parte suæ Provinciæ, & per eum à Reverendissimo petat Litteras institutionis, & licentiam erigendi Confraternitatem, simul denominet locum, in quo erigi debet, titulum Ecclesiæ, & Dicecesim. Hac occasione postulet quoque à Reverendissimo pro novo Præside alias Litteras Patentes, seu licentiam, quæ possit in casu impedimenti aliis Sacerdotibus committere facultatem inscribendi petentes in Sodalitatem, & dandi Absolu-

solutionem generalem moribundis, de qua postea n. 633. Generalis verò, si nullum invenerit impedimentum, libenter petitis annuet, & Litteras Patentes erectionis mittet tenoris sequentis:

„ In Nomine SS. Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et ad laudem, & gloriam Beatissimae Dei Genitricis Virginis Mariæ Dominae Nostræ, Plamque venerationem D. Patris Nostri Dominici SS. Rosarii Auctoris, atque Institutoris,

„ Fr. Thomas Ripoll SS. Theologiæ Professor Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis, & Servus, omnibus praesentes Litteras inspecturis, salutem à Domino.

„ **Q**uemadmodum Christianæ perfectionis summam in unitate fidelium ad Christum, velut membrorum ad caput, omnium perfectionum fontem, nec non unione Christianorum ad invicem consistere credimus, ita ad illam adipiscendam optimum esse orationis medium ratione, & experientia pie edocemur; modus verò Deum orandi, secundum quem Sanctissima Virgo Mater Dei per centum quinquaginta Salutationes Angelicas, & quindecim Dominicæ Orationes instar Davidici Psalmi colitur, qui Rosarium nuncupatur, à Sanctissimo Patre nostro Dominico primùm inventus, & institutus, à Summis Romanis Pontificibus successivè ad devotam Pacrum Nostri Ordinis intercessionem approbatus, privilegiis quoque maximis, ac innumeris Indulgentiis, aliisque Apostolicis gratiis decoratus inter ceteros in Ecclesia inventos ad hoc obtinendum (ut piè credimus) magnoperè confert: nam præter hoc, quod B. Dei Genitrix, cuius intercessio nobis perfectionem hanc impetrare potest, ubi crebrius invocatur, ipse quoque per se modus orandi (si rectè fiat) quam facillimè compendiò illam consequitur, dum IESU Christi Salvatoris Nostri vitam omnem per quindecim Mysteria digestam, meditandò percurrere facit. Quæ vos in Christo dilectissimi, & devotissimi Christi fideles loci NN. pie considerantes, ad habendum, augendum, & conservandum prædictum modum orandi, Confraternitatem Psalterii sub invocatione B. M. V. in Ecclesia NN. dicti loci instituendi, & ordinandi, ejusque Altare, & Capellam fundandi, & erigendi à Nobis instantissimè petivitis per interpositam Personam, vobis licen-

licentiam impertiri cum gratiis, & favoribus opportunis. Nos
 igitur vestris votis, & piis petitionibus inclinati dictam Con-
 fraternitatem, sic, ut præfertur, instituendi authoritate Apo-
 stolicâ Nobis concessâ, tenore præsentium licentiam concedi-
 mus, & facultatem, accedente tamen assensu Ordinarii loci, ac
 Prioris vicinioris Conventûs, seu loci Ordinis Nostri, ac me-
 diâ prædicatione alicujus Patris ejusdem Ordinis Nostri per su-
 um Superiorem destinandi, dummodò in dicto loco alia Con-
 fraternitas SS. Rosarii legitimè ercta non fuerit: eámque Con-
 fraternitatem, atque omnes utriusque sexus Christi fideles in
 eadem recipiendos, cum gratiis, & Privilegiis, & Indulgentiis,
 sibi à Romanis Pontificibus concessis, prout aliæ consimiles
 Confraternitates in Ecclesiis Nostri Ordinis institutæ potiun-
 tur, recipimus, & admittimus in vita pariter, & in morte. Ad-
 monentes ejusdem Sanctissimi Rosarii festum primâ Domini-
 ca mensis Octobris singulis annis in eadem Capella celebrari de-
 bere, juxta fel. rec. Gregorii XIII. decretum, & institutum in
 gratiarû actionē præteritæ, ac memorandæ victoriæ contra Tur-
 cas ejusdē Societatis Confratrū suis precib[us] eadē die (ut pie
 credimus) ac auxiliō, & interventu ejusdē B. V. Mariæ Dominæ
 nostræ imperatæ, atque obtentæ. Cujus Societatis, & Capellæ
 Capellanum deputamus NN. qui nomina & cognomina omni-
 um Christi fidelium in eandem Societatem ingredi, & devote
 recipi petentium, in libro ad hoc specialiter deputatō possit
 scribere, Psalteria seu Coronas benedicere, Sacri Rosarii Mys-
 teria reverenter exponere, ac omnia & singula facere, qua Fra-
 tres Nostri in Ecclesiis nostris ad hoc deputati facere possunt, &
 ritè consueverunt; in diem Christi ejusdem conscientiam one-
 rantes, ne pro hujusmodi admissione, ingressu, scriptura, &
 benedictione aliquid omnino temporalis lucri quomodolibet
 exigat, sed gratis hæc omnia præstet, quemadmodum ipsius p[re]i
 Societatis capitula habent, & sanctiones, ut etiam Nos in Dei
 cultum, ejusque Sanctissimæ Matris gloriam, & Christi fidelium
 salutem & profectum gratis acceperimus, & gratis damus, & con-
 cedimus. Volumus autem, & omnino observari jubemus, quod
 in Venerabili Icone dictæ Capellæ quindecim nostræ Redemp-
 tionis sacra Mysteria pingantur, nec non pro ejusdem conce-
 sionis consentanea recognitione in eadem Icone S. Patris Do-
 minici ejusdem Rosarii primarii Authoris imago veneranda
 flexis genib[us] de manu Deipara Virginis coronas oratorias acci-
 pien-

„ pientis, similiter pingatur. Notumque facimus Paulum Papam
 „ V. felicis recordationis per suum Breve datum apud S. Marcum
 „ die 20. Sept. 1608. restituisse Societati SS. Rosarii, confirmasse-
 „ que omnes Indulgentias concessas eidem à summis Pontifici-
 „ bus Romanis Prædecessoribus suis, quibus haecenus dicta Socie-
 „ tas fruebatur, ac si Litteræ revocationis earundem non ema-
 „ nassent; sicut etiam Innocentium XI. in suo Brevi datō Romæ
 „ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 31. Iulij
 „ anno 1679. gratias & privilegia non auxisse solum, sed etiam
 „ omnium Indulgenciarum Summarium eidem Brevi inseruisse.
 „ Decernimus insuper, & declaramus postremo, quod quandocun-
 „ que contigerit dictos Fratres Nostros ibidem Ecclesiam obtinere,
 „ ipso jure, ipsoque factō, ex nunc pro tunc abique alia declara-
 „ tione, sed præsentium tenore dictam Societatem ac omnes In-
 „ dulgentias, & privilegia eidem concessa ablata esse à dicta Ca-
 „ pella, & penitus, atque totaliter ad dictam Nostram Ecclesiam
 „ translata cum omnibus bonis temporalibus, dictæ Societati quo-
 „ modolibet acquisitis. Quam conditionem Superiores, & Offi-
 „ ciales tam Ecclesiæ prædictæ, quam Confraternitatis admittere,
 „ & manu propriâ subscribere teneantur. Quæ omnia in instru-
 „ mento publico, manu Notarii faciendō, ponī debent & explicari.
 „ In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Quibūs-
 „ cunque contrariis non obstantibūs. In quorum fidem hīs paten-
 „ tibūs litteris officii Nostri sigillō munitis, manu propriâ sub-
 „ scripsimus gratis ubique, & semper. Datum Romæ.

Fr. Magister Ordinis Thomas Ripoll.

§. III.

De modo erigendi hanc Societatem.

Modus, quō omnes Confraternitates erigi, & aggregari de- 590
 beant, certasque regulas omnibus Regularibus præscripse-
 runt Clemens VIII. in Bulla: *Quæcunque à Sede Apostolica 24.*
Decemb. 1604. & Paulus V. 2. Novemb. 1606. ad hastamen in e-
rektione Societatis in Ecclesiis nostris Ordo noster non obligatur,
ut idem Paulus V. ad instantiam Eminent. Cardinalis Asculani P.
Hieronymi Berneri ex Ordine nostro vivæ vocis oraculo declara-
vit, ut narrant Jasinski ibidem, & P. Michaël Cavalieri: quare
nulla petitæ licentiæ ab Episcopo loci possimus eam in Ecclesiis no-
stris promulgare. In creatione Confraternitatis in Ecclesiis extra-
neis

neis pariter non obligamur ad constitutionem Pauli V. ut idem praedicto Cardinali declaravit; benè tamen ad constitutionem Clementis VIII. quemadmodum etiam ab Innocentio XI. in Bulla: *Nuper prope finem n. 409. & à Benedicto XIII. in Bulla: *Pretiosus* §. 4. n. 414.* fuit statutum: quam constitutionem Clementis etiam in unctione Societatis in aliis Ecclesiis debitâ reverentiâ observamus, nisi quod Indulgencias, & Privilegia ante unctionem Episcopo loci examinanda non offeramus, cum saltem principaliora aliunde nota sint, nec Episcopi hoc postulent. Bulla Clemensis habetur in Bullario Cherubini *tomo 3. fol. 160.* quam multi Autores habent in compendio, cum sit valde prolixa, proinde & ego solum medullam ipsius prebeo.

591 Paragrapho igitur 2. & 3. statuit Clemens, ut in uno loco v. g. civitate, vel oppido, aut quovis alio loco tantum unica Confraternitas, & quidem de consensu, litteris testimonialibus expresso, Ordinarii loci erigatur. §. 4. statuit, quod Religiosi instituentes Confraternitatem solum possint communicare privilegia, & Indulgencias, quae ipsi Confraternitati, & Ordini sunt propria, non vero ea, quibus gaudent solum per extensionem, & communicationem cum aliis Religionibus: & quidem haec privilegia debeant communicare ea dicendo in specie, & non in coenuni, & sub aliqua forma generali. §. 5. 6. 7. dicitur haec privilegia debere esse prius examinata ab Episcopo loci adhibitis duobus de Capitulo sua Ecclesiae, qui ea pro ratione loci poterit moderari, approbare, & juxta Concilii Tridentini decretum promulganda decernere. §. 8. præcipitur, ut Confraternitas eleemosynas excipiat solum juxta modum & formam, quam præscriperit Ordinarius, & quidem rematis mensis, pelvibus, & capsis, quae in Ecclesiis, ac Oratoriis publicè ad hoc exponi solent. Item inhibitetur, ne eleemosynæ oblatæ ad res inutiles, aut comedationes Officialium, sed in bonum Ecclesiæ Confraternitatis aggregantis, aut aggregatæ, aut alios pios usus arbitrio ipsius Ordinarii expendantur. §. 9. declaratur, quod Sacerdotes, qui gaudent privilegio absolvendi a casibus reservatis, debeant esse approbati tum a suis Superioribus, tum ab Episcopis, nec omnibus omnino casibus, & censuris absolvere, & omnia vota commutare possint: casus autem exceptos, & vota dedi cap. præced. n. 574. Haec sunt principaliora illius Bullæ.

592 Circa hanc Constitutionem ob exorta quedam dubia emanavit Decretum à S. Congregatione Indulgientiarum 7. Sept. 1607. in sermone italico, quod adducit noster P. Antoninus Bremond.

tom. 8. Bullarii Ordinis tract. De consensu Bullarum tit. 15. q. 1. & P.
Hyacinthus Donatus tom. 3. De rerum Regularium praxi tract. 8.
Decretum autem continet sequentes declarationes:

1. Possunt Regulares confirmare Confraternitates sine con-
sensu Ordinarii eretas ante dictam Constitutionem Clementis
VIII. ut autem aliqua Confraternitas possit erigi in Ecclesiis sæ-
cularibus, vel Regularibus post Clementem, requiritur consensus
Ordinarii litteris testimonialibus expressus, si in illis Ecclesiis
non sunt duodecim Religiosi; si autem totidem ibidem reperian-
tur, consensus Ordinarii non est necessarius.

2. Possunt Confraternitates erigi, et si non adsit omnimoda 593
distantia requisita à Brevibus Apostolicis, dummodò inter alia
requisita concurrat etiam consensus Ordinarii in scripto obtentus.

3. Si in pluribus Ecclesiis Regularium vicinis, ubi morantur
duodecim Religiosi, institutæ sunt Confraternitates ante emana- 594
tionem Constitutionis Clementis VIII. possunt nihilominus con-
firmari servatæ cæteroquin prædicta Constitutione: similiter si
sunt plures eretæ in eodem loco, vel civitate in Ecclesiis Regu-
larium, possunt confirmari, si cæteroquin servetur dicta Constitu-
tio. Ast in uno loco de novo erigi nequeunt plures, excepta Confra-
ternitate Ss. Sacramenti, quæ potest erigi in omni Ecclesia Parochiali.

4. Dum conceduntur Indulgientiæ personis Regularibus 595
cum revocatione priorum, non revocantur per hoc priores Indul-
gentiæ illarum Ecclesiis concessæ. Hæc continet dictum Decretum.

Modus jam Sodalitatem instituendi est talis: ante omnia pa- 596
randum est duplex instrumentum publicum juxta Litteras Reve-
rendissimi Generalis mox positas, in quo statuta suprà c. 2. posita
exprimuntur, & quæ R. D. Præses se servare velle in eodem in-
strumento testari debet. Exhibeo autem formulam usitatam In-
strumenti, quæ potiori ex parte desumpta est ex libro vocato
Schækammer des H. Rosenkranz: in hac non ponuntur quidem
omnia, sed solum digniora statuta Præsidibus dictata; sunt tamen
nihilominus & reliqua observanda. En formulam in Germania
quidem usitatam, sed conformiter ad dicta in hoc opere correctam.

Formula Instrumenti.

In Nomine SS. Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & ad
laudem, & gloriam Beatissimæ Dei Genitricis, & Vir-
ginis Mariae.

Instrumentum hoc sit omnibus in publicum testimonium, quod anno
O o repa-

reparatæ salutis — post longam, & maturam deliberationem Admodum Reverendus, ac D^ossissimus Dominus loci N. Zelosissimus Parochus, ac tota simul honorata Communitas ex singulari erga Gloriosissimam Virginem Mariam affectu conceperint mente, ac statuerint ad devotionis erga eandem Deiparæ incrementum, ad extirpationē in usum deductorum criminum, ad virtutum augmentum, ad suarum, suæque posteritatis utilitatem animarum, in solamen denique in piacularibus flammis detentorum, Sodalitatem SS. Rosarii in suam Parochialem Ecclesiam introduci permittere: quapropter præfatus Admodum Reverendus D. Parochus nomine totius sibi commissæ Communitatis Admodum Reverendum Patrem N. N. Ven. Conventū N. Ordinis Prædicatorum Priorem suppliciter convenit, ut ipse tot votis expetit am gratiam exhibere, & Confraternitatem SS. Rosarii in sua Ecclesia erigere dignaretur. Huic tam sanctæ petitioni libenter annuit prædictus P. Prior N. N. ipseque cum R. Patre N. N. p. i. Sodalitatis SS. Rosarii directore (nisi talem sui loco misisset) in hunc finem buc se contulit. R. P. Director datō ex more campane signō bodiernā die, mense, & anno mane horā v. g. 9 pulpitum concendit, habitōque de origine, propagatiōne, dignitate, Indulgentiis, ac privilegiis Confraternitatis sermone, de novo ex Admodum Reverendo D. Parochio quæsivit, an Ipse cum tota sibi subjecta Parochia institutionem hujus Sodalitatis in sua Ecclesia desideret. Cum verò D. Parochus ad demonstrandum hanc voluntatem libellum supplicem publicè legerit, tum præfatus P. Præses Ipsi D. Parochio sequentia puncta inviolatè observanda proposuit, & prælegit:

„ 1. Quod in hac Parochiali Ecclesia Sancti N. ad excitandam devotionem, & fervorem, ac pro hujusc concessionis consentanea recognitione erigatur Altare cum Icone S. Dominici flexis genibūs de manu Deiparæ coronas orarias accipientis (addit Schakammer etiam S. Catharinam Senensem ; hoc tamen in Litteris Reverendissimi Generalis suprà positis non exigitur) depictis pariter 15. Rosarii Mysteriis, quemadmodum jam Altare Sancti N. ad hoc est destinatum.

„ 2. Quod omni Dominicā primā mensis, sicut & festis B.M.V. de præcepto, principaliter verò in festo SS. Rosarii Dominicā primā Octobris, habitō sermone de Rosario instituatur processio debitum cum cæremoniis, Cruce videlicet, vexillis, & statuā B.M. Virginis. Quod pariter debeat festum S. Patriarchæ Dominici.

„ 4. Augusti debita, & possibili cum reverentia celebrari.

„ 3. Quod proximō die non impeditō post festa principaliora B.M.V. nempe Annunciationis, Purificationis, Nativitatis, Ascensionis,

sump-

„ sumptionis habeatur anniversarium, seu sacram cantatum pro
„ piè defunctis Sodalibus SS. Rosarii.

„ 4. Quod hæc Confraternitas semper S. Ordinem Prædicato-
rum pro suo capite agnoscat, ita ut non solum Ordo liberam ha-
beat visitandi potestatem, num omnia statuta secundum pro-
missa ritè observentur; verum etiam, si quando contigeret eun-
dem S. Ordinem hic loci Conventum, vel Ecclesiam acquirere,
quod tunc hæc Confraternitas in hac Ecclesia desinat, & cum
omnibus, quocunque modò ad eam pertinentibus bonis in Eccle-
siam Ordinis, tanquam propria hæreditas transferatur, prout
declaravit Gregorius XIII. in Brevi: *Dudum siquidem i. Augu-*
sti 1575.

„ 5. Quod si fortè successu temporis S. Ordo Prædicatorum ad
augendam devotionem, ac dignitatem hujus Confraternitatis
novi quid statueret, hoc statutum se acceptaturum, & secun-
dum vires servaturum promittere debeat: quemadmodum jam
ab aliquo tempore quidam Generalium ordinavit, ut SS. Ro-
sarium à Fratribus, & Sororibus omni die Dominicō, & Festo
publicè, & choraliter oretur.

„ 6. Quod proximè debeat fieri arcula cum tribus seris, & cla-
vibus, quarum unam habeat Ipse R. D. Præses, reliquas duo
Officiales, quorum unus erit Secretarius, ut eleemosynæ in
eadem arcula sollicitè reponantur, & à tribus præfatis Dominis
Officialibus custodiantur.

Præscribit hic Schaffæffer Præsidibus, ut infra medium an-
num ab ेrectione Sodalitatis tum à P. Provinciali, tum à P. Pri-
ore confirmationem ejusdem petant: sed, ut dicetur brevi, ेrecta
Confraternitas nullâ eget amplius confirmatione.

Quod admodum Reverendus D. Parochus, omnésque suc-
cessores habeant quidem potestatem Alba Confraternitatis con-
stituendi, in iis nomina, & cognomina Sodali inscribendi,
anno tamen inscriptionis in margine notatō, Rosaria, candelas
rosasque benedicendi, moribundis Absolutionem Generalem
impertiendi, in summa omnia Confraternitatem concernentia
peragendi, quæ munus Zelosi Præsidis exegerit, gratis tamen,
ne ex devotione turpis quæstus, aut simonia proveniat, nisi
fortè Officiales Sodalitatis Admodum Reverendo D. Præsidi
pro recognitione, & qualitate laborum annuatim aliquod mode-
ratum donativum offerant, quemadmodum in quibusdam lo-

„ cis 10. vel 12. floreni, aut circiter, secundum quod Confraternitas eleemosynis abundat, vel eget, dono dari solet.

„ Postremo, quod immediatè duplex instrumentum, in quo omnia prædicta puncta, & alia quæque, quæ in erectione contigerant, continentur, perfici debeat, quorum unum in Confraternitatis arario conservari, alterum verò Admodum Reve-

rendo Patri Priori tradi debeat.

*H*is igitur propositis, & acceptatis Confraternitas SS. Rosarii consuet & forma solemniter est instituta, inscriptioni initium datum, Rosaria benedicta, ac primâ vice Rosarium publicè in eadem Ecclesia recitatum fuit. Pro hac igitur maxima gratia S. Ordini Prædicatorum pro nobis, nostrisque Successoribus gratias agimus, vovemus, ac promittimus nos omnia anteposita statuta, seu ordinationes hujus Confraternitatis imposterum semper omnibus viribus servaturos. In quorum fidem appositis sigillis nostris nos propria manu subscriptissimus.

Perfecto duplici instrumento P. Prior (si solus eam nolit erigere) una cum P. Concionatore, à Patribus à consilio electo, ad locum erigendæ Sodalitatis se conferet, vel hunc sui loco, potestate tamen litteris concessa, mittet, quarum formulam ex P. Janski submitto, quam, ut ait in *Summario Ordinationum verbâ Rosarium, Capitulum Generale Venetiis 1592.* præscripsit.

Forma litteratum institutionis Confraternitatis SS. Rosarii, & Nominis Iesu.

„ Nos Frater N. de N. Prior Conventus S. N. Ordinis Prædicatorum dilecto Filio Ven. P. F. N. de N. ejusdem Ordinis in Domino salutem.

„ Requisiti instanter fuimus, ut societatem SS. Rosarii (vel SS. Nominis Iesu) in Ecclesia Sancti N. Terræ, vel loci N. diœcesis N. erigere, plantare, & instituere vellemus: Nos autem eorum supplicationibus Nobis porrectis inclinati, & informati, quod dicta Terra, vel Locus N. distet per duo milliaria circiter ab alia habente dictâ Societatem (vel Societas) jam legitimè erectam (vel erectas) devotionem ipsorum commendantes tibi Ven. P. F. præfato, his Nostris nomine Reverendiss. Magistri Ord. nostri committimus, ut ejusdem authoritate, tibi hâc vice tantum specialiter collatâ, dictam Sodalitatem SS. Rosarii, à BB. P. N. & Patriarcha Dominico adinventam, (vel SS. Nomis Dei, juxta Bullam fel. record. Pii Papæ IV. & V. contra blas-

„ blasphemos, & perjuros per nostri Ordinis Patres repertam) in
 „ prædicta Ecclesia N. Terræ, vel Loci N. mediâ prædicatione in-
 „ stituas, plantes, & erigas, pium hunc orandi modum explices,
 „ & suadeas, omnes utriusque sexûs personas in eam ingredi de-
 „ votè petentes recipias, & in libro ad hoc deputato scribas, Ro-
 „ saria benedicas, Mysteria exponas, omnia denique & singula
 „ facias (gratis tamen & solô Dei amore) quæ per nostri Ordini-
 „ nis Fratres in nostris Ecclesiis ad id deputatos, fieri debent, &
 „ possunt : poterisque alium idoneum Sacerdotem ad id deputares,
 „ super Societate, vel Societas, à te erecta, vel erectas, cum fa-
 „ cultate scribendi, benedicendi, & recipiendi Confratres. Quos
 „ admonebis, quòd si contigerit aliquando Fratres nostros Eccle-
 „ siam habere in dicta Terra, vel Loco N. aut in ejus districtu cir-
 „ citer duo millaria, ipsò factò absque alia declaracione, ad no-
 „ stram Ecclesiam ipsa Societas (vel ipsæ Societas, si ambæ insti-
 „ tuantur) cum omnibus bonis suis spiritualibus, & temporali-
 „ bus statim devolvetur (vel devolventur) tenebunturque se rege-
 „ re, & gubernare juxta Capitula, Ordinationes, & statuta Socie-
 „ tatum SS. Rosarii, & Nominis Dei, in nostra Ecclesia S. Ma-
 „ riæ super Minervam Romæ erectarum. Debebunt ulterius,
 „ quamprimum poterunt Romam mittere ad Reverendiss. Patrè
 „ Generalem nostrum, vel ejus Vicarium, pro confirmatione
 „ dictæ Societatis ad perpetuam rei memoriam. In Nomine Pa-
 „ tris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. In quorum fidem his si-
 „ gillô nostri Conventûs S. N. munitis, manu propria subscripti-
 „ mus. Dat: N. die, mensis, anni.

Adverte hic obiter, formam hanc esse compositam conformi- 598
 ter ad antiqua statuta, jam autem, dum duo millaria ad distanti-
 am requiruntur, addendum erit, *italica*, & de petitione Confir-
 mationis nulla debet mentio inseri : item Societas SS. Nominis
 JEsu erigi debet juxta Bullam Pauli V. & non Pii IV. & V. ut di-
 cetur n. 706. & 707.

Hisce vel similibus litteris instrudus P. Concionator, habitò 599
 de origine, propagatione, statutis, Indulgentiis, & Privilegiis Con-
 fraternitatis SS. Rosarii sermone, vocatò ad Sodalitatis Altare D.
 Parocho, aut futuro Præside, poterit ad erectionis actum hoc mo-
 dò transfire.

Cùm ergo in Christo Dilectissimi, Almam SS. Rosarii Con-
 „ freternitatem in hac vestra Ecclesia habere firmiter statueritis,
 „ prudenter pro ejusdem erectione Ordinem nostrum suppliciter
 con-

„ convenistis, utpote quæ à Fundatore nostro S. P. Dominico fuit
 „ primum in orbem introducta, nobisque suis filiis in modum hæ-
 „reditatis consignata. Huic igitur vestro dignissimo petito Re-
 „verendiss. noster P. Magister Generalis lubens annuit, ac benig-
 „nè indulxit, ut ad vestrum solatium dicta Confraternitas in hac
 „ Ecclesia erigeretur, quemadmodum litteræ, quas ad honoratam
 „hanc Communitatem transmisit, faciunt testatum, in quibus
 „ordinat, ut aliquis nostrum hanc Sodalitatem ad vestrum vo-
 „tum hæc loci erigat. Non esset inconveniens, si etiam litteræ Reve-
 „rendissimi in vulgare ieioma traductæ legerentur.

„ Quoniam verò Admodum Reverendus P. Prior, ad erigen-
 „dam Sodalitatem, prout desideraverat, huc concedere non po-
 „tuerit, sui me loco ablegavit, mihique potestatem eandem eri-
 „gendi commisit, quam in hisce litteris expressit. Et hæc debent
 „publicè legi.

600 Secundum Schatzammer/ ut videre est in posito Instrumento,
 Concionator de sincera, & non revocata voluntate Sodalitatem
 habendi quæret, & puncta in Instrumento expressa imposterum
 servanda proponet, & interrogabit, num ista servare, & accepta-
 re velint; præsertim, prout fuit ordinatum in Capitulo Generali
 Vallisoleti 1605. Communitali prædicendum est, Sodalitatem,
 si in hoc, vel vicino loco Ordo successu temporis Ecclesiam acqui-
 siturus esset, in eam Ecclesiam cum omnibus bonis tam spirituali-
 bus, quam temporalibus transferendam, debetque Communitas,
 seu Parochus in vice ipsius appromittere, quod tunc nolint refragari,
 sed potius omnia velint tradere. Hæc omnia breviter sic po-
 terunt proponi:

„ Priusquam verò hanc Sodalitatem instituam, constare mi-
 „hi debet de vestra sincera, & adhuc perseveranti, Sodalitatem in
 „præsenti Ecclesia habendi, voluntate. Desideratis ergo etiam
 „num, quod erectio hujus Sodalitatis fiat? Ad contestandam
 „hanc voluntatem D. Parochus libellum supplicem legat, ut præscri-
 „bit Schatzammer vel aliud signum consensus edat.

„ Scire autem vos convenit, quod Sodalitas hæc cum onere a-
 „liqua puncta, & obligationes acceptandi, & servandi institua-
 „tur, de quibus solum potiora affero. Hæc ergo Sodalitas pro
 „suo Superiore agnoscere, & revereri debebit Reverendissimum
 „nostrum M. Generalem, & statuta, seu ordinationes Societatis
 „SS. Rosarii Romæ in Conventu nostro S. Mariæ super Miner-
 „vam erectæ servare. Et primò quidem omni Dominica primâ
 men-

„ mensis, sicut & festis B. M. V. Processionem publicam ex hac
„ Ecclesia ab Altari SS. Rosarii instituere oportebit, & 4. Augu-
„ sti festum S. P. Dominici possibili devotione celebrare.

„ Secundò. Post 4. festa B.M.V. nempe Annuntiationis, Pu-
„ rificationis, Nativitatis, & Assumptionis die non impeditò quo-
„ annis pro piè defunctis Sodalibus anniversarium ad Altare SS.
„ Rosarii erit celebrandum.

„ Tertiò, si Reverendissimi Generales novi aliquid adhuc sta-
„ tuerent, statutum hoc novum debita cum veneratione acceptan-
„ dum erit, quemadmodum quidam ordinarunt, ut Dominicis pri-
„ mis mensium, & festis B. M. V. Rosarium publicè, & choraliter
„ recitetur.

„ Quartò, quoniam Sodalitas hæc Ordini nostro subjacebit, si
„ eidem Ordini eandem visitare, & de observantia statutorum in-
„ dagare placuerit, eandem visitationem admittere, & ordinatio-
„ nes tunc faciendas acceptare, & observare tenebimini.

„ Quintò, eleemosynæ sub tribus clavibus servabuntur.

„ Sextò demum, si quando contingeret, ut Ordo noster hic lo-
„ ci, aut in distantia duorum milliarium Italicorum Conventum,
„ vel Ecclesiā nancisceretur, Sodalitas hæc eō ipsō, absque alia de-
„ claratione habet desinere, eadēque in Ecclesiam nostram cum
„ omnibus tam spiritualibus, quam temporalibus bonis transfere-
„ tur, quæ sine ulla tergiversatione nobis tradenda erunt. Quæ
„ omnia modò oretenus acceptare non sufficit, sed oportet hanc
„ acceptationem in perenne monumentum litteris obligatoriis du-
„ plicibūs, propriā manu subscriptis, consignare, quarum unæ hic
„ loci servabuntur, alteræ verò Conventui nostro tradentur. Pa-
„ robus signum aliquod acceptationis edet.

P. Venturini ait, adiui institutionis præmittendas esse non- 601
nullas preces, nempe Hymnum: *Veni Creator Spiritus, Antiphona Veni S. Spiritus, reple tuorum corda fidelium &c.* item *Sub tuum præsidium &c.* Et *Pie Pater Dominice tuorum memor operum, sta coram Summo Judice pro tuo cœtu pauperum, cum versiculis, & orationibus respondentibus, & suprà c. 2. reg. 9 n. 67. notatis, & has easdem preces ante 100. annos orari, vel à musicis decantari in Germania fuisse solitas, constat ex P. Fossæ lib. 1. disc. 5. c. 2. n. 3. jam ta-
men cæremonia hæc, cum Schäffer eam non præscribat, in Germania non servatur, & sic videtur esse solùm ad libitum. Quod si quem istæ preces delectarent, dicere posset: *Cum igitur ex parte humana nihil amplius desit, à supremo Numinе etiam auxilium, ac lu-**

men imploremus, quô, quæ nobis agenda sunt, agnoscamus : hinc sequentes preces omni devotio dicemus. Sequitur ipsa institutio.

602

Hæc autem institutio Sodalitatis essentialiter consistit in his verbis: *Ego instituo Sodalitatem SS. Rosarii in hac Ecclesia*, nam sine his verbis Sodalitas non institueretur. Reverendissimus enim M. Generalis non erigit Sodalitatem, sed solum in suis litteris concedit licentiam erigendi, ait quippe: *Nos igitur vestris votis, & piis petitionibus inclinati, dictam Confraternitatem, sic ut praesertim, instituendi, auctoritate Apostolicâ nobis concessâ, tenore præsentium licentiam concedimus, & facultatem; accedente tamen assensu Ordinarii loci, ac Prioris vicinioris Conventus, seu loci Ordinis nostri, ac media prædicatione alicujus Patris ejusdem Ordinis Nostri per suum Superiorem destinandi.* Pater Prior etiam mittendô sui loco P. Concionatorem, ipsum solum ad hunc erectionis actum destinat; solum ergo institutione dictis verbis perficitur. Non tamen nudè & prout jacent, proferuntur, sed quibusdam aliis verbis conjunguntur, & quasi ornantur, ut iis competens quædam erectionis formula constituatur. Formula hæc, quam tradunt P. Venturini, & Fossæus, in substantia coincidit cum ea, quam exhibet Schagfæter, posterior tamen mihi nihilominus præ altera placet, quam ideo appono:

Formula Institutionis.

„ Quapropter ego F. N. N. S. Ordinis Prædicatorum in nomine
 „ Reverendissimi Patris SS. Theologiæ Professoris, ac totius
 „ Ordinis Prædicatorum Magistri Generalis, factaque mihi po-
 „ testate ab Admodum Reverendo P. N.N. Ordinis Prædicatorum
 „ p. t. Priore Conventus N. ad laudem & gloriam SS. Trinitatis,
 „ ad majorem pariter honorem Gloriosissimæ Virginis Mariæ, ac
 „ S. Patris, & Patriarchæ Dominici hujus Sodalitatis Auctoris,
 „ omniumque Sanctorum, instituo in hac Ecclesia, in Altari N.
 „ antiquissimam, ac veram Confraternitatem IESU, & Mariæ sub
 „ titulo SS. Rosarii, vel Psalterii Beatissimæ Virginis Mariæ Do-
 „ minæ nostre, cum omnibus à Sede Apostolica concessis Bullis,
 „ in iisque contentis privilegiis, immunitatibus, Indulgentiis, ac
 „ gratiis, ita ut, quamdiu mundus steterit, & hæc Parochialis Ec-
 „ clesia N. apud veram Religionem permaneat, hæc Confrater-
 „ nitas ad singulare solarium Parochiæ hujus, ad emendationem
 „ morum, extirpationem vitiorum, & ad æternæ salutis consecu-
 „ tionem, instituta permaneat. In nomine Patris, & Filii, & spi-
 „ ritus Sancti, Amen. Clausulam hanc: quamdiu Ecclesia hæc apud
 veram Religionem permaneat, alii Autobores non apponunt.

Si fuerit electus etiam Protector Sodalitatis, qui solet esse Dominus 603 minus loci, & talis per totam suam vitam manet, (licet ubique tales instituendi non sit consuetudo) subjungat Praedicator : Ut autem hæc modò fundata Sodalitas eò amplius accrescat, omniaque ad ipsius incrementum conducedentia possibili modò conserventur, ab omnibus molestiis, & injuriis defendatur, jure optimò in gratissimum, ac fervidum Protectorem electus est N. N. cui candem Sodalitatem impense commendamus.

Deputo pariter in forma consueta cum omnibus juribus, & Privilegijs in Patrem spiritualem, & Præsidem hujus Confraternitatis Admodum Reverendum Dominum p. t. hujus Parochialis Ecclesie Parochium, ac in futurum quemcunque pro tempore legitimè institutum Successorem, seu Parochium, ut ipse hujus tam sancti instituti, quod ipsi committitur, & commendatur, ut par est, curam gerat. Si Sodalitas instituatur in Ecclesia Regularium, parochi loco dicatur Admodum Reverendus P. qui à suis Superioribus fuerit in Præsidem hujus Societatis institutus.

Si tempus admitteret, possent etiam Officiales eligi, & promulgari, inquit Schatzkäfer: commodius tamen alio tempore vel antea, vel post hoc ipsum fiet.

Gratulor jam, concludit Concionator, omnibus ad Parochiam banc spectantibus ad banc SS. Rosarii Confraternitatem: ex opto pariter, ut devoti Confratres, ac Consorores suam aliquando promeritam mercedem, id est æternam beatitudinem consequantur, in qua omnibus cum Regio Psalte canere licebit: Ecce! quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in unum! quod nobis æternus Dei Filius per intercessionem suæ SS. Matris, ac Sodalitatis SS. Rosarii Reginæ concedere dignetur. Amen.

Benedicuntur deinde Rosaria, & P. Venturini ait, Concionator 604 debere permettere dici 3. Pater, & Ave, primum pro Reverendissimo P. Generali, secundum pro se ipso, tertium pro Confraternitate. Iste tamen mos poterit esse in Italia, in Germania vero recitatror choraliter Rosarium, quod poterit ad positam intentionem orari. Promulgantur postea Indulgentiæ pro die inscriptionis concessæ; sicut & concessæ Processionem associantibus plenariæ, sed inscriptis jam, & S. Communione refectis: 7. vero annorum non inscriptis, si institutio Sodalitatis, sicut & processio, prout etiam decet, in aliqua Dominica prima mensis peragatur.

Datur initium inscriptioni, & Concionator in Albo scribat sequentia: Ego Fr. N. N. auctoritate mibi hac in parte a Superioribus

ribus meis commissa, bos inscriptos, & imposterum per Praesidem būjus Fraternitatis inscribendos recipio, & adscribo in Confratres, & Sorores Rosarii B. M. V. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Et inscribat ipse unum vel alterum, quorum nomina secundum ordinationem quorundam Generalium ipse secum accipiat, & in sui Conventis Albo notet, tali die, mense, & anno erectam esse Sodalitatem SS. Rosarii in loco N. in cuius maiorem fidem nomina secum accepta apponet, ut Fraternitas illa filialis, ut loquitur P. Andreas Coppenstein, qui è Societate Iesu ad ordinem nostrum transiit, lib. 1. c. 2. hoc signo assuecat Matrem, unde descendit, ac dependet, agnoscere.

606 Canticum: *Te Deum laudamus* intonari poterit à Concionatore finitō sermone, vel verò finitō Sacré Majori (quod dici poterit de B.M.V. Officiō tamen Divinō illius diei servatō; nullibi enim præscribitur, ut eō die etiam Officium de B. V. dicatur) & Processione, si statim mane ordinatur; quæ tamen etiam transferri potest in aliam horam pomeridianam, præsertim si debeat longius, & per Civitatem duci. Post Canticum: *Te Deum* dicitur sequens versus, & Oratio:

*V. Salvoſ fac ſervos tuos, & ancillas tuas.
R. Deus meus ſperanteſ in te.*

Oremus.

Defende, quæſumus, Domine B. Mariæ ſemper Virgine intercedente iſtam ab omni adverſitate familiam, & totò corde tibi proſtratam ab omnium hoſtium propitiuſ tuere clementer iſidiis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

P. Venturini tomo 1. disc. 17. § 2. addit etiam duas Collectas nempe: *Actioṇes noſtras &c. & Agimus tibi gratias &c.* quæ tamen cujusque liberæ devotioni relinquuntur.

607 Postremò se Parochus, & Concionator instituens Sodalitatem, aut P. Prior propriā manu in utroque Instrumento subscribant, ſigilla apponant, unūque Instrumentum ſecum ad Conventum deferant, alterò in Parochia unà cum litteris institutionis Reverendissimi Generalis relictō.

608 Olim ſecundum diuersas Ordinationes novus Praeses debebat confirmationē erectionis Sodalitatis intra Italiā petere ab ipſo Reverendissimo Generali, ultra montes à P. Provinciali, à quo fuit illa obtenta. Ordinationes tamen hæ, prout informantur ſum, jam ſunt ſublatæ, unde ercta Sodalitas nullā amplius confirmatione eget. Quæ-

Quæres pro coronide hujus S. quisnam propriè in erectione 609
Sodalitatis instituatur in Præsidem, seu cui conferatur facultas
inscribendi, & dandi Absolutionem Generalem?

Respondeo, ille solum constituitur Præses, qui in litteris e-
rectionis Reverendissimi Generalis fuit denominatus: in Paro-
chiis autem denominari solet tantum D. Parochus, in Domibus
Regularium unicus Pater, qui nempe à suis Superioribus in Præ-
sidem fuit institutus.

Dum Sodalitas instituitur in loco, ubi jam erat erecta imme-610
diatè per Breve Apostolicum, erunt sequentia observanda: primò
Indulgentiæ priores desinunt per erectionem Sodalitatis nostræ,
in qua communicantur aliæ, ut jam fuit dictum n. 338. Secundò,
eo in loco debet formari novum Album Sodalitatis novæ, in quo
iterum describi debet, qui novarum Indulgentiarum particeps fie-
ri desiderat, et si jam fuisset in priori scriptus, prout in simili ca-
su de his novum Præsidem monere jussus fui.

Demum sciendum pro consolatione, & quiete animorum 611
Innocentium XI. in Brevi: Exponi nobis 15. Junii 1679. item in
fine suæ Bullæ: Nuper anno 1679. die 31. Julii omnes defectus,
qui ante Bullam hanc fortè in erectionibus Confraternitatum ita-
re perferant, supplèsse.

§. IV.

De consequentibus erectione Confraternitatis.

Fundatæ Confraternitate non potest aliquis ex O dine nostro 612
de jure accedere ad electionem Officialium, nec quamcunque
functionem ex autoritate eo in loco exercere, ut declaravit S.
Congregatio 13. Maii 1629. quam refert P. Cavalieri.

Quæres 1. an destruñt Altari SS. Rosarii, vel planè destruñt 613
Ecclesiæ, & Capellæ cesseret Sodalitas?

Respondeo mihi videri probabilius, quod, si manente Ec-
clesiâ, destruatur solum Altare, aut etiam tota Ecclesia destrua-
tur, ita tamen, ut postea iterum in eodem loco, aut vicino reædifi-
centur, non cesseret Sodalitas; quod si vero etiam manente Eccle-
siâ amplius Altare SS. Rosarii non ædificaretur, ut casu quod ve-
niret Ecclesia in manus hæreticorum, tunc Sodalitas cesseret, id est,
cessent Indulgentiæ in Ecclesia obtainendæ, potestas inscribendi,
& benedicendi; Sodales tamen in eadem antè scripti manerent ad-
huc Sodales, & membra Sodalitatis per mundum propagata.

Ratio primæ partis est, quia Ecclesia iterum reædificata (idem

est de Altari) moraliter censetur eadem cum priori, & eadem obtinet privilegia , jura, & possessiones, quamvis de Indulgentiis dubitet de Lugo, ut dictum fuit n. 469. Sodalitates autem important jura, & privilegia ; ergo illa manebunt , & illarum Indulgentiarum, quia accessorium sequitur principale. Secundæ partis ratio est per se clara, quia confraternitas erigitur in Ecclesia , & in certo Altari, ergo illis destructis, destruitur & Sodalitas: Si ergo Ecclesia iterum ab hereticis rediret ad Catholicos , deberet de novo Sodalitas in eadē erigi, & præsertim si primitus in illa instituta fuisset cum clausula, ut perseveret: usque dum Ecclesia in manibus remanserit Catholicorum. Ratio tertiarum partis est, quia per inscriptionem homo efficitur Confrater , aut Sodalis omnium reliquorum Sodalium per orbem dispersorum : sive ergo ille locus pereat, in quo receputus fuit in membrum hujus Sodalitatis per orbem propagatae, sive non, manebit nihilominus Confrater reliquorum Sodalium, prout suprà c. 6. n. 194. dictum fuit de casu , quo Alba Sodalitatis comburentur.

614 Quæres 2. an possit Sodalitas transferri de uno Altari ad aliud, seu an possit Altare SS. Rosarii destrui in uno Ecclesiæ loco, & aliud in alio loco erigi ?

R. affirmativè: quia alterum Altare censetur moraliter idem cum priori , sicut dictum fuit de Ecclesia de novo ædificata, & non videtur magna esse disparitas , aut varietas inter Altare pristinū, & erectum in eodem loco, ac inter Altare pristinum, & erectum in alio loco vicino. Id, quia Sodalitas principaliter erigitur in Ecclesia , & est per accidens, quod hoc numerò Altare pro illa deputetur ; ad mutationem autem accidentis non variatur substantia: ex quo etiam manifestè sequitur , quod Sodalitas non possit propriâ authoritate de una Ecclesia in aliam transferri, prout jam fuit dictum n. 53. Tertiò, in creatione Sodalitatis fuit liberum Parochio determinare Altare pro Capella SS. Rosarii: ergo & liberum erit in eadem Capella Sodalitatem conservare ; generatio enim, & conservatio rei habent se æqualiter, & pertinent ad eandem potentiam.

615 Quæres 3. an, si Ordo Prædicatorum desereret Ecclesiam à loco discedendo, in eadem desineret Sodalitas?

Affirmo eam desinere, sicut desinerent aliae Indulgentiarum v. g. Altaris Privilegiati: nam in Conventibus , & Residentiis, vel Vicariatibus nostris Sodalitas non est annexa Ecclesiis, sed Ordini, unde sicut introducto Ordine in Ecclesiam introducitur Sodalitas, ita

et amorem amovetur. Quod si igitur in tali relicta Ecclesia Sodalitas desideraretur, deberet postea erigi ab Ordine, sicut erigi solet in aliis Ecclesiis extraneis.

Tandem notum debet facere Prior Patri Socio, seu Assistenti Reverendissimi M. Generalis, quō anno, mense, die, item in qua Ecclesia, cuius Diœcesis erecta fuerit Sodalitas, ut ipse totum hoc, prout moris est, Romæ possit in deputato libro registrare, seu ad perpetuum monumentum notare.

§. V.

Quomodo erectæ Confraternitates, earumque Re-

dores & Administratores subjiciantur locorum Ordinariis?

Quod Confraternitates erectæ in Ecclesiis sæcularibus sint una⁶¹⁷ cum suis Rectoribus, Officialibus & bonorum Administrato-ribus subiectæ Ordinariis, est extra dubium. Quomodo ab iis de-pendeat ele^officialium, dictum fuit n. 63. Quod in his Eccl^esiis erigi non possint sine eorum consensu, dictum fuit n. 592.

Quoad administrationem bonorum statuit Concilium Tri-⁶¹⁸dentinum sess. 22. c. 9. quod Administratores tam Ecclesiastici, quam laici cuiusvis Confraternitatis singulis annis teneantur red-dere rationem administrationis Ordinario: quod de Confraternitate Rosariana specialiter declaravit S. Congregatio apud Joan. Gallemart in dictum Concilii locum, ubi, Congregatio, inquit, cen-suit per Administratores Confraternitatis Rosarii rationem singulis an-nis, statis temporibus reddendam esse ad id deputatis, & cum his etiam Episcopum, seu ejus Vicarium addibendum esse.

Possunt etiam Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati,⁶¹⁹ Confraternites sæculares in Ecclesiis Regularium exemptorum erectas visitare in casibus à jure expressis, scilicet in Clementinis lib. 3. tit. De religiosis Domibus cap. Quia contingit, nempe ob negligientiam, vel dilapidationem bonorum, vel ob hujus verisimilem præsumptionem. Ita Concil. Trident. sess. 22. c. 8. Item possunt illos Regulares, & bonorum administratores ad reddenda compu-ta compellere, etiamsi Confraternites forent in Regum ditioni-bus: excipiuntur tamen, quæ expresse reperiuntur sub Regum protectione, ut ait declaratum à S. Congregatione Gallemart ad dictum cap. 8. Concil. Tridentini, & consentiunt Doctores; Dona-tus tamen noster tom^o 3. De rerum Regularium praxi tract. 8. q. 31. n. 3. docet ex declaratione S. Congregationis Episcopos non posse visitare Altaria Confraternitatum apud Regulares, quia visitaren-tur

304. *Caput XV. Quænam in erectione Confraternitatis*
tur ipsi Regulares. Videatur Passerinus noster *De statibus tom. 3.*
q. 189. art. 10. n. 1010. Item De Indulgentiis q. 103. n. 819. &c.

- 620 Generatim autem de Confraternitatibus docet idem Donatus
ibidem q. 16. n. 4. quod nullum novum statutum possint facere sine
consensu Episcopi; benè tamen, si nova statuta sint solum decla-
rativa præcedentium. Generales tamen nostri possunt condere no-
va statuta pro Confraternitate Rosarii, ut dictum fuit n. 26. & 72.
621 Idem *ibidem q. 28.* docet ex declaratione S. Congregationis
non posse Ordinarios compellere Confraternitates ad Processiones,
nisi esset consuetudo compellendi. Debent autem in Processione
antecedere Confraternitates Regulares, ut hi subsequantur, ut de-
cudit apud eundem Donatum Congregatio.

CA P U T X V.

Quænam in erectione Confraternitatis Rosarianæ communicentur Indulgentiæ, &

Privilegia.

Hucusque locuti sumus de Indulgentiis, & Privilegiis Con-
fraternitatis, prout est in Ecclesiis nostris: cùm autem in
erectione ejusdem in alia Ecclesia extranea communicen-
tur Indulgentiæ, & Privilegia, jam, quænam tunc communi-
centur, explicabimus.

R E G U L A I.

Omnes Indulgentiæ, & Privilegia directè Confra-
ternitati concessa, non verò Ordini Prædicatorum propria
communicantur Sodalitatibus ab Ordine erexitis.

- 622 **N**otandum, quod Ordo noster Prædicatorum duplicitis generis
habeat Privilegia, & Indulgencias, alias vi Confraternita-
tis, alias vi Ordinis, ex quibus aliae iterum sunt propriæ, aliæ aliis
Ordinibus communes: quales hæc sint, facile intelligi potest: si
enim Ordo hanc Sodalitatem, velut suam hæreditatem non possi-
deret, adhuc tamen quibusdam privilegiis, gratiis, & Indulgen-
tiis gauderer, & hæc sunt Ordini propria, & aliis communicari
non possunt, ut declaravit Clemens VIII. prout vidimus n. 591.
non enim in erectione Sodalitatis instituitur Ordo, sed ipsa Soda-
litas.

Com.

Communicantur vero omnia ipsi Sodalitati annexa, quod Magistri Generales in Litteris Patentibus institutionis aperte declarant, dum dicunt: *Eamque Confraternitatem, atque omnes universus sexus Christi fideles in eadem recipiendos cum gratiis, & Indulgentiis sibi à Romanis Pontificibus concessis, prout alia consimiles Confraternitates in Ecclesiis nostri Ordinis institutæ potiuntur, recipimus, & admittimus in vita pariter, & in morte.*

R E G U L A II.

Sodalitas erecta ab Ordine Prædicatorum habet 623 omnes Indulgentias præter Indulgentias Altaris Privilegiati SS. Rosarii, & Rosariis benedictis annexas.

Totum aperte sequitur ex regula 1. Statuit insuper Innocentius XI. in Bulla: *Nuper c. 1. omnes Indulgentias in Bulla hac contentas esse omnibus Confraternitatibus in quounque loco existentibus communes, & quas insuper concessit Benedictus XIII. reddidit eodem modo omnibus communes; exceptit tamen Indulgentias Altaris Privilegiati, quas voluit esse tantum in Ecclesiis nostris, prout dictum fuit n. 547 Voluit præterea idem Pontifex, ut ille, qui apud se gestaverit Rosarium à Sacerdote Ordinis nostri, & non ab alio, benedictum, habeat 200. annorum Indulgentias, item ad quodlibet granum 100. dierum, ut dictum fuit n. 500. & n. 556. igitur Rosaria seu Coronæ benedictæ à Præsidibus Sodalitatis extra Ordinē nostrum nullas habent Indulgentias, bene tamen benedictionis virtutem, suprà c. 5. §. 1. explicatam.*

R E G U L A III.

Privilegia omnia, & facultates co[m]municantur Præ- 624 sidibus, quas habent Patres Ordinis Prædicatorum, excepta solùm facultate legendi Missam Votivam SS. Rosarii, absolvendi à casibus reservatis, comutandi vota, & cum certo affectu Rosaria benedicendi: nec datur Regularibus Dominicis primis mensim Processionem intra limites Parochiarum ducenti privilegium.

Ita in Litteris Patentibus institutionis loquuntur Generales: *Cujus, inquiunt, Societas, & Capellæ Capellanum deputamus NN. qui nomina, & cognomina omnium Christi fideliū in eandem Societatem ingredi, & devotè recipi perentium, in libro ad hoc specialiter deputato possit scribere, Psalteria, seu coronas benedicere, SS. Rosar.*

306 *Caput XVI. De facultate subdelegandi
rii Mysteria reverenter exponere, ac omnia, & singula facere, quæ Fra-
tres nostri in Ecclesijs nostris ad hoc deputati facere possunt, & recte
confueverunt.*

625 *De facultate legendi Missam Votivam dictum fuit jam suprà
n. 532. & 533. & de facultate benedicendi Rosaria dictum fuit n.
præcedenti: de his, sed specialiter de facultate absolvendi, & com-
mutandi vota definit iterū idem Congregatio Episcop. 13. Maij
1603. apud Gavantum in Manuali Episcop. verbō *Confraternita-
tes verbis sequentibus, Facultates concessæ Dominicanis pro So-
cietate Rosarii locum non habent in Societatibus ejusdem extra eorum
Ecclesias.* Unde etsi hæc absolvendi facultas non fuisset nobis à
Clemente XII. probabiliter subiata; minimè tamen se ad extra-
neos Præsides extendisset: hinc erravit P. Studer, dum 3. p. c. 12.
n. 5. scripsit, quod hæc facultas possit aliis communicari.*

626 Propter hanc eandem declarationem affero, Regularibus aliis
non communicari privilegium Dominicis primis mensium ducen-
di processionem intra limites Parochiarum sine Parochorum li-
centia, sed ab eis servanda est declaratio n. 561. posítā. Dominicā
tamen primā Octobris, seu festo Principali SS. Rosarii, cùm per u-
niversum orbem ex consuetudine universaliter receptā Processio
longius per urbes instituatur, sine scandalo, & populi offensione
non prohiberetur intra limites Parochiarum ingressus.



CAPUT XVI. *De facultate sublegandi potestatem in Præside.*

 Uæ in hoc capite afferam, erant mihi in loco debito
resoluta.

627 Supponendum primò, quod nulla facultas Ro-
sariana possit delegari non Sacerdoti, aut non Con-
fessario; hinc Sæcularis, Religiosus Conversus, aut Clericus,
Sacerdos non Confessarius nequit^{*} benedicere Rosaria, can-
delas, rosas, nec impertiri Absolutionem Generalem. Hoc con-
forme est dictis suprà n. 189. & 195. ubi multis, debere nomina So-
dalium à Sacerdote Confessario habente ad id authoritatem immedia-
te inscribere

tè in librum scribi, ostendi. Et hoc vel maximè ex facto Reverendissimi Generalis nostri Patris Thomæ Turci, quod se legile Vir quidam doctissimus mihi affirmavit, concluditur, qui in sua visita-
tione Religiosos cuiusdam Italæ Conventùs gravissimè repre-
hendit, eò quòd permiserint indebitâ manu Sodales Albo Confra-
ternitatis inscribi, declarans eos sic inscriptos Indulgentiis, cæte-
rásque gratis minimè potiri. Quando ergo Praeses ipse est im-
peditus, neque alteri Sacerdoti Confessario vices suas committere
potest, poterit interim saecularis Sodalium nomina scribere in
charta separata, quæ postea Praeses statim eodem die transferat imme-
diatè in Album, ut novi Sodales Indulgencias, pro die inscriptio-
nis concessas, possint percipere secundum dicta c. 6. reg. 8. n.
212.

Supponendum 2. quòd nulla facultas delegari possit Sacerdo- 628
ti confessario, si ipse non sit Sodalitatis membrum; inconveniens
siquidem est, quòd aliquis alios in Sodalitatem suscipiat, in qua
ipse solus nondum existit. Ergo delegatus sit *Sacerdos, confessari-*
us, Sodalis Rosarianus.

Supponendum 3. posse solùm delegari facultatem inscribendi, 629
& absolvendi generaliter moribundos, non verò facultatem Ro-
saria, Candelas, Rosas benedicendi; nam facultatem benedicendi
vix unquam est delegandi necessitas, cùm ad hoc solus Praeses suf-
ficiat, utpote ad quem res benedicendæ possunt afferri: hinc Re-
verendissimi Generales in suis litteris patentibus, mox ponendis,
dant licentiam solùm præcedentes facultates, non verò postremā,
delegandi. Delegatus potest etiam generaliter absolvere moribun-
dum, qui petit in Sodalitatem recipi, prout explicui n. 174.

Supponendum 4. Delegatos retinere sibi commissam faculta- 630
tem, quoisque eis necessaria est ad effectum, ad quem erat com-
missa.

Quæres jam primò, an PP. Piores Conventuum Ordinis no- 631
stri possint alicui Sacerdoti delegare facultatem, dandi Absolutio-
nem Generalem?

Respondeo: hanc solam possunt cuilibet Sacerdoti extraneo
delegare, ut ille Absolutionem Generalem impetratur moribun-
dis in absentia alterius, qui hac authoritate est de jure præditus,
ne Sodales sine hoc solatio decadant. Hinc videtur Prior habere
authoritatem ordinariam. Alias tamen facultates, puta inscri-
bendi, & benedicendi, aliis extraneis delegare non potest, cùm
domestici ad hæc peragenda sufficient. Quinam autem ex aliis

*Caput XVI. De facultate subdelegandi
inferioribus Patribus, & quas facultates habeant sibi delegatas
dictum fuit ex mente Reverendissimi P. M. Generalis Antonij de
Monroij suprà n. 146. & 195.*

632 Quæres 2. an Præsides extranei, cùm sæpè ad omnia non suf-
ficiant, possint vices suas aliis Sacerdotibus committere?

R. Se solis non possunt; nam delegatus non potest propriâ
authoritate delegare cap. Cùm causam 62. de Appell. lib. 1. §. 1.
& lib. 3. ff. *De offic. ejus, cui mandata est jurisdictione.* Præsides
autem tam Sæculares, quâm Regulares nullam circa Sodalitatem
Rosarianam habent facultatem ordinariam, sed solum ab Ordine
nostro delegatam: igitur nec ulterius aliquam propriâ authoritate
possunt delegare. Cùm tamen sæpè impedimenta occurrant, ut
omnia soli Præsides peragere nequeant, hinc Reverendissimi Ge-
nerales nostri, authoritate Apostolicâ muniti per litteras patentes
eis licentiam vices suas quibusdam aliis committendi concedunt,
quæ se etiam ad omnem extendit posteritatem, quales ipse jam
pro quibusdam à moderno Reverendissimo P. M. Generali im-
petravi. Ita autem illæ sonabant:

633 *Nos Fr. Thomas Ripoll S. Theologiæ Professor, ac
totius Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis, &
Servus. Omnibus præsentes inspecturis salutem in
Domino sempiternam.*

Quandoquidem Ordinarius Capellanus, seu Director Confra-
ternitatis SS. Rosarii in Ecclesia N. loci N. Diœcessis N. à nobis le-
gitimè institutæ ob distantiam locorum, & crescentem numerum Fra-
trum, & Sororum dictæ Confraternitatis per se ipsum nequit sufficere
ad impertiendam Fratribus, & Sororibus decedentibus ex hac vita
Absolutionem Generalem, ne bujusmodi Fratres, & Sorores hoc spiri-
tuali gratiarum thesaurò priventur; harum serie, & autoritate Apo-
stolicâ Nobis concessâ, damus licentiam, & facultatem illis Sacerdo-
tibus, & Confessariis, quos Ordinarius Director, dum ipse impeditus
fuerit, ad id munera designaverit, ut fideles utrinque sexus id flagi-
tantes, ad præsatam Confraternitatem recipere, & ad Album Maria-
num inscribere possint, ipsisque Fratribus, & Sororibus in articulo
mortis Indulgentiam plenariam à Summis Pontificibus concessam,
mediâ consuetâ formâ Absolutionis Generalis applicare valeant. In
Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. In quorum fidem
has manu propriâ subscriptas, sigillò Officii Nostri roborari jussimus.
Gratis

*Gratis ubique, & ſemper. Datum Romæ in Conventu Noftro S. Ma-
riæ ſuper Minervam die, Mense, Anno. Aſſumptionis noſtræ 18.*

Fr. Thomas Ripoll

regiſt. pag.

Fr. N. Socius.

Litteris hifce conceditur licentia-delegandi omnibus Praesi 634
dibus Rosarianis determinatae Confraternitatis in perpetuum,
cūm certa persona in iis non denominetur: & hinc etiam poſitæ
facultates delegari poſſunt cuiuscunq; Sacerdoti ſive Sæculari,
ſive Regulari, cūm ibidem nulla fiat reſtrictio: quapropter Pa-
rochus poſteſt eas delegare non ſolūm ſuis Capellanis, ſeu Coope-
ratoribus, ſed etiam vicinis Parochis, & aliis qui buſcunq;. Idem
intelligendum eſt de Praeſide Regulari, qui eaſdem & domesticis
ſuis Confratribus, & extraneis valet communicare. Circa quoſ
tamen.

Quæres 3. an in Domibus Religiosis præter Patrem Rosa. 635
rianum etiam Superiores v. g. Abbates, Priořes, &c. dictaſ om-
niſe facultates habeant?

P. And. Roth c. 2. n. 5. affirmat, Superiores habere quandam
Praefidentiam eminentiale, & conſequenter etiā eadē pollere au-
thoritate. Oppoſitā tamen Sententiā tenendam mihi dictum fuit.
Nam ille ſolūm dictaſ facultates poſſidet, cui à Reverendissimo
Generali noſtro in litteris erationis communicantur; communi-
cantur autem illi uni Patri, cui cura Sodalitatis committitur;
alii ergo dictaſ facultates minimè poſſident. Nec eſt inconveni-
ens, aut inſolitum, quod subditus aliquā polleat facultate, qua
tamen deſtituitur ejus Superior, præfertim ſi facultas illa Subdito
advenerit ab extrinſeco, & non deſcenderit à ſuo Superiori. Ita
Superior Religiosi Parochi invalidē aſſiſtit Matrimonio, ſi à ſuo
Subdito Porocco expreſſam licentiam non acceperit, ut cum mul-
tiſ docet P. Claudioſ la Croix lib. 6. parte 3. n. 738. Itaque ſolus
P. Rosarianus de licentia Reverendissimi noſtri Generali dele-
gare poſteſt facultatem inscribendi, & aſſolvendi generaliter tam
ibiſ æqualib; quam ſuis Superioribus, & hoc pro caſu impedi-
menti, & neceſſitatis tantum.

Quæres 4. an Praeſes poſſit permettere, ut aliquis ſe iſipmuſ 636
iſcribat?

R. negatiſ: nam Sodalium nomina debent iſcribi à Sa-
cerdote habente authoritatem, & jam Sodalitatis membro: ergo
neceſſario poſteſt nomen ſuum Alboiſferere. Solent nihil-

minus Personæ Augustæ ad demonstrandam suam devotionem propriâ manu sua nomina in Albis Confraternitatum exarare, prout idem fecisse Fridericum III. Imperatorem, multosque Episcopos, & Principes in restauratione Sodalitatis facta per Venerab. Patrem Jacobum Sprenger Ordinis nostri narrat P. Fridericus Steill ad i. Octobris in vita ejusdem P. Sprenger, quod tam contigit ante positas declarationes. Hoc ipsum etiam modò permitti potest iisdem Personis; spectat tamen ad Praesides, & Promotores, ut eas postea iterum inscribant, secus non gaudent Privilegiis, & gratiis Confraternitatis.

637

Quæres 5. quid consilii, si per ignorantiam multi fuissent manus indebitæ inscripti?

R. Aliud non superest remedium, quam ut conditio ad consecutionem Indulgentiarum necessaria ponatur, & illi iterum ab habente potestate Albo inscribantur. Quod si quis dubitet, an legitimè fuerit inscriptus: faciat se pro majori securitate de novo inscribi.



CAPUT XVII.

De Rosario perpetuo, seu distributione Horæ perpetuæ.

638

Differentem de Sodalitate SS. Rosarii oportet etiam Rosarii perpetui meminisse. Caput hoc de Rosario perpetuo, non de Sodalitate Rosarii perpetui inscripti; multi siquidem sunt, qui Sodalitatem quandam Rosarii, vel Horæ perpetuæ sibi imaginantur, à quibus non multum distat Schatzkäfer in quo p. 1. c. 16. resolutione 7. n. 4. fol. mibi 152. cavitur, ne Absolutio Generalis detur Sodalibus Sodalitatis Horæ perpetuæ: falluntur tamen omnes; nam Rosarium, vel Hora perpetua non est Sodalitas, sed Institutum, vel Sacer quidam Mos ita omnes totius anni horas inter Sodales Rosarianos distribuendi, ut quavis eorum quidam Rosarium pro moribundis Sodalibus Rosarianis huic Instituto additæ recitent: est tamen nihilominus secundum communem sententiam pars, vel devotio annexa Sodaliti Rosarianæ.

Finis

Finis hujus devotionis, ut dixi, est, ut quilibet horā per annum integrum pro iustantibus in agone Sodalibus Rosarianis, hujus Instituti membris, preces ad Deum à vivis Sodalibus fundantur. Quantum hæc oratio moribundis proicit, pluribus exagerare supersedeo: hoc unicum dixisse sufficiat, per circumstantium devotas preces dæmones à pluribus fuisse fugatos, ipsosque à temptationibus, & æterno interitu liberatos, quemadmodum planè multa exempla confirmant, de quibus aliqua in speculo M. Exempl. reperiuntur: magna autem vis, & efficacitas inest precibus, sive in præsentia moribundi, sive in absentia peragantur. Et hoc solatum in suo agone habebunt ii, qui in vita sua ad regulas hujus Instituti orarunt pro aliis, quod etiam alii tunc temporis pro ipsis vicissim sint precaturi.

Institutum hoc inventum est à R. P. Joanne Petronio Ordinis nostri SS. Theologiae Doctore, & Priore Conventus Bononiensis anno 1634. qui ad Superos, ut piè creditur, avolavit Bononiae 1652. Quanti autem meriti, quantæ pietatis, & estimationis fuerit Vir iste celeberrimus, vel ex eo conjici potest, quod Sodalitas Rosariana Bononiensis Castrum ipsi mortuo doloris erigi curaverit, è quo inter alia scutum hæc epigraphe pependit: *Inventor perpetui Rosarii:* & dum pro ipso justa persolverentur, funebres ipsius laudationes in idiomate latino unus è S. J. Sacerdos dixit, quod se à teste oculato, & Viro fide, & honore digno accepisse scribit P. Joan. Studer 4. p. p. 1. c. 1. in fine. Eundem hujus Devotionis Authorem adstruit P. Fridericus Staill ad 20. Decemb. & in hujus confirmationem adducit A&a cujusdam Capituli Generalis, & quosdam libellos Rosarianos: item P. Venturini tom. I. disc. 31. n. 4.

Itaque errant illi, qui honorem hunc à Petronio in P. Joan. de Altamura Ordinis nostri Neapolitanum transtulerunt: sed hujus erroris occasio fuit, quod paulò post Petronium Devotionem hanc Altamura mirum in modum per Italiam prædicandō dilataverit. Non eo quidem inficias, Virum hunc æquè doctrinæ, ac pietatis laude longè, latèque per Italiam floruisse; sed Authorem Rosarii perpetui non fuisse ex dictis, & ex ipsius propria & publica passione convincor: ita enim in proemio italicici sui libelli, quem de hac devotione anno 1637. luce publicâ donavit, inventiōnem ejus alteri adscribens, non ex humilitate, ut quidam interpretantur, sed veritate ait: *Ardenissimô desideriô Propheta Regius in spiritu optavit, ut tu, ô Sanctissima Virgo! sine intermissione laudares,*

ris , cùm in uno suorum Psalmorum ita cecinit : Constituite diem solemnem in condensis usque ad cornu Altaris Psal. 117. id est , ut exponit Hugo Cardinalis : constituite diem solemnem , celebrate nempe nativitatem Christi , passionem ejus , resurrectionem , ascensionem , & alia festa magna devotione ; ac si vellet dicere : considerate Mysteria SS. Rosarii ad honorem Domini nostri Iesu Christi , & sue SS. Matris : & hoc non perfunditorie & rarè , sed in condensis , id est perenniter , & sine cessatione . Et ecce ! bisce felicissimis (licet alias luctuosissimis & miserimis) temporibus expletum est votum , & desiderium Prophetæ Regii , eum per instinctum tuum (o dulcissima Mater Maria) Sacerdos quidam mei Ordinis modum te ita perenniter honorandi invenit , ut per totum annum non sit hora tam diu , quam noctu , in qua non omni devotione , & affectu tuum S. Nomen , tuique Fili Iesu invocetur . Gaudeo quoque singulariter , quod amorem meum , promptamque voluntatem erga hanc saluberrimam devotionem & exercitium demonstrare valuerim in compilando hoc libello , quem , quantuluscunque sit , tanquam testem sumi mei debiti , & obligationis tibi , o Sacratissima Virgo Maria ! summa veneratione & submissione , flexis genibus , & totò inflammatò corde dedico , & presento . Hæc Altamura . Statim verò sub initium mirum quantum invaluit ubique terrarum hæc Devotio , ita ut ab infimis etiam summi quique , ut Romæ cum suo Purpurato Collegio Summus Pontifex , Viennæ Imperator cum sua Augusta Conjuge , & Aula , sibi horas fecerint distribui .

642

Solent autem Horæ Sodalibus Rosarianis à Præside Sodalitatis , vel à delegatis Sacerdotibus in hunc modum distribui : Præses quemlibet diem dividit in 24. horas , & consurgunt 8740. quibus annò bisextili addet adhuc 24. hásque tam diurnas , quam nocturnas inter petentes distribuit . Ne autem aliquis de data sibi Hora incommoda v. g. nocturnâ conqueri possit , institutum est , ut homines eam acquirant per sortem ; quem in finem scribuntur omnes horæ totius anni in totidem distinctis schedulis , quæ postea in articula commiscentur , unde jam extrahuntur per sortem : quam ergo quis fuerit sortitus , eâ horâ ipsi etiam annuatim erit orandum ; schedula verò extracta in aliud locum seponetur , ut sciatur , quænam Horæ jam sint occupatæ , ne plures eandem habeant , & consequenter ne aliquæ vacuæ remaneant , sed ut quâvis horâ aliquis sit , qui oret . In locis tamen minus populosis , & ubi homines ob labores noctu , vel diebus ferialibus orationi vacare nequeunt , etiam ipsis , sicut & servientibus Hora eligenda offertur . Datâ Horâ assignatur Sodali etiam unus è Cælitibus in Patronum , & est ple-

rumque ,

rumque, in cuius festum diem illa Hora cadit, quem illò die specialiter habebit colere, & invocare, sicut & illi moribundos commendare. Deinde Praeses devotum hunc, cui horam dederat, describet in proprio libro, ut alias fieri amat, in modum alphabeti disposito, & adjunget diem, horam (exprimendō, an diurna sit, an nocturna; quod fit apponendo literas D. & N.) & S. Patronum.

Quæres 1. An possit Hora dari etiam non Sodali Rosariano, 643
ut affirmat P. Studer *ibidem*.

R. Quàmvis etiam non Sodales benè agerent orandò integrâ horâ pro moribundis Sodalibus; hora tamen solet tantùm Sodalibus dari, ut responderunt, quos consului: tum quia hæc Devotione est pars Sodalitatis Rosarianæ: tum quia est instituta propriè pro Sodalibus moribundis, pro quibus non Sodalis nullò titulô orare tenetur: tum denique quia Indulgentia plenaria pro illa hora videtur solùm pro Sodalibus concessa. Si quis ergo talium horam aliquam peteret, inducendus primum esset, ut nomen suum antea det Sodalitati Rosarianæ.

Quæres 2. an inscriptio sit necessaria? 644

R. Inscriptio eorum, quibus data est hora, in rigore non est necessaria: hoc enim Institutum, ut dictum est n. 628. non est nova & distincta Sodalitas, sed horæ Sodalibus Rosarianis jam in scriptis distribuuntur, nec pro die inscriptionis aliquæ sunt concessæ Indulgentiæ; sed ideo solùm sit, ut faciliùs dies, & horæ acceptæ sciantur, & numerus devotorum, hoc Institutum amplectentium, habeatur, unde etiam scriptori cuicunque committi, aut etiam omitti potest.

Quæres 3. Quomodo hæc hora traducenda? 645

R. Adveniente die, quô horâ assignatâ orandum est pro moribundis Sodalibus Rosarianis, Sodalis ante eandem horam conscientiam suam diligenter S. Confessione mundabit, Sacrâmque Eucharistiam percipiet, quô faciliùs preces veniam mereantur, & gratiam. Si hora obtingat in nocte, per dicta Sacraenta paret se die præcedenti. Quod si eô die, nec pridie hæc Sacraenta percipi possent, dicit P. Studer, sufficere communionem festô aliquâ proximâ peractam: ita, qui habent horam die Parasceves, aut Sabbathô Sandò, confiteantur die Jovis Sancto. Qui verò in itinere est, & non habet occasionem confitendi, eliciat dolorem de peccatis, & oret in via, & postea aliâ occasione confiteatur, & communicet. Possunt etiam suscipi innocentes, qui nondum audent accedere ad S. Communionem, nam talium Oratio est Deo in amori-

314 *Caput XVII. De Rosario perpetuo*
moribus: *Sinite parvulos, inquietabat ipse Christus Matt. 19. v. 14.*
& nolite eos prohibere ad me venire; talium est enim regnum cœlorum.
Item: Ex ore infantum, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum, & ultorem. Psal. 8. v. 4.

646 Currente horâ integrum oretur Psalterium Marianum, utque eò longius protrahatur, ad quamlibet Orationem Dominicam dicatur Symbolum Apostolicum, post quod, dicit Venturini tom. I. disc. 31. §. I. n. 6. dicenda sunt 3. *Pater & Ave*, in memoriam passionis, & charitatis JESU Christi: in Germania tamen præscribuntur hæc tria *Pater & Ave* rudioribus, aliis capacioribus quidam affectus, alicubi sequens: *Per tuam Sanctam desolationem Piissime JESU! ne me deserbas unquam, & præsertim in hora mortis meæ: alibi, & ad præsens melior: O Piissime JESU! per tuam amaram mortem miserere modò morientium, nec eos deserbas in agone.* Varietas tamen hæc non multum importat; imò de rigore nec tria *Pater & Ave*, nec aliquis similis affectus ad quamlibet decadem est necessarius. Finitò hòc Psalteriò dicentur adhuc preces in honorem S. Tutelaris designati. Horâ hæc integrâ debet eò fine & intentione orari, ut Deus per suum amarum agonem, & mortem misereri dignetur eorum Confratrum, qui hæc horâ morituri sunt, iisque felicem ex hoc mundo ad æternam gloriam transitum, intercedentibus pro iis quoque Beatissimâ Virgine Mariâ, & S. Patronò, concedat.

647 Qui ob defectum horologii horam nesciverit, oret, prout poterit, saltem circa tempus illius. Dicit præterea Studer, quòd, si quis ita impeditus sit, quòd die suæ horæ non possit suæ satisfacere obligationi; possit constituere alium, qui sui locò confiteatur, communicet, & oret. Demum potest unus plures horas per annum habere.

648 Horam tamen pro arbitrio mutare non licet, ne horarumordo turbetur, & finis hujus Instituti, ut scilicet quāvis horâ preces fundantur, pereat. Petentibus tamen aliam commodiorem horam non se exhibeat Præses difficilem, sed ipsis libenter gratificetur.

649 Qui horam neglexit, oret horâ aliâ secundum Studer; vel permittat pro defunctis illâ horâ unum Missæ Sacrificium offerri, vel aliquid aliud boni peragat, inquit Venturini.

650 Mortuò Sodali, aut, ut melius suadet Venturini, quām primū fuerit de ipsis vita conclamatum, schedula cum notata hora, quām à Præside acceperat, ipsis restituatur, ut novo Sodali dar

dari possit, ne diutiùs vacet, & ut possit moribundus in preces commendari.

Dominicā post diēm Animarum in talibus Ecclesiis, ubi hoc **651** Institutum viget, habetur Sodalium memoria, & funduntur preces pro Sodalibus hujus Instituti defunctis, quæ devotio solet vocari *Communio Generalis*: quod si Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum inciderit in Dominicam primam Novembris, *Communio Generalis* celebrabitur Dominicā sequenti. Ad hanc solemnitatem *Communionis Generalis* etiam Sodales hujus Instituti comparebunt; accedent etiam puri ad Mensam Cælestem, quam unà cum reliquis precibus, & Indulgentiis defunctis hujus Congregationis applicabunt. Hæc Alumni hujus Instituti, sed sine obligatione ad aliquod peccatum observant, & ea sumpsi ex Schatz-Kastner p. 1. c. 20. fol. 192. Patre Venturino, Studer &c.

Dum autem hoc piūm Institutum suscipiunt, traditur eis à **652** Præfide schedula, in qua hæc quasi Statuta notata sunt, memorias causâ, quod minus horæ designatæ obliviscantur.

Formula schedulæ in Germania usitatæ.

Monumentum quotidianum, ne Rosarium perpetuum, seu obligatio orandi pro moribundis in oblivionem deveniat.

Miser ego peccator N.N. propono mibi, velle me die — mensis — ab hora — ante — vel pomeridiana usque ad — comparere ante JESum Christū, ejusque Virgineam Matrem Mariam, & cum iis tractare santicum negotiū salutis eorum, qui in agone constituti sunt. Promitto ex corde (sine obligatione tamen ad aliquod peccatum) velle idem me servare, quoisque vita supererit, ne moribundi hōc substituantur solatiō, sperans etiam alios idem pietatis officium pro me peracturos, cum ad periculosum mortis articulum devenero. Amen.

Hora ista absolvendum erit integrum B. M. V. Psalterium quindecim decadum, & ad finem cuiusque decadis dici solet *Symbolum Apostolicum*, & sequens affectus: O Piissime JESU! per tuam amaram mortem miserere modò morientium, nec eos deseras in agone.

Qui ad legendum ignari sunt, bujus affectus loco dicant 3. Pater & Ave in memoriam passionis, agonie, & charitatis Christi. Oratio hæc debet trahi paulatim & devote, ut eadem integra possit hora completi; de qua si quid superfuerit, dici poterunt *Litanie Lauretanæ*, *Omnium Sanctorum*, vel aliud quidpiam in honorem S. Patroni, qui erit N.

Die Horæ peragenda est S. Confessio, Panisque Cælestis accipiendus, vel die præcedenti, si nocturna obvierit hora.

Monendi quoque sunt Parentes, vel amici, ut imminentis morte bujus Devoti, Patri Spirituali, seu Præsidi Rosariano significant, ut eandem horam possit alteri tradere, eisque in preces aliorum commendare.

Demum non gravabuntur, si fieri poterit, venire ad Communionem Generalem Dominicam post diem Animarum, quæ celebrabitur pro defunctis, qui dum viverent, bui erant Devotioni addicti. Datum N. annò.

653 Unica tantum Indulgentia est huic Instituto à Sede Apostolica indulta, quam dedit Alexander VII. in Brevi: *Ad augendam i. Junii 1656. ad Septennium, quoad Indias verò ad quindecim annos: & hanc lucrantur Sodales eō die, quō confessi, & comunicatorant integrā horā sibi datā, si eā bord, inquit Pontifex, sibi assignatā Rosarium B. Mariae Virginis recitaverint, & pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint.* Addidit Clemens IX. in Brevi: *Ad augendam, hanc eandem Indulgentiam posse per modum Suffragii Animabus in Purgatorio applicari teste P. Venturino ibidem. Elapsò tamen quolibet septennio curā nostrorum Patrum renovatur. En Bullam Alexandri:*

ALEXANDER PAPA VII.

*Universis Christi fidelibus, præsentes litteras inspec-
turis, salutem & Apostolicam benedictionem.*

Ad augendam Fidelium Religionem, & animarum salutem cœlificibus Ecclesiæ thesauris piâ charitate intenti, omnibus, & singulis utriusque sexūs Christi fidelibus verè penitentibus, & confessis, ac sacrâ communione refectis, qui Horā sibi assignata Rosarium B. M. Virginis devotè recitaverint, & pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac Sanctâ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel in anno duntaxat omnium peccatorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus; præsentibus ad septennium, quo verò ad Indias ad quindecim annos tantum valituris. Volumus autem, quod, si pro impetracione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint eō ipso; quodque præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici,

publici subscriptis, ac personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munis sigillō, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ Eccl. die 1. Junii, anno 1656.

In die Communionis Generalis nullæ sunt speciales Indulgen-⁶⁵⁴
tiæ, sed, sicut Pragâ mihi à quodam Eximio Doctore scriptum fu-
it, ad instantiam P. Provincialis Provinciæ Bohemiæ concessit Be-
neditus XIII. ut Indulgentiæ, quæ aliâs illô die obtineri possunt,
per modum Suffragii queant defunctis applicari, si antea nondum
suissent applicabiles. Quòd si verò hæc Communionis Generalis incidat
in Dominicam primam Novembris, quod plerumque accidit, tunc
in illa Dominica est Indulgentia plenaria, sed non ratione Commu-
nionis Generalis; sed quòd sit Dominica prima mensis, in qua-
rum unaquaque secundum dicta n. 514. & 515. habent Sodales
Mariani Indulgentiam plenariam.

Horas distribuere propriè pertinet ad Præsidem Rosarianum,⁶⁵⁵
& valde esset indecorum, si distributionem Præses committeret
secularibus: de cuius insuper valore ego valdè dubito: nam Insti-
tutum hoc est pars Sodalitatis Rosarianæ: sicut ergo facultas in-
scribendi, benedicendi, & absolvendi generaliter tantùm residet
apud Præsidem, ita & apud eum tantùm residebit facultas horas
distribuendi, accessorium enim sequitur naturam Principalis. Itē
qui assignat alicui horam, facit illum proximè capacem Indulgen-
tiæ illâ horâ obtainendæ, sicut qui alium inscribit in Album Rosa-
rianum, reddit eum proximè capacem lucrandi Indulgentias Ro-
sarianas: dicit enim Alexander, qui Horæ sibi assignatæ Rosarium
recitaverint, habeant Indulgentiam plenariam: sicut ergo nemo
præter Præsidem potest inscribere, ita nec horas distribuere.

Tandem cum facultas distribuendi horas annexa sit Sodalita-⁶⁵⁶
ti Rosarianæ, ab Ordine nostro eretæ, eò ipso, quòd Sodalitas in
aliquo loco erigatur, etiam hæc facultas communicatur, prout ex-
pressè edictus fui.



CAPUT XVIII.

Respondetur ad convicia hæreticorum,
& ad alia, quæ contra hucusque dicta pos-
sunt moveri.

Besribens verum Presbiterum Apostolus Paulus inter reliqua requirit, *Ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere ad Tit. c. i. v. 9. & tam opere esse Præsidem Sodalitatis SS. Rosarii.* In ea etenim periculosa jam incidimus tempora, quibūs non tantum hæretici, sed & ipsi jam orthodoxi, tum ob nimiam cum iis consuetudinem, tum continuam eorundem librorum lectionem, quæque sacra jam fastidiunt, ac contra illa, nescio, quas tandem cavillationes, objectionesque procudunt. Notissimum siquidem est, dæmonibus summè invisum esse Rosarium, quō vires suas frangi experiuntur; hinc heterodoxos mirum in modum adversus illud exagitant, qui hisce Magistis suis, Ducibūsque, ut in omnibus, ita & in hoc lubenti animo obsequuntur, integra conviciorum plausa in illud effundunt, ac communī vocabulō abominabilem vocant superstitionem. Hos oportet arguere, & ad eorum objectiones respondere.

§. I.

Diluuntur rationes contra Sodalitatem Rosaria-
nam, & Rosarii formam.

657 **P**rimò ergo opponi possunt, contra quamcumque Societatem verba illa Apostoli Pauli *I. Corinth. c. i. v. 9.* dicentis: *Fidelis Deus, per quem vocati es in Societatem Filii ejus JESU Christi Domini nostri: ex quo inferri potest, omnes reliquias Societates, utpote inferiores, esse superfluas, & è medio tollendas.*

Eadem ratione posset etiam toties commendata specialis bonorum operum inter Sodales communicatio impeti. Nam inter omnes fideles aliunde jam communio bonorum operum habetur, quam in Symbolo Apostolorum art. 9. profitemur dicentes: *Sanctorum Communionem;* & omnium bonorum, quæ in Ecclesia fiunt, reddi-

redditur homo particeps per solam charitatem, ut dicitur De Consecrat. dist. 4. c. Ecclesiæ caritas 140.

Respondeo S. Apostolum loqui ibidem de Societate, & communione generali, quæ omnes fideles in vicem colliguntur, & consistit in communione fidei, gratiæ, & gloriæ Christi, quæ habetur in Ecclesia, seu quæ consistit in ipso Christianismo: & hæc communio se prorsus habet ad eum modum, quod inter omnes cives, & incolas ejusdem civitatis Societas quædam, & communio multorum bonorum reperitur. Quemadmodum ergo in civitate præter hanc generalem Societatem, & bonorum communionem aliæ particulares Societates, & bonorum communiones non sunt superflua, sed sæpe necessaria; nec illam generalem infirmant, sed stabilunt: quis etenim audebit Societatem conjugalem, Societatem affinium, & consanguineorum, Societatem servientium, & dominantium, ementium, & vendentium, aliisque sexcentas, retentâ solâ generali, refringere? Ita nec in Ecclesia Dei præter illam Societatem generalem aliæ omnes dicendæ erunt superflua.

Quamquam autem hæc societas generalis, & communio in fide, & Sacramentis perfectissima sit, in quantum est fundamentum Societatum particularium; in ea tamen, ratione solius charitatis non participantur omnia Ecclesiæ bona actualiter, ut supra n. 302. ostendi: fideles quidem ratione charitatis fiunt actu participes orationum totius Ecclesiæ, quæ fiunt pro omnibus in communione: sed orationes præter hanc intentionem generalem possunt adhuc pro aliis offerri intentione speciali; & tunc prosunt etiam specialiter modò, sed non omnibus fidelibus, sed ipsis tantum, pro quibus specialiter offeruntur, ut ostendi n. 234. & 286. sic ipse S. Paulus, et si communionis, & societatis generalis inter fideles benè gnarus esset; nihilosecius tamen sæpius aliorum singulare preces & Suffragia requisivit, se in particulares preces aliorum enixè commendavit, ut signanter fecit ad Ephes. c. 6. v. 19. scribens: *Orantes pro omnibus sanctis, & pro me.* Cum ergo in Societate Rosariana orationes specialiter fiant pro Sodalibus, illisque bona spiritualia specialiter communicentur, plus etiam ipsis, quam reliquis fidelibus ista proderunt.

2. Insurgit Calvinus contra hoc, quod nos Catholici per Salutationem Angelicam Virginem Beatam salutare soleamus. Temere, inquit in Harm. Evang. *Sibi alienum usurpat officium Papistæ, quod Deus non nisi Angelo injunxit.*

Respondeo negandô, quod Deus eam salutandi officium non nisi

320 *Caput XVIII. Respondetur ad convicia haereticorum*
nisi Angelo injunxerit, & dico, quod Deus idem etiam injunxerit
fidelibus: nam secundum A postolum, *Quaecunque scripta sunt, ad*
nostram doctrinam scripta sunt. Rom. c. 15. v. 4. & non solum ut
illa sciamus, sed etiam, ut illa faciamus, *Non enim,* inquit idem
Rom. c. 2. v. 13. *auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores*
legis justificabuntur. Cum ergo S. Lucas singula ex ordine, & ipsa
planè Salutationis verba tam acuratè descripscerit, ad nostram
doctrinam, & imitationem scripta reliquit. Hoc & aliâ viâ de-
monstro: si enim Angelus, qui utpote beatus ope Virginis non e-
guit, ipsam nihilominus tantâ cum modestia, & comitate Salutavit;
nos, qui in mundi hujus fluctibus circumagitamur; nos, qui ope
& precibûs illius adeò egemus, ipsam salutare verbis Angeli for-
midabimus? Etsi demum etiam Calvinus concedamus quod Deus
soli, & unico Angelo injunxerit, ut Virginis annunciet Mysterium
Incarnationis in ipsa perficiendum, ipsam Dei Matrem futuram;
tamen & in hoc licet Angelum imitari, illiusque verba *Paries filiū*
usurpare, illa ad B. Virginem profari, non quidem quasi iterum
futurum Verbi conceptum annunciando, sed illum solum ad maxi-
mam Virginis gloriam commemorando.

659 3. Subjungit dictis verbis Hæresiarcha: *Bis autem stulta emulatio, quod absentem salutent.*

R. Etsi B. Virgo sit absens corpore, scire nihilominus potest,
à quo, & qualiter salutetur, & invocetur. Si enim Deus Viris
Sanctis, adhuc in mortali vita constitutis, revelavit, quid alibi lo-
corum gestum sit, ut apparet in Elisæo, quem scire fecit, servum
suum à Naaman munera accepisse; Sanctis secum jam regnanti-
bus talia non revelabit? Videt ergo Virgo Beata secundum S.
Thomam preces fidelium in Verbo.

660 4. Vanum, & superstitionem reputant, quod eandem rem,
scilicet Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam toties
repetamus.

Respondeo Adversarios hic loci planè Ethnicos æmulari,
qui alias solum priscorum haereticorum argumenta resumunt.
Refert enim Lactantius Firmianus lib. 4. *Divin. Inst. c. 28.* etiam
idololatras hoc in Christianis carpsisse, quod easdem preces iterum
atque iterum dicerent: vel enim, arguebant illi, audit Deus, vel
non? si audit; semel dixisse sufficit: si non audit; & semel, & multo
tis dixisse stultum est. Hic obiter notandum, quod jam in
primitiva Ecclesia easdem precati unculas sèpius repeterint Chri-
stiani, sequentes scilicet exemplum Angelorum, qui non cessant
quoti-

quotidie clamare Sanctus, Sanctus, Sanctus, imò Christi Domini, qui in horto oravit tertio eundem sermonem Matth. c. 26. sed audiamus Laetantium: *Quid cause, inquit, cur precari pro salute filiorum semel, religiosi, & idem decies facere, sit superstitosi?* Si semel religiosum est, decies erit religiosius, si unicum Sacrificium acceptum est, acceptiora erunt plura; ille servus probator est, qui in servitio etiam prolixiori lubens perseverat; demum si peccaminorum est totum diem orandò, & sacrificandò insumere; & unica oratio, unicum sacrificium malitiā non carebit.

Non ergo idem sàpius ingeminamus, ut Deus faciliùs preces nostras percipiat, sed ut diutiùs oremus, diutius Mysteria, & beneficia Divina expendamus, ut meditandò cum Davide fateri possimus: *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis* Psal 38. v. 4. & tandem, ut in oratione perseveremus. Quis etenim ista omnia sub unico & solo Pater, & Ave revolvet animò? quis exardescet? quis dulcedinem ex oratione provenire solitam persentiet? sed & orationis effectus, scilicet impetratio postulati, est perseverantiæ promissus; quod in illa de Amico parabola videre est, quam Christus statim, ac Orationem Dominicam Discipulos edocuerat, subjunxit Lucæ 11. Amicus hic perseveranter idem repetendo, & pulsando, etiam importuno noctis tempore, desideratos ab altero amico non tam impetravit, quam extorsit panes. Similem quoque inducit Christus cap. 18. de Vidua parabolam, quæ etiam ab iniquo Judice perseverantiæ optatam percepit Sententiam. Dicant autem quâ ratione homines illiterati, qui alias preces memorie imprimere nequèunt, in oratione diutius perstare poterint, nisi idem Pater, & Ave, quod unicè nōrunt, sàpius dicant? Perincommodum præterea est in intinere, & sàpe domi ab defectum luminis ex libellis, commodissimum verò semper ex Rosario orare, quod apud Catholicos communis, & laudatissimus usus probat.

5. Ogganiunt: etiam aliàs acceptissima verba ex nimia iteratione redundunt gravia; quis etenim tandem non saturaretur, si sibi sine fine *Salve, Salve, Ave, Ave* diceretur?

Respondeo Santos non pertædescere, etsi millies iisdem verbis salutentur, neque ipsis aures dolere; quia hisce preces non percipiunt, sed eas in Deo velut in speculo voluntario intuentur.

6. Quare, inquiunt, mixtim dicuntur Orationes Dominicæ, & Salutationes Angelicæ? quare non orantur semper eadem? nam etiam sub iisdem posset institui fidei nostræ Mysteriorum meditatio?

R. Quia Rosarium simul institutum est in honorem Dei, & Virgins Intemeratæ, & ad recolendam vitam tum Christi Domini, tum ejus Virgineæ Matri. Iterum ut sit quædam diversitas, nam semper idem dicere fastidium generat. Tandem ut præscripta à Christo Oratione utamur, cuius vitam, mortem, ac gloriam suscepimus meditandam, majorēmque fiduciam ex hac ipsa Oratione capiamus, cuius nobis efficacia præ reliquis omnibus commendatur.

663 7. Sed quare plures dicuntur Salutationes Angelicæ, ac Orationes Dominicæ? hoc videtur honori Christi derogare. Hic Achilles Hæreticorum est.

R. Plures Salutationes Angelicæ honori Christi nihil detrahunt, cùm etiam sub ipsis vitam Christi contempleremur; inter has quoque Orationi Dominicæ primus locus tribuitur, quæ primū & ante Salutationem Angelicam dici solet. Multoties autem hæc Salutatio pronunciatur, cùm Rosarium sit in honorem B. Virg. institutum: & tandem in qualibet istorum Salutationum Fructus ventris ipsius benedicitur, honor autem Parentum etiam in filios transit secundum illud Prov. 17. *Gloria filiorum Patres eorum.*

664 8. Cur certò numerò tum Orationes Dominicæ, tum Salutationes Angelicæ comprehenduntur? ut quid ista Deo numerantur, cùm adhuc pluribüs dignus sit, & absque eo, quantum quisque oraverit, perbene noverit?

R. Hoc in Rosario non fieri, quasi Deus pluribüs non esset dignus, aut notare sibi alias non posset, quantum quisque oraverit? sed fit ad juvandam memoriam nostram, ut, dum ad certum numerum orationum attendimus, minus in oratione confundamur. Item ad uniformitatem inter Sodales in orando, quæ nihil pulchrius est, & ob quam etiam hæretici determinatum numerum cantionum, & precum in suis Ecclesiis decantant, & de-
mussant. Observavit quoque sine superstitionis nota David Rex, & certum orationum numerum, & tempus, *Septies*, inquit, *in die laudem dixi tibi Psal. 118. Vespere, mane, & meridie narrabo, & annunciaro, & exaudiens vocem meam. Psal. 54. v. 18. Mediæ nocte surgebam ad confitendum tibi. Psal. 118.* Ipse quoque Deus ordine, & numerò delectatur, qui *omnia in mensura, & numero, & pondere dispositi. Sap. 11. v. 21.* In pluribus siquidem sit aliquis ordo oportet, & in omni ordine debet certus numerus reperiri, in iis maximè, quæ ad repræsentandum aliquod Mysterium sunt ordinata, quales erant 7. lampades ante Arcam fæderis, quæ aut 7. Eccl.

Ecclesiæ Sacraenta, aut 7. Spiritus stantes ante thronum Dei de-notabant, & 12. Panes propositionis, qui aut 12. menses anni, vel 12. Apostolorum, vel 12. tribus Israël figurabant: quemadmodū etiam quod Pontifex veteris Testamenti semel tantum in anno introiērit in Sancta Sanctorum, signabat Christum semel tantum moritum, séque in Sacrificium Æternō Patri oblaturum, ut exponit S. Paulus ad Heb. 9. Cum ergo etiam preces Rosarianæ tum ad signanda, tum ad recolenda Mysteria Redemptionis nostræ institutæ sint, eas ordinatas & certò numero definitas esse oportet.

Licet autem talia signa instituere sit Deo proprium, licitum 665 nihilominus est etiam nobis certum numerum precum ad recolenda quæque Mysteria, aut beneficia adinvenire, qua in reprævivit Daniel Propheta, qui Fenestræ opertæ in cœnaculo suo contra Jerusalēm tribus temporib[us] in die flectebat genua, & adorabat. Daniel 6. v. 10. quia, inquit Pintus apud Cornelium à Lapide hic, orabant Judæi in die ter, scilicet horâ tertiâ, sextâ, & nonâ: tertiâ, quia tunc data est lex in Sina, & eadem horâ orat nunc Ecclesia, quia tunc datus est Spiritus Sanctus in Pentecoste: sextâ, quia tunc erexitur fuit serpens æneus in deserto: eadem etiam orat Ecclesia, quia tunc crucifixus est Christus: nonâ, quia tunc petra dedit aquas in Cades, uti & Christi latus eodem tempore perforatum sanguinem dedit, & aquam.

9. Quare ergo non plura nec pauciora, sed solum 15. Pater 666 noster dicuntur?

R. Genuinè, quia Rosarium 15. principalia Mysteria vitæ Christi, & Virginis Beatae Continent, quæ Mysteria per ista 15. Pater noster partiuntur, & inchoantur. Moralem rationem assi-gnat B. Alanus de Rupe de Ortu & prop. Psal. c. 15. scilicet hoc fieri in honorem omnium vulnerum Christi Servatoris nostri, quæ tempore sua passionis in suo corpore suscepit, quod ex quadam revelatione S. Bernardi desumptum est. Sanctus quippe iste in extasi conspexit Salvatorem, Crucis pondere humeris suis im-positione, pene depresso, ac fatiscentem, taliterque sibi inclamat audivit: Bernarde mi, adjuva me tanta patientem pro te. Con-citus his Bernardus accurit, ac relevaturus Christum, humeros proprios Crucis submittit, quem autem dulcissimus Servator mox talibus affatur: Quisquis amat mecum portare crucem, is indies mibi passo recitet 15. Pater & Ave per annum solidum, & complebit numerum vulnerum meorum. Quare, ut per singulos annos singulis vulneribus suus exhibeatur honor, totidem Orationum Dominicarū numerus est Rosario immixtus.

324 Caput XVIII. Respondeatur ad convicia hæreticorum
 667 10. Quare dicuntur 150. Salutationes Angelicæ?

R. Cum Rosarium institutum sit ad formam Psalterii Davi-
 dici, ideo sicut in hoc numerantur 150. Psalmi, sic in illo 150. Sa-
 lutationes Angelicæ. Jam concludere licet cum B. Alano: *Non
 cujusquam id superstitionis est, sed imitationis Ecclesiæ, cuius Psal-
 terium totidem constat Psalmis. Quo sane plebs fidelis in numero hoc
 Biblico, minimèque vano, piæ conformatur Ecclesiæ.* p. 1. c. 4.

668 11. Quâ ratione integrum Psalterium dividitur in tres par-
 tes, & quævis in 5. decades?

R. I. Prudenter integrum Rosarium fuit in tres partes di-
 visum, ita ut quævis pars possit separatim recitari, quia aliâ oratio
 foret nimis prolixa, & pauci admodum essent, qui illices amore
 tenerentur. II. genuinè, quia vita Christi, ejusque SS. Matris
 dividitur in tres classes, primò in vitam gaudiosam à conceptione
 Christi usque ad ejus passionem, secundò in dolorosam seu vitam
 doloribùs plenam, & in gloriam post mortem utriusque. Quævis
 pars subdividitur in 5. decades ob tot Mysteria triplici vitæ condi-
 tioni respondentia; ad quodvis denique Mysterium recitantur 10.
Ave Maria, ut integer Salutationum Angelicarum numerus æ-
 qualiter in omnia Mysteria distribuatur. III. Ratio moralis pri-
 mi assignari solet, quod Rosarium institutum sit in honorem SS.
 Trinitatis; secundi, quod per 5. decades habeantur in honore 5.
 vulnera Christi: tertii, quod per decem *Ave Maria* moneamus
 decalogi, quod penes recitationem Rosarii observandum, cum sine
 ejus observatione Rosarium non multum proficit, conducat nihiloi-
 minus ad ejus observationem frequens & fervens ejusdem Rosarii
 recitatio. Horum omnium numerorum varia exempla è S. Pag-
 nis de prompta, atque variæ expositiones morales passim inveniu-
 669 in sermonibus de Rosario, quales videri possunt in Vieira,
 Rersilio & aliis.

669 12. Capere non possunt hæretici, ad quidnam deseriat in-
 scriptio Sodalium? sufficiret enim, si tales solùm oretenus ad So-
 cietatem reciperentur, Deus enim absque eo, quod scriberentur,
 adhuc omnium numerum scire posset.

R. Inscriptio hæc ad aliquam solemnitatem est instituta, &
 in signum, quod quis ad hanc Sodalitatem, & ad omnia beneficia,
 gratias, & privilegia, eidem annexa recipiatur. Neque hæc su-
 perstitionis videri debet: si enim in S. Scriptura Deus librum habe-
 re dicitur, in quo omnes electi scribuntur, prout inquit David:
Et in libro tuo omnes scribentur. Psal. 138. v. 16. non erit incon-
 gruum,

gruum, si etiam B. Virgini liber tribuatur, in quem ipsius clientes referantur.

Multiplex est autem hujus inscriptionis utilitas. Prima & præcipua est, quod per eam homo fiat membrum hujus Sodalitatis, & fiat particeps omnium Indulgentiarum & gratiarum Sodalitatis; quamvis enim Rosarii recitatio etiam sine hac inscriptione; & extra Sodalitatem facta Deo & B. Virgini sit acceptissima, & suô non careat fructu, attamen extracontroversiam est, quod post inscriptionem multas secum ferat Indulgentias, quæ sine inscriptione acquiri non possunt, ut ostendi n. 189. reddatque multorum aliorum bonorum homines participes, quæ per decursum hujus operis assatim descripsi. II. Ut faciliorem notitiam habeamus eorum præsertim defunctorum Confratrum, pro quibus in specie nos preces decet effundere. Ad hoc namque & Aaron scripta gerebat nomina filiorum Israël in pectore, Exodi 28. ut pro quibus sibi orandum esset, frequentius recordaretur. III. Hæc inscriptio ad exemplum, & ædificationem aliorum deservit, qui intuitu tantum inscriptorum numeri facilius se se Sodalium cœtui jungunt. IV. Multum per omnem modum ad securitatem, & animi quietem facit: etenim si modò, dum Sodales inscribuntur libris, adhuc nonnulli, num re verâ jam Sodalitati sint aggregati, dubitant, ac propterea sua nomina de novo in Albo scribi permittunt, aut minimopere in illo perquiri; quid fieret tum, si absque inscriptione per verba solum, in magno præsertim concursu reciperenetur? tum angerentur multi, num Præses eos inter alios stantes aut viserit, aut unâ suscepere? si contingeret Præsidem in aliud locum, aut planè ex hac vita migrare, quis alius illos omnes recipient sciret? Ex his plures ejusmodi confusiones & angustiæ sequentur.

Tria vero secundum B. Alanum moraliter hæc inscriptio repræsentat. I. Descriptionem filiorum Israël, postquam venerant in Ægyptum; inscribuntur ergo & Sodales in signum, quod tales per intercessionem Reginæ SS. Rosarii post hujus vitæ peregrinationem soleant inveniri descripti in libro viventium, & ad Cælestem Patriam assumi. II. Repræsentat illud *Tau*, quod signati plagas evaserunt Ezech. 1. 9. III. Signum illud, quod illa centum quadraginta quatuor millia erant signata, ac propterea à percutiente Angelo non erant attacta, de quibus Apoc. 7. ut eodem modò Sodales spem conciperent ratione hujus in Sodalitate descriptionis penas inferni evadendi. IV. Quod addo ex Fossæ

326. *Caput XVIII. Respondetur ad convicia hæreticorum.*
lib. I. disc. 5. c. 1. Inscriptio hæc est signum specialis benevolen-
tiæ, & amicitiæ, in quam Cœlorum Regina suos Sodales recipit,
sicut olim I. Machab. 10. Alexander Jónatham peculiaris amici-
tiæ ergo inter amicos scribi fecit.

§. II.

Objecta adversus Institutum Horæ perpetuæ dissolvuntur.

Obiecta quædam contra hanc Devotionem notat. Schatzkammer
p. I. c. 12. fol. 107; quæ omnia in id collimant, ut eam super-
stitione plenam evincant, & hæc in sequentem formam redegi.

670 1. In hoc Instituto notant, quod Sodales certis horis oreant.
Observare, inquit, tempora, & credere, quod unâ horâ melius
sit orare, quam alia, est superstitionis; quod planè ita sit inter il-
los Sodales:

Respondeo, quod sola vana, & futilebus rationibus innixa ob-
servatio solius temporis sit superstitionis, non vero observatio pru-
dens & religiosa circumstantiarum temporis: nam eadem est ratio
de tempore, ac de loco, & tamen longè melius est orationem fundi
in Ecclesia, vel loco à tumultu semoto, quam aliò. Sed & de ipso
tempore ipsis exemplum ante oculos ponamus: nunquid non Deo
acceptior est oratio profusa tempore, quod quis serenus est, quam
quod ebrius? Ita pariter licet bonum sit orare sive pro se, sive pro
aliis quocunque tempore, optimum tamen est instantius orare
tempore necessitatis, quemadmodum & ipsi hæretici in periculis
& necessitatibus magis clamant, ardentiùs orant, ac aliás: nescio
autem, quæ major necessitas, aut periculum sit, quam in ultimo
momento hominis, ex quo tota dependet æternitas. Accedit, quod
oratio mortificationi adjuncta longè majoris sit meriti, ac alia:
sæpè autem etiam noctu è lectulo se se proripiunt Sodales, ac pro
moribundis enixè deprecantur, quod, cum incommodum sit, non
potest non esse optimum, & non potest talis non professe magis
luctanti in agone, quam alia mollis oratio. Et ne diutiùs ipsos
morer; legant Evangelii Joannis caput quartum, & reperient Regu-
lum sine superstitionis nota observasse horā, Interrogabat ergo horā
ab eis, in qua melius babuerit, scilicet filius, & dixerunt ei, quia beri
horā septima reliquit eum febris. Cognovit ergo Pater, quia illa hora
erat, in qua dixit ei JESUS: filius tuus vivit. Ubi advertendum, quod
eadem horā, quam filius incipiebat mori, Pater pro illo oraverit, &
meruerit suo filio sanitatem impetrare; quare jam etiam carpi
debe-

quæ contra bucusque dicta moveri possunt.

327

deberent Sodales nostri, quod orent eadem horā, quā alii incipiunt mori, & quare etiam isti non possent exaudiri, & moribundis aut sanitatem, aut felicem mortem impetrare?

2. Adorūm c. I. v. 7. dixit Christus: *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ posuit Pater in sua potestate.* Item Marci 13. v. 32. & 33. *De die autem illo, vel hora nemo scit, neque Angeli in celo, nec Filius, nisi Pater. Videte, vigilate, & orate; nescitis enim, quando tempus sit.* Ergo gratis oratur pro moribundis, si nescitur, quando homines sunt morituri, & quomodo?

Item: quod est in potestate solius Dei, homo sibi eligere, & de illo ad libitum disponere non potest: ergo male optant Sodales decedere in tali hora, in qua multi sunt pro iis oraturi, malèque hoc Institutum amplectuntur fine, ut talī horā moriantur; idem enim hoc videtur, ac velle Deo leges præscribere, ut ipse hominem talī horā debeat ē vivis tallere.

R. Hæc loca magis favere nobis, quam Adversariis: si enim nemo scit diem, & horam ultimam vitæ suæ, vigilandum est, ne nos sicut & alios imparatos occupet illa dies & hora; quod laudabilis studiō præstant Sodales isti, ē quibus semper diu, noctūque quidam vigilant, & orant, ut Divinō adjutoriō se parent ad mortem, qui in illa sunt hora morituri. Quāvis enim nemo sciat, quā horā quisque in particuliari aliquando habeat decedere; scimus tamen non esse horam, in qua non multi moriantur per orbem; imò verò etiam in singulari tunc instare ultimam vitæ horam cognoscimus, cùm signa ejusdem manifesta, qualia sunt in jam jam morituris, advettimus. Ecce ergo quāvis horā pro luctantibus in agone in generali, aut pro persona determinata, appartenibūs jam mortis indiciis, non effet orandum?

Ad alterum dico, quod electio per modum desiderii, aut deprecationis, quā aliquis sibi optat, & postulat, ut aliis sibi potius hoc præ alio præstet, nullam importet potestatē vel autoritatem; sed solum electio per modum imperii, quā quis ita elit unum, ut alterum relinquere, aut impedire efficaciter possit. Qui autem huic Instituto aggregatur, desiderat solum, ac petit à Deo, ut talī horā possit obdormire, quod plures per orbem orationi vacant, ac ut possit simul eorum precum fieri particeps, seu ut intuitu devotorum felix sibi ē mundo transitus concedatur.

§. III.

Respondeatur ad quædam circa Indulgencias.

672 PRIMÒ dici posset, quod non sit credibile, quod protam exiguis operibus tantæ sint Indulgencies concessæ, v.g. pro unica Rosarii parte in die Communionis sexaginta millia annorum, de quo suprà n. 501. aut pro 5. Pater & Ave ad Altare Rosarianum certis festivitatibus dictis post S. Communionem Indulgence plenaria. Ipsum hoc nostro Patri Wigand mirabile videbatur, unde Tract. 14. ex-am 3. de Indulg. n. 84. ait, quosdam negare fuisse unquam tam magnas Indulgencias tot annorum millium à Sede Apostolica concessas, sed solum esse olim à quæstuaris confictas.

Respondeo. Tot & tantas Indulgencias etiam pro una Rosarii parte esse in veritate concessas, demonstrant tot authenticæ Summorum Pontificum Bullæ, unde videtur alias eruditissimus P. Wigand nullam similem legisse. Neque autumandum est tot eruditos, & pios Pontifices errasse: primò, prudenter etenim etiam pro levi opere, si illi adjungi debita Sacramentorum perceptio postulatur, magnæ possunt concedi Indulgencies, cùm non leve, sed maximum opus sit, verum de peccatis elicere dolorem, & debitò modò SS. Sacraenta percipere: II. Licet opus præscriptum v.g. recitatio tertiae partis Rosarii, aut 7. Pater & Ave videatur res levis, si quivis Sodalis, & quævis recitatio sumatur seorsim; tamen hoc leve opus magna bona, quæ per hanc Indulgenciarum concessionem intendunt Pontifices, consequuntur: primò per hoc alliciuntur magni peccatores ad penitentiam, qui alias timore magnæ pœnæ desperarent; 2. etiam boni frequentius recitant Rosarium, quod absque aliquâ Indulgence intermitterent; 3. orantibus tot per orbem devotissimis Sodalibus Deus facilitius inclinatur, & concedit Ecclesiæ pacem, & alia, pro quibus orationes institui Pontifices volebant. Und opera hæc sunt aliquò modò Indulgenciis commensurata.

673 2. Propter tantam tamen copiam Indulgencies venient in contemptum; quod enim aliquid rarius, èò est pretiosius.

R. Etsi propter ingentem copiam tempore Salomonis viluerit argentum; per hoc tamen non erat contemnendum. Multæ debebant esse Indulgencies, quia etiam multa committuntur criminæ, & multæ Animæ in Purgatorio detinentur.

674 3. Posset autem ex tanta Indulgenciarum copia oriri peccatum præsumptionis, possitque contingere, quod homines spem omnem in Indulgenciis reponerent.

R.

& alia quæ contra bucusque dicta moveri possunt.

329

R. Peccatum præsumptionis ex Indulgentiarum multitudine non sequi per se, sed solum per accidens, & ex malitia abutentium; per se vero potius sequitur, quod, qui student lucrari Indulgentias, spem suam collocent in meritis Christi. Quantum vero Domino placeat studium consequendi Indulgentias, ipse satis S. Mariæ Magdalena de Pazzis demonstravit. Intererat Sancta hæc funeri Sororis cujusdam: & ecce! defunctæ animam in cælum ascendentem conspicit, & tota extra se abrepta exclamat: O Felix Soror! corpusculum tuum nondum sepulturæ traditum est; & anima tua jam transit in paradisum: quod ergo modò istam gratiam merebaris? cui Christus vice illius Animæ respondit: Anima hæc solum 15. horis detenta erat in Purgatorio, quoniam Indulgentias, quæ mea sunt merita, multi fecit. Ita ferè P. Roth c. 5. n. 17.

4. Quomodo debent Indulgentiæ tot mille annorum intelligi, 675 cum homo tot annis vivere nequeat, neque Purgatorium tanto tempore sit permansurum?

R. Quia homo sæpe ob multitudinem enormium peccatorum secundum antiquos sacros canones tot annorum pœnitentiam mereretur; an vero jejunio, aut pœnitentiæ anni unius respondeat etiam Purgatorii ardor unius anni, ita ut qui pœniteret secundum canones unde anno, etiam ipsi de pœnis Purgatorii remitteretur tantum annus unus, vel plures; & si hoc, quantus annorum numerus? est incertum: si tamen ad finem mundi, quocum terminabitur & Purgatorii, restarent adhuc plures anni suæ pœnæ; tunc Deus prolixitatem pœnæ cum intensione commutabit.

5. Cum tot & tantas Indulgentias lucentur Sodales Maria 676 ni, quæ ergo fit, quod nihilominus tot sæpe obruantur calamitatibus? quare temporalibus pœnis non liberantur?

Respondet P. Roth in *Instruct. pro Indulg. obtinendis n. 11.* per Indulgentias non remitti pœnas temporales, quibus Deus in hoc mundo solet in medelam punire peccatores, pœnæ etenim medicinae sunt peccatorum; sed tantum illas pœnas, quas Confessarii olim secundum Canones solebant, & debebant, imponere pœnitentiibus; & pœnas in Purgatorio luendas. Ita ille. Hoc ipsis Christi Domini oraculo comprobatur lib. 6. Revel. S. Birgittæ c. 102. Invisebat, prout ibidem refertur, Birgitta Romæ devotissimam fæminam ægrotantem, ac cum illa dulcia verba miscebat, & ad patientiam animabat; sed infirma: dicuntur, inquit, Romæ tantæ esse Indulgentiæ, quibus pœna omnis remittitur; ego vero Romæ multa perpetior. Horum verborum causâ dat se Birgitta orationi,

sub

sub qua apparens Christus eam talibus verbis affatur: Mulier hæc ægra in gratia Dei est, & mihi valde accepta, quod per puram Confessionem teneram conservet conscientiam, suamque filiam in timore Dei ad statum educat religiosum. Quamvis autem venialia sua peccata diligenter Sacerdotibus enarret; minorem tamen dolorem de ipsis concipit, ac fuerit delectatio, quam sensit in peccando. Ad hæc nemo me vel minimus judicet cogitatū, quam acrēs ego & diuturnos alicui morbos infligam: tantum enim doloris unicuique immitto, quantum animæ ipsius expedire cognosco. Dic quoque ipso, plus Indulgentiam apud Deum valere, quam sonet, & sibi homines imaginentur. Siquidem qui pura Confessione, ferventi Communione, ardenterib[us] precibus, optimaque intentione se ad illam paraverit, non tantum poenæ remissionem, sed augustinorem in cœlis coronam consequetur. Si Indulgentia est plenaria, tunc per eam vel tota poena, quæ quandoque valde acerba est, & in multis annos durat, remittitur, vel ad minus acerbitas illius minuitur, & diuturnitas abbreviatur.

677 Quod autem per Indulgentias non tantum remittantur poenitentiæ statuta ab Ecclesia, sed etiam poenæ luendæ in Purgatorio, egregie ostendit S. Thomas in Suppl. q. 25. art. 1.c. si enim hoc non esset, tunc Ecclesia hujusmodi Indulgentias faciens magis damnificaret, quam adjuvaret: quia remitteret ad graviores penas, scilicet Purgatorii, absolvendo à poenitentiis iunctis.

CAPUT XIX.

De Sodalitate SS. Nominis JESU.

Absolutâ materiâ de SS. Rosario, etiam, secundum quod promisi, de aliis principalioribus Ordinis nostri Sodalitatibus tractare aggredior, initium de Sodalitate SS. Nominis Dei sumendo.

§. I.

De origine & fine hujus Sodalitatis.

678 **M**ulti Authorum scripserunt Sodalitatem hanc primùm invenisse P. Didacum de Victoria Ordinis Prædicatorum circa annum 1553. P. M. Bremond tamen tom. 8. Bullarii Ordinis nostri

nostri tract. *De consensu Bullarum tit. 15. q. 6. §. 1.* negat Patrem Didacum posse simpliciter primum ejus Authorem dici, cùm ea jam ante eum fuerit in diversis locis fundata; in diversa quāvis Hispaniarum loca ipse eam primus invexerit. Ab Ordine nihilominus Prædicatorum hæc Sodalitas processit sæculō XIII. jam adultō occasione Litterarum Gregorii X. quas ad Magistrum Generalem Ordinis dedit 20. Sept. 1274. ut de reverentia speciali, ac veneratione SS. Nominis JESU debita Fratres nostri Concione sacras haberent, & ad id efficacibūs rationibūs Catholicos omnes inducerent. Finis ergo hujus Almæ Sodalitatis est extirpatio vitiorum, quæ huic SS. Nomi nini sunt inimica, ut sunt blasphemiae, perjuria, ejusdem in vanum assumptio &c: & reverentiæ erga idem SS. Nomen promotio.

Sodalitas hæc à variis Pòtificibus fuit confirmata, magnisque gratiis insignita, quæ omnia Benedictus XIII. in Bulla: *Pretiosus* §. 2. confirmat verbis sequentibūs.

Et primò quidem (subaudi confirmamus) omnes, & singulas Indulgentias Confraternitati SS. Nominis JESU, sive alias Nominis Dei, & Juramentorum (quam ab ipso Ordine Prædicatorum originem duxisse. Prædecessor noster S. Pius V. in Litteris — Decet Romanum Pontificem — 21. Junii 1571. animadverxit, ejusque Autorem antea Fratrem Didacum de Victoria Conventus Sancti Pauli Burgensis prædicti Ordinis, eundemque egregium Verbi Dei Prædicatorem dixerat Pius PP. IV. in Constitutione — Salvatoris — Idibus Aprilis 1564.) à prædicto Pio IV. in alia Constitutione incipien. — Injunctum nobis — eisdem die, & an. Gregorio XIII. in Litteris suis — Alias per fel. rec. Pium PP. IV. 9. Julii & 5. Septemb. 1580. & 22. Septemb. 1583. ceterisque aliis Romanis Pontificibūs deinde concessas; declarantes, eas omnes Indulgentias accipiendas esse ad normam Litterarum Pauli V. — Quum certas unicuique Confraternitati — 31. Decemb. 1606. — Pias Christi fidelium — 28. Septemb. 1612. — Quum sicut nuper accepimus — 1. April. 1613. atque Venerabilis record. Innocentii XI. — Quum dudum — 18. April. an. 1678. declarantes insuper, ac mandantes juxta prælibatas Litteras S. Pii V. Confraternitatem eandem in locis, in quibus Conventus Ordinis præfati existunt, aut quandocumque sunt exituri, in solis eiusdem Ordinis Ecclesiis existere posse, ac in eisdem duntaxat per Fratres prædictos functiones quaslibet, ad dictam Confraternitatem spectantes, esse peragendas, nisi alias speciali indulto aliud ab Apostolica Sede forte concessum reperiatur; ne non ad normam prædictarum Pauli V. Lite-

varum — Quām certas — potestatem tales Confraternitatis erigendi, & fundandi, ac Indulgentias communicandi, alias à S. Pio V. in memoratis Literis Provincialibūs, ac etiam Conventuum Prioribus permīssam, soli Ordinis Generali Magistro, vel Vicario Generali esse privative adjudicandam.

§. II.

De statutis Præsidum.

680¹. **L**Oquendō de statutis in genere, S. Pius V. anno 1569. **20.** Septemb. declaravit, quod hæc Sodalitas in nostris Ecclesiis haberi, & ab extraneis participari debeat ad instar Fraternitatis SS. Rosarii: unde utriusque sunt proportionabiliter eadem statuta, ubi manifesta non intercedit differentia; & ideo Capitula nostra Generalia plerumque ambas Fraternitates conjungunt, & æqualiter de utraque loquuntur, quod in toto hoc opere poterit observari.

681. **2.** Hinc sicut in Sodalitate Rosariana, ita & in hac facultatem inscribendi nemo habet in Ordine nostro, nisi Provinciales, Priors, Subpriors, locorum Præsidentes, & Vicarii, actuales Prædicatores etiam quadragesimales, hujus Confraternitatis Promotores, ac Directores, & Sacræ Majores Confessarii. Idem de officiis (revideantur n. 58. & sequentes) ac de aliis statutis judicium esto.

682. **3.** In specie: In Ecclesiis, ubi hæc Sodalitas erigitur, Altare SS. Nominis JESU erigatur, vel dedicetur; ita Capitulum Generale celebratum Venetiis 1592. Revideatur n. 577. In hoc Altari imago Jesuli debet venerationi proponi, aut Mysterium Circumcisionis depingi, aut Nativitatis.

683. **4.** Festum Principale hujus Sodalitatis est Festum Circumcisionis Domini, quod possibili devotione celebretur: in eo laudes, & Mysteria hujus Nominis populo exponantur, & instituantur solemnis processio, quod præcepit Benedictus XIII. in Bulla: *Prestiosus s. 19. his verbis: Par ratione concedimus, ac volumus, in quolibet primo anni die eosdem Fratres solemnem Sanctissimi Nominis JESU Processionem liberè, & licet ubique locorum peragere posse, ac debere. Missa tamen Confraternitatis, de qua paulò pds n. 686. et si non sit pro hoc die præcepta, dici tamen posset ex devotione, & liberâ sponte. Hæc omnia possent etiam ad populi ædificationem haberi Dominicâ secundâ Januarii in locis, ubi festum SS. Nominis JESU solemniter celebratur, licet de hoc nullum adhuc præceptum*

ceptum extet. In partibus hæreditariis Domus Austriacæ est hæc Dominica Indulgentia plenaria pro omni fideli, qui confessus, & communicatus majori sacro, orans de more pro Ecclesia, interfuerit.

5. Omnis Dominica secunda mensis est devotioni hujus 684 Confraternitatis dicata, & ideo in concione posset aliquid de præstantia, & virtute hujus SS. Nominis proferri; deinde debet Missa Confraternitatis in Altari ejusdem haberi ex mandato Gregorii XIII. in Brevi: Alias fel. rec. anno 1580. &, qui huic Missæ interfuerint, Sodalibus Indulgentiam 200. dierum concessit Paulus V. ut post dicetur n. 707. Tandem debet ordinari processio.

Circa concessionem dixi, ut in ea fiat de SS. Nomine mentio, 685 cum integra concio nullibi præcipiatur. De Concionatoribus tamen nostris sic fuit in Capitulo Generali Romæ 1571. decretum: *Concionatores nostri inter cetera devotioneis exercitia devotionem SS. Rosariorum B. V. auribus fidelium sæpissimè ingerant; & idem faciant de Societate SS. Nominis Dei Item Barcinonæ 1574. Prædicatores in concionibus, Provinciales in suis Provinciis, ac Priors Conventuales in suis conventibus devotionem Confraternitatis SS. Rosariorum, & Nominis JEsu promoteant: ut sic Dei, & Genitricis cultus, & reverentia nostrò ministeriò adaugeatur, & bæreditas nostra non vertatur ad alienos.*

Per Missam Confraternitatis non debet in Ordine nostro intel 686 ligi Missa Votiva de SS. Nomine JEsu! hæc enim non habet majora privilegia, quam Missa SS. Rosariorum; unde sicut ista, prout dictum est n. 530. dici non potest diebus Dominicis, & festis Duplicibus, ita nec illa. Missa ergo Confraternitatis est Missa quæcumque de festo currente; oblata tamen in honorem SS. Nominis, ut ejus cultus majus, & majus sumat incrementum, & vitia illi injuria extirpentur: quem in finem convenerient adderetur in ea de hoc SS. Nomine collecta: hæc Missa etiam debet pro tota Confraternitate, seu pro omnibus vivis, atque defunctis Sodalibus offerri.

His Dominicis processiones fieri præcepit Gregorius XIII. 687 ibidem, quibus etiam adjunxit plenariam Indulgentiam Paulus V. ut dicetur n. 708. tandem etiam ordinatum fuit in Capitulo Generali nostro Romæ 1589. *Habent Processionem Rosariorum Dominicæ primæ, & similiter Processionem Confraternitatis Nominis Dei Dominicæ secundæ cujuslibet mensis, ne populus privetur debitæ Indulgentiis barum Processionum. In his autem circumfertur Divini statua Pusionis, & Litanie de ejus SS. Nomine cantantur.*

*Caput XIX. De Sodalitate
L I T A N I A.
De SS. Nomine JESU.*

K Yrie eleison.	J Esu Deus noster.
C hriste eleison.	J Esu refugium nostrum.
K yrie eleison.	J Esu Pater pauperum.
J Esu audi nos.	J Esu thesaurus fidelium.
J Esu exaudi nos.	J Esu bone pastor.
P ater de cœlis Deus.	J Esu lux vera.
F ili Redemptor mundi Deus.	J Esu sapientia eterna.
S piritus Sancte Deus.	J Esu bonitas infinita.
S ancta Trinitas unus Deus.	J Esu via, & vita nostra.
J Esu Fili Dei vivi.	J Esu gaudium Angelorum.
J Esu splendor Patris.	J Esu magister Apostolorum.
J Esu candor lucis aeternæ.	J Esu doctor Evangelistarum.
J Esu Rex gloriae.	J Esu fortitudo Martyrum.
J Esu sol Justitiae.	M iserere nobis J Esu lumen Confessorum.
J Esu Fili Mariae Virginis.	J Esu puritas Virginum.
J Esu admirabilis.	J Esu corona Sanctorum omnium.
J Esu Deus fortis.	A gnus Dei, qui tollis peccata mundi,
J Esu Pater futuri sæculi.	Parce nobis J Esu.
J Esu magni consilii Angele.	A gnus Dei, qui tollis peccata mundi.
J Esu potentissime.	Exaudi nos J Esu.
J Esu patientissime.	A gnus Dei, qui tollis peccata mundi,
J Esu obedientissime.	Miserere nobis J Esu.
J Esu mitis, & humilis corde.	N. Sit Nomen Domini benedictum.
J Esu amator castitatis.	R. Ex hoc nunc & usque in sæculum.
J Esu amator noster.	D ominus vobiscum. E t cum. &c.
J Esu Deus pacis.	O remus.
J Esu auctor vitae.	
J Esu exemplar virtutum.	
J Esu zelator animarum.	

Deus, qui gloriosissimum Nomen JESU Christi Filii tui Domini nostri fecisti fidibus tuis summae suavitatis affectu amabile, & malignis spiritibus tremendum: concede propitiatus, ut omnes, qui hoc Nomen JESU devote venerantur in terris, Sanctæ consolationis dulcedinem in præsenti percipiant, & in futuro gaudium interminabilis beatitudinis obtineant in cœlis. Per eundem.

Processio potest ex rationabili causa etiam cum Indulgentiis 688
 transferri ex Dominica secunda in aliam: Paulus V. etenim in
Brevi: Quum sicut accepimus i. April. an. 1613. concedit, ut; ubi
 Processio SS. Nominis JESU aliâ Dominicâ, quâm secundâ fieri
 consuevit, interessentes (sic jam Bullæ loquuntur) eandem In-
 indulgentiam consequantur, ac illi, qui eidem Dominicâ secundâ
 intersunt, ut dicerur n. 709. Cùm igitur devotione hujus Confra-
 ternitatis transferri possit in aliam Dominicam, non malè intule-
 ro, etiam Missam Confraternitatis, cùm illius devotionis sit pars,
 cum Indulgentiis transferri: & ita de Missa etiam censuit P. Joan.
 Studer 4. partis parte 2. r. 10. fol. mibi 250. in qua parte plures
 eruditas de hoc SS. Nomine conciones format.

Idem P. Studer *ibidem* c. 3. prope finem ait, in libello hujus 689
 Confraternitatis, edito idiomate latinô Coloniæ anno 1642. præ-
 scribi etiam anniversarium pro defunctis Sodalibus proximô die
 non impeditô post Festum Circumcisionis habendum.

§. III.

De statutis Sodalium.

R Egula Societatis Nominis Dei, seu juramentorum (sic quo- 690
 que illa appellatur) typis prodit Auctoritate Illustrissimi, ac
 Reverendissimi DD. Petri Gonzalez de Mendoza Episcopi Sal-
 manticensis, quam exhibet P. Bremond in Bullario Ordinis tom.
 7. fol. 443. & in substantia coincidit cum regula, quæ in libellis
 hujus Confraternitatis modernô tempore præscribitur. Hujus
 autem illa tenoris est:

Regula Societatis Nominis Dei, seu juramentorum,
& Bulla S. D. N. Pii IV. dictæ Societati concessæ.

Adverte, quod illò tempore hæc Bulla nondum fuerit revocata.

Hæc sunt præcipua capita Confraternitatis Nominis Dei, seu ju-
 ramentorum, quæ ad cavendam blasphemiarum, & perjuriorum pra-
 vitatem, aliósque temere jurantium abusus, à quibusdam Religiosis
 Ordinis Prædicatorum nuper instituta est, cui Sanctissimus D.N. Pius
 Divinâ providentia Pap. IV. multas Indulgencias, aliisque privile-
 gia nunc recens concessit, quorum exemplaria ad veritatem excussa cum
 his traduntur:

Primo, unusquisque eorum, qui huic Confraternitati adscribun- 691
 tur, summò studiò, omni que circumspectione cavere debet, ne gloriosum
 Dei nomen, aut Sanctorum in vanum assumat, & ut id securius asse-
 quatur.

quatur, attendere, ne unquam juret omnino, nisi aut justa necessitas, aut fraterna caritas, aut Superioris auctoritas exigat, juxta illud: Nolite jurare omnino, & si sermo vester: est, est, non, non. Quod si aliquando absque hujusmodi causa jurare contingat, à se ipso pœnas exigat, vel elargiendò eleemosynam, vel dicendò Orationem Dominicam aut Salutationem Angelicam, ut hoc veluti frœnō in posterum cōbīeat. Si quis verò eorum Sanctum Dei Nomen blasphemaverit, aut Beatissimæ Virginis, aliorūque Sanctorum, solent hujus Regulae Confrates Ecclesiam eō die, si commodè possint, adire, & flexis genibūs, & procumbentes veniam petere, dicentes ter Dominicam Orationem cum Salutatione Angelica, & inferentes aliquam eleemosynam in locum ad hoc deputatum.

In regulis hujus temporis etiam Sodales jubentur abstinere, non tantùm à blasphemis, juramentis peccaminosis, sed etiam à vano SS. Nominis usu, omnibūsque vitiis quoquā modō huic SS. Nomi ni injuriis: si quis verò per incautæ linguae lapsum talium criminum quid commisisset, jubetur quoque pœnā aliquā, sed arbitriā, non taxatā, se castigare.

692 Secundò, si aliqui horum Confratrum sunt Patres familias, filii, atque domesticis, quam seriò præcipiant, ne Nomen Domini indignè ab eis assumatur; & quos intellexerint in hoc deficere, paternè admonent, & corrigant, ut tandem à propriis ædibus detestabile hoc vitium eliminetur.

693 Tertiò, si quando extrancos, aut blasphemantes, aut temerè jūrantes audiērint, quando secundum prudentiam uile futurum existimabunt, debent modestè, ac benignè eos admonere, quoties ejus rei necessitas fuerit, ut semper inter eos sit, qui pro Dei nomine æmulari videatur.

694 Quartò, hujus Societatis Confratres in die Circumcisionis Domini solent & sua peccata confiteri, & Sacram Eucharistiam percipere, & festum gloriösi Nominis IESU, quantum possunt solemnitate, celebrare; in qualibet autem prima Dominicæ cujuslibet mensis solent etiam ad Ecclesiam ab eis electanz accedere, & ante Missarum majorum solemnia privatam Missam in comuni audire, & privatas eleemosynas in unum conferre, prout cuique placuerit. Ast non tantùm Festo Circumcisionis Domini, sed & sæpius per annum Dominicis secundis mensium oportet Sodales ad consequendas Indulgentias plenarias confiteri, & Sacra refici Communione. Laudabilis autem mos Dominicis primis mensium simul audiendi Missam jam exolevit, nec istò tempore, quod Sodalitati huic Dominicæ secunda mensis

mensis est consecrata, amplius Sodalibus præscribitur: eleemosynas tamen pro decore Capellæ non gravabuntur etiamnum contribuere.

1. *Quintidem, communib[us] horum Confratrum, qui in aliqua Civitate conscripti sunt, assensu diliguntur duo Viri probati, qui huic Societati præsint, & assignantur eis alii tres, aut quatuor Consiliarii, ut ea, quæ pertinent ad conservationem, & promotionem hujus Societatis in communione, decernant: 2. Et singulis annis, ab istis, qui præcesserunt, designantur, quorum est officium curare, 3. ut hæc Missæ privatæ singulis mensibus non omittantur, & festum Dominici Nominis solemnius peragatur: alter etiam præpositus clavem unam, & unus Consiliariorum, clavem alteram gerit illius capsulae, in quam ejusmodi eleemosynæ, 4. & jurantium pœnae inferuntur. 5. Ut tertio quoque mense in communi oblatam pecuniam effundant, & acceptam scripto referant, & eorum arbitrii expensatur, & pro stipendiis Sacerdotum celebrantium, & pro aliis necessitatibus sublevandis, maximè eorum, qui huic Regule sunt adscripti.*

1. *Ordo noster non obligatur ad habendos Officiales, bene tamen Præsides extranei secundum dicta n. 59. 2. Officiales non debere eligere Successores fuit postea declaratum, ut dictum fuit n. 63. 3. Si Missa Confraternitatis Dominicæ secundâ mensis applicatur directè, primarij, & principaliter pro Sodalibus, debet Sacerdoti ex ærario Confraternitatis, vel aliunde justum stipendum dari. 4. Jurantium pœnae jam non sunt in usu, ut dictum est n. 691. 5. In Ordine nostro sufficit rationem reddere semel in anno, ut dictum est n. 59.*

Præter hæc autem capita, quæ præcipua sunt, & omnibus videntur posse convenire, pro Regionum diversitate poterunt alia superaddi maximè accedente Reverendissimorum Episcoporum autoritate, quos hujus Regule Socii, ut singulares Patronos, ac Protectores habere desiderant.

Sequuntur postea Constitutiones duæ Pii Papæ IV. quæ jam sunt revocate, deinde sic legitur: Impressa hæc sunt, habita prius facultate, & auctoritate Illustrissimi, ac Reverendissimi DD. Petri Gonzalez de Mendoza Episcopi Salmanticensis, qui litteras Apostolicas originales, & vidit & illæsas probavit.

Dictis regulis successu temporis adiectæ sunt adhuc sequentes: Candidati hujus Societatis debent à Sacerdote, habente ad hoc auctoritatem, ad eam recipi, & secundum nomen, & cognomen in Albo describi, alias non gaudent hujus Sodalitatis Indulgenti-

gentiis, ut dictum fuit n. 189. qui verò dictam authoritatem habent in Ordine nostro, fuit mox n. 681. dictum, de extraneis verò dicetur n. 705.

698 Publicis, & communibus Confraternitatis devotionibus, ut Procescionibus, Missis Confraternitatis, & anniversariis, ubi illa habentur, intererunt, Deoque preces adhibebunt, ut ipse gratia suam, benedictionemque impetriri dignetur, ut præfata vitia cefsent, Noménque Dei ubique glorificetur. Nec intermittent pro consequendis Indulgentiis ad intentionem S. Matris Ecclesiæ, & suis temporib[us] pro vivis, & defunctis Sodalibus orare.

699 Quotidie literati litanias de SS. Nominis JESU recitabunt, addit P. Studer parte 2. quartæ partis cap. 3. etiam illum devotum Hymnum: *JESU nostra redemptio*; ab aliis tamen Authoribus iste Hymnus non præscribitur: illiterati verò secundum eundem P. Studer ad honorem quinque Christi vulnerum 5. Pater, & Ave cum Symbolo Apostolico recitabunt, quāvis, inquit idem, non improbem introductam in aliquibus locis 7. Pater, & Ave dicendi consuetudinem; quæ meo videri deberent ad honorem SS. Nominis JESU offerri secundum n. 698.

700 Si quem prædictus Hymnus delestant, ipsum subjicio:

JESU nostra redemptio,

Amor, & desiderium:

Dens Creator omnium,

Homo in fine temporum.

Quæ te vicit clementia,

Ut ferres nostra crimina,

Crudelem mortem patiens,

Ut nos à morte tolleres?

Inferni claustra penetrans,

Tuos captivos redimens,

701 Statuta hæc non obligant in conscientia, sed sub Indulgentiarum privatione.

Victor Thbriumpb[us] nobilis,

Ad dextram Patris residens.

Ipsa te cogat pietas,

Ut mala nostra superes

Parcendo, & voti compotes,

Nos tuō vultu saties.

Gloria tibi Domine,

Qui natus es de Virgine,

Cum Patre & S. Spiritu,

In sempiterna saecula, Amen.

§. IV.

De Confraternitatis erectione.

702 In primis secundum Bullam Benedicti XIII. positam n. 679. & declarationes Capitulorum Generalium suprà n. 577. relatas, Sodalitas hæc intelligitur erecta in omnibus Ecclesiis Fratrum Ordinis nostri, etiam ubi est solum Residentia, vel Vicariatus; non tamen in Ecclesiis Sororum, seu Monialium, sed in iis debet erigi

erigi à Magistro Generali Ordinis nostri, & illo absente ab ejus Vicario, sicut in aliis Ecclesiis extraneis, & quidem intra eārum Claustra tantum ad modum suprà n. 578. explicatum.

Potest etiam in aliis Ecclesiis erigi, sed non nisi à Magistro 703
Ordinis, vel ejus Vicario, & à nullo Priore, vel Provinciali extra
Indias secundum declarationem Benedicti XIII. n. 679. positam;
benè tamen in Indiis, pro quibus longè remotis partibus conce-
dit idem Pontifex in eadem Bulla: *Pretiosus* §. 8. (ut videre est
n. 418.) Provincialibus hanc Sodalitatem erigendi facultatem.

Si qui tamen essentiales defectus in erectionibus irrepsissent, 704
eos omnes supplevit Innocentius XI. in Brevi: *Exponi nobis* 1679.
15. Junii, & quatenus opus esset, in iis locis de novo instituit Con-
fraternitatem.

Petitur autem hæc Confraternitas ab extraneis, & erigitur 705
à nostris eō modō, quā Rosariana, pro quo videantur Litteræ Re-
verendissimi Generalis mox ponendæ: similiter potestas inscri-
bendi conceditur soli Præsidi, quam tamen in casu impedimenti
de licentia Reverendissimi Generalis nostri, litteris obtentâ, po-
test communicare alteri Sacerdoti.

§ V. De Indulgentiis.

Litteras unā cum Indulgentiis mittit Reverendissimus no- 706
ster ad locum erectionis sequentes:

In Dei Nominē, Amen.

„ Frater Thomas Ripoll Sacrae Theologie Professor Ordinis Prædi-
„ catorum bimilis Magister Generalis, & Servus. Omnibus
„ præsentes litteras inspecturis salutem.

„ Religio nostra, cùm inter alia Privilegia, quibus à Sede Apo-
„ stolica decorata est, facultatem habeat secularium Confraternitati-
„ tes sub invocatione SS. Nominis Dei erigendi, ejusque spirituales
„ gratias, Privilegia, & Indulgentias communicandi in hujusmodi
„ Confraternitatibus instituendis, si ad Christifidelium salutem pro-
„ movendam expedire animadverit, liberalē se præbere consuevit.
„ Nos igitur, qui Magistri Generalis dicti Ordinis Officio fungimur,
„ sperantes fore, ut ex hac Spiritualium gratiarum participatione
„ Christi fideles ad devotionem, & pietatem magis accendantur.

„ Apostolicā authoritate Nobis in hac parte concessa tenore præsentium,
 „ Nostrique authoritate Officii Confraternitatem SS. Nominis
 „ Dei in Ecclesia — instituimus, & ordinamus, cùm hoc enīxē per
 „ interpositam personam — à Nobis petitum fuerit ; accedente
 „ tamen assensu Ordinarii loci, ac Priore vicinioris Conventūs,
 „ seu Loci Ordinis nostri, ac mediā prædicatione alicujus Patris
 „ ejusdem Ordinis nostri, per suum Superiorē destinandī, dictæ
 „ que Confraternitati, ac illius pro tempore existentibus utrius-
 „ que sexūs Confratribus Indulgentias, ac spirituales gratias sin-
 „ gillatim inferiūs descriptas, nostraeque Primariæ Confrater-
 „ tati nominatim expreſſe, ac præcisè per Breve felic. rec. Pauli
 „ PP. V. concessas elargimur, & communicamus, cuius Brevis
 „ tenor de verbo ad verbum sequitur, & talis est :

707 „ Paulus Papa V. ad perpetuam rei memoriam. Cùm certas
 „ unicuique Confraternitati Indulgentias, & gratias spirituales,
 „ quibūs de cætero fruantur, duxerimus præscribendas. Idcirco
 „ Nos omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissio-
 „ nes, ac pœnitentiarum relaxations. Confraternitati SS. No-
 „ minis Dei in Ecclesia S. Mariæ super Minervam de Urbe Ordini-
 „ sis Fratr. Ordinis Prædicatorum canonice institutæ, & illius
 „ Confratribus, & Consororibus, hæc tenus per quoscumque Ro-
 „ manos Pontifices Prædecessores nostros concessas, revocantes,
 „ & annullantes, ac nullius roboris, & momenti imposterum
 „ fore declaramus, eandēmque specialibūs favoribūs, & gratiis
 „ prosequi volentes. De Omnipotentis Dei misericordia, ac Bea-
 „ torum Petri, & Pauli Apostolorum ejus authoritate confisi.
 „ Omnibus utriusque sexūs Christi fidelibus, qui dictam Confra-
 „ ternitatē de cætero ingredientur, de primo eorum ingressu,
 „ si verè pœnitentes, & confessi SS. Eucharistie Sacramentum
 „ sumpserint, plenariam, ac tam ipsis pro tempore describendis,
 „ quām jam descriptis in dicta Confraternitate Confratribus, &
 „ Consororibus, etiam verè pœnitentibus, & confessis, & S. Com-
 „ munione refedis, qui in die festo Circumcisionis Domini, Di-
 „ vinis Officiis in Ecclesia, seu Capella, vel Oratorio dictæ Con-
 „ fraternitatis singulis annis celebrandis in toto, vel in parte de-
 „ votē interfuerint, & ibi pro Christianorum Principum concor-
 „ dia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pi-
 „ as ad Deum preces effuderint, etiam plenariam. In mortis
 „ quoque articulo omnibus utriusque sexūs Christi fidelibus dictæ
 „ Confraternitati adscriptis, qui pœnitentes, & confessi, ac S. Com-

„ Communione refecti; & si id facere nequierint, Nomen JE.
 „ su ore, si potuerint, fin autem, corde devotè invocaverint, & a-
 „ nimam suam Deo commendaverint, plenariam similiter omni-
 „ um peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem miseri-
 „ corditer in Domino concedimus: Qui verè pénitentes, &
 „ confessi, ac S. Coñunione refecti Altare Nominis Dei, in præ-
 „ dicta Ecclesia situm, secundâ Dominicâ cujuslibet mensis visi-
 „ taverint, & oraverint, ut præfertur, septem annos, & totidem
 „ quadragesas. Ac iisdem Confratribus, & Consororibus ejus-
 „ dem Confraternitatis SS. Nominis Dei, qui Missæ in dictâ se-
 „ cunda Dominica mensis, in prædicto Altari celebrari solitæ,
 „ quive Processionibus, per dictam Confraternitatem pro tem-
 „ pore faciendis, interfuerint, & oraverint, 200. dies; qui verò
 „ aliquos blasphemantes, aut inconsideratè, & temerè objuran-
 „ tes cum charitate monuerint, 100. dies. Quoties verò Missis,
 „ & aliis Divinis Officiis in Ecclesia, vel Altari, seu Oratorio dic-
 „ tæ Confraternitatis pro tempore celebrandis, & recitandis,
 „ seu congregationibus publicis, vel privatis ejusdem Confrater-
 „ nitatis ubivis faciendis interfuerint, dictumque SS. Eucharistia
 „ Sacramentum, tam Processionibus, quam ad Infirmos, aut ali-
 „ ter quomodocunque pro tempore defertur, comitati fuerint, aut
 „ impediti, campanæ ad id signo datâ, semel Orationem Domi-
 „ nicam, & toties Salutationem Angelicam pro Infirmo dixerint
 „ aut Processionibus extraordinariis dictæ Confraternitatis, aut
 „ quarumvis aliarum de licentia Vicarii nostri, seu Loci Ordina-
 „ rii faciendis, vel Defunctorum exequiis interfuerint, aut In-
 „ firmos visitaverint, eisque in eorum necessitatibus auxiliati
 „ fuerint, vel Pauperes hospitiô suscepserint, aut eleemosynas
 „ illis dederint, & opem tulerint, vel pacem cum inimicis pro-
 „ priis, vel alterius composuerint, vel componi fecerint, seu
 „ procuraverint, aut quinques Orationem Dominicam, actoti-
 „ es Salutationem Angelicam pro animabus Confratrum, & Con-
 „ sororum dictæ Confraternitatis recitaverint, aut impénitentes
 „ ad viam salutis reduxerint, & ignorantes præcepta Dei, & ea,
 „ quæ ad salutem sunt, docuerint, aut quodcunque aliud pietä-
 „ tis, & charitatis opus exercuerint, quoties pro quolibet prædic-
 „ torum operum id egerint, centum dies de injunctis eis, seu a-
 „ liter quomodolibet debitibus pénitentis in forma Ecclesiæ con-
 „ sueta relaxamus. Nec non dilecto filio Magistro Generali
 „ Ordinis Prædicatorum, & illô absente, ejus Vicario in Urbe

„ commoranti, ut Confraternitates extra Urbem prædictam ubi-
 „ que locorum erigere, & instituere, illisque omnes supradictas
 „ Indulgentias, & gratias spirituales, servatâ formâ traditâ in
 „ Constitutione fel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris
 „ Nostri super dictarum Confraternitatum, Aggregationibus, &
 „ Institutionibus communicare similiter liberè, & licite possit,
 „ & valeat, authoritate Apostolicâ tenore præsentium faculta-
 „ tem concedimus, & impartimur. Non obstantib[us] Constitu-
 „ tionib[us], & Ordinationib[us] Apostolicis, ceterisque contrariis
 „ quibuscumque, præsentibus perpetuis futuris temporib[us] va-
 „ lituris. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris
 „ die 31. Octob. 1606. Pontificatus nostri anno 2. Insuper idem
 „ Paulus Papa V. concessit plenariam Indulgentiam Confratribus,
 „ & Confororibus ejusdem Confraternitatis, interessentibus Proces-
 „ sionibus fieri solitis secundâ Dominicâ cujuslibet mensis, prout in e-

708 „ *jus Brevi tenoris sequentis videlicet* : Paulus Papa V. ad perpe-
 „ tuam rei memoriam. Pias Christi fidelium Confraternitates
 „ ad pietatis, & Christianæ charitatis opera exercenda canonice
 „ institutas, ut in eorundem operum exercitio quotidie magis
 „ cōfoveantur, spiritualib[us] munerib[us], Indulgentiis videlicet,
 „ & peccatorum remissionib[us] non prætermittimus invitare, pro-
 „ ut in Domino conspicimus salubriter expedire. Cum itaque
 „ sicut accepimus, dilecti filii, Confratres Confraternitatum in
 „ Ecclesiis Fratrum Prædicatorum ubique canonice sub invoca-
 „ tione Nominis Iesu institutarum ex antiquo ipsarum Confra-
 „ ternitatum i[n]stituto, secundâ Dominicâ cujuslibet mensis so-
 „ lemnem Processionem peragere soleant. Nos ipsas Confra-
 „ ternitates, quibus certas Indulgentias, & peccatorum remis-
 „ siones per alias nostras literas in hujusmodi forma Brevis expe-
 „ ditas olim concessimus, ampliori dono decorare volentes, ac
 „ prædictarum literarū tenores præsentib[us] pro expressis haben-
 „ tes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri,
 „ & Pauli Apostolorum ejus authoritate confisi omnibus, & sin-
 „ gulis utriusque sexus Christi fidelibus in aliqua ex dictis Con-
 „ fraternitatibus, ubique in Ecclesiis Fratrum Prædicatorum
 „ Ordinis hujusmodi canonice institutis, nunc descriptis, & pro
 „ tempore describendis verè p[re]nitentibus, & confessis, ac S. Com-
 „ munione refectis, qui Processioni, secundâ Dominicâ cujusli-
 „ bet mensis, ut præfertur, per dictos Confratres celebrari solita-
 „ devotè interfuerint, & pro Sancta Matris Ecclesia exaltatio-
 „ ne,

ne, hæresum extirpatione, ac Christianorum Principum con-
 cordia, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium
 peccatorum suorum Indulgentiam, ac remissionem misericor-
 diter in Domino concedimus, & largimur, contrariis non ob-
 stantibus quibuscumque. Datum Romæ apud S. Marcum sub
 Annulo Piscatoris die 28. Septemb. 1612. Pontificatus nostri
 anno 8. Quibus omnibus Indulgentiis, & spiritualibus gratiis,
 supra singillatim descriptis, Confraternitatem supra dictam, ejus-
 que Confratres uti, potiri, & gaudere posse decernimus juxta præ-
 dictam Clementis VIII. Constitutionem. Declarantes postremo,
 quod quandocunque contigerit Fratres nostros intus, vel extra dic-
 tum locum in ejus Territorio Ecclesiam obtinere, ipsò jure, ipsoque
 factō ex aunc protunc, absque alia declarations, sed præsentium te-
 nore dictam Societatem, ac omnes Indulgentias, & Privilegia ei-
 dem concessa, ablata esse à dicta Capella, & penitus, atque totali-
 ter ad dictam nostram Ecclesiam translatam cum omnibus bonis
 temporalibus dictæ Societati quomodolibet acquisitis, ut juxta pi-
 am mentem Fidelium inservire possent pro Ornamento, & aliis justis
 indigentiis dictæ Confraternitatis, cui relicta fuere. Quam con-
 ditionem Parochi, & Officiales tam Ecclesiæ prædictæ, quam Con-
 fraternitatis admittere, & manu propriâ subscribere teneantur. Quæ
 omnia in Instrumento publico, manu Notarii facto, poni debeant,
 & explicari. In Nominis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Qui-
 buscumque in contrarium non obstantibus. In quorum fidem has præ-
 sentes nostras litteras, Officii nostri sigillō munitas, manu propria
 subscriptissimus gratis ubique, & semper. Datum Romæ in Conven-
 tu nostro S. Mariæ super Minervam die mensis Anni Af-
 sumptionis nostræ Annō

Fr. Thomas Ripoll

Mag. Ord.

Demum Paulus V. in Brevi: Quum sicut nuper accepimus 1.709
 April. 1613. concedit, ut, ubi Processio SS. Nominis Iesu alia
 Dominicā, quam secundā mensis fieri consuevit, interessentes eas-
 dem Indulgentias plenarias lucentur, ac illi, qui ei intersunt
 Dominicā secundā mensis. An verò etiam Indulgentia plenaria
 data sit pro Processione in Festo Circumcisionis; item an cum
 Confraternitatis Missa etiam Indulgentia 200. dierum transfera-
 tur? nihil in Bullis reperitur: interessentes nihilominus Proces-
 sioni illi, & Missæ extra Dominicam secundam mensis, non dubito,
 quin Indulgentiam 200. dierum, si non 200. ut censui n. 688.
 conse-

consequantur, cùm Confratribus juxta Bullam n. 707. posítam, quodcunque pietatis, aut charitatis opus exercentibus, similis sit Indulgencie indulta.

710 Indulgencie ergo aliæ ante Paulum V. concessæ, inter quas erat Jubilæum in festo Circumcisionis, & tribus diebus ante concessionem à Pio IV. sunt sublatæ: Benedictus etenim XIII. in Bulla suprà n. 679. posita confirmat Indulgencias priores, sed eas vult accipi secundum Bullas Pauli V. suprà positas; id est, quòd eas solum velit confirmare, quas confirmavit Paulus V. nam & eadem jam erant priùs ab aliis Pontificibus indultæ. Item cùm Benedictus de antiquis Bullis solum confirmaverit Indulgencias; sequitur, quòd non confirmaverit privilegium illud Sodalium, quod habebant ad instar Sodalium Sodalitatis Rosarianæ, de quo suprà n. 571. tempore Interdicti concessionem à Pio IV. vi cuius in Festo Circumcisionis Domini in omnibus Ecclesiis, in quibus erat erecta hæc Confraternitas, à primis Vesperis usque ad secundas potuerat dicta Sodalitas omnes ceremonias, Officia Divina, ut Missas, concionem, Vespertas, Processionem &c. publicè obire; quemadmodum etiam diebus Dominicis Processioni, Officiisque Divino interesse: & si quem Sodalium hoc tempore contigerat devivere, talem licebat publicè cum cæremoniis consuetis, & pulsu æris campani, sepulturæ Ecclesiasticæ tradere, ac si Interdictum eō loco non fuisset; si tamen ille eidem Ecclesiasticæ censuræ nullam dederat causam. Hoc privilegium, inquam, debet eō magis dici sublatum, quòd Paulus V. in positis Bullis nullam ejus fecerit mentionem.

711 Notat demum Fossæus lib. I. de Rosario disc. 7. c. 2. ab initio, Sodales hujus Sodalitatis, sed in Albo descriptos, esse ab Ordine nostro ad participationem omnium bonorum, & spiritualium beneficiorum receptos.

§. VI.

De Rosariis SS. Nominis JESU.

712 DE hoc SS. Nomine sunt nonnulla Rosaria inventa, illisque erant quædam Indulgencie à quibusdam Pontificibus annexæ ante Paulum V. licet autem istæ fuerint à Paulo V. revocatae; Rosaria tamen in quibusdam locis in usu sunt, & in libellis hujus Confraternitatis reperiuntur, ideo & ego illa breviter describam.

Unum describit Clemens VIII. in Brevi: Cùm sicut accepimus 2. Febr. 1598. dicens: Visitantiibus autem quinque Altaria, sive quin-

quinqüies unum, devotéque dicentibus pro Mysteriis gaudiosis decem vicibus: I Esu Fili David miserere mei, cum versiculo Gloria Patri usque in finem; vel alia vice pro Mysteriis Passionis Christi Domini Nostri decem vicibus, I Esu Nazarene Rex Judæorum miserere mei, cum versiculo Gloria Patri usque in finem; & altera vice pro Mysteriis Gloriosis decem vicibus, I Esu Christe Fili Dei vivi miserere nobis, cum versiculo Gloria Patri usque in finem, adjungendò singulis semel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, ducentos annos de injunctis eis, seu aliás quomodolibet debitiss pénitentiis, misericorditer in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Hoc dicitur anno 1570. compositum à Ven. nostro P. Joanne Micon discipulo S. Ludovici Bertrandi, & postea Patre à confessionibus S. Francisco Borgiæ.

Secundum Rosarium est in omnibus, exceptis solis Mysteriis, simile Rosario Mariano, unde constat tribus quinquagenis, gaudiosa nempe, dolorosa, & gloriosa; & dicuntur interjectis 15. Orationib⁹ Dominicis centum quinquaginta Solutiones Angelicæ, in medio quarum

In parte Gaudiosa.

- In I. decade dicitur: *Jesus Christus: Qui causa nostri factus es*
- II. Qui nostri causa natus es in stabulo.* (es homo)
- III. Qui in Circumcisione Jesus vocatus es.*
- IV. Qui desperditus, post tres dies iterum repertus es.*
- V. Qui in flumine Jordanis baptizatus es à Joanne.*

In parte Dolorosa.

- In I. decade: *Qui ex humilitate discipulis pedes lavisti.*
- II. Qui ferventer in Monte Olivarum ordisti.*
- III. Qui crudeliter captus, & ligatus es.*
- IV. Cui prægravis Crux erat imposta.*
- V. Qui in limbū ad redimendos Patres descendisti.*

In parte Gloriosa.

- In I. decade: *Qui gloriösè à mortuis resurrexisti.*
- II. Qui triumphator in Cœlum ascendisti.*
- III. Qui nobis Consolatorem Spiritum S. misisti.*
- IV. Qui Mariam Matrem tuam coronasti.*
- V. Qui ad judicandum mirabiliter apparebis.*

P. Studer loco proximè citat⁹ ait, Jacobum Archiepiscopum 714 Mechlinensem recitantibus hoc Rosarium quovis die quadraginta dierum Indulgentiam concessisse 21. Jan. 1639. Alii præcedens Rosarium cum hoc secundo conjungunt. Demum de alio adhuc breviori Rosario mentionem fecit P. Fossæus loco citat⁹, sed illius formam plenè non descripti.

CA.

CAPUT XX.

De Sodalitate SS. Corporis Christi.

Hæc celeberrima, & per totum orbem dilatata Societas originem suam pariter ab Ordine nostro trahit: sed antequam illam plenius exponamus, dicamus quædam quantum Ordo noster cultui SS. Altaris Sacramenti fuerit à sui institutione additus.

§. I.

Ordo Prædicatorum cum S. Juliana Festum SS. Corporis Christi introduxit.

715 **C**irca annum Domini 1230. (ut scribunt Author speculi M. Exempl. verbō *Festum*, Jacobus Marchantius *Candel. Myſt. tract. 4. lect. 6. prop. 2.* aliisque, S. Juliana Ordinis Cisterciensis sub oratione ſæpius in extasim rapta, vidit lunam quasi in ſuo ſplendore, cum aliquanta tamen ſui orbicularis corporis fractio- ne: quod mysterium ad ipsius preces Christus exponens dixit, per lunam præſentem Eccleſiam, per fractionem verò defecūm festivitatis ſui SS. Corporis in ea significari: præcepítque ipſi, ut hanc ſolemnitatem inchoaret, mundoque celebrandam prima nunciaret. Verū ab hujus mandati executione nimia eam demiſſio, & fœminei ſexū conditio remorata eſt, donec feriā admonita, Canonico cuidam Leodiensi (prope Leodium enim illa degebat) totum exponeret negotium rogans, ut occultatō nomine de eo cum illis ageret, ad quos institutio talis posset Festivitatis pertinere. Canonicus rem totam ad Jacobum de Trecis Archidiaconum Leodiensem detulit, qui eam pertractavit cum duobus magnis Luminaribus, Leodii tunc præfulgentibus (inquit Mar- chantius) cum Hugone Provinciali Ordinis Prædicatorum po- ſtea S. R. E. Cardinali (inſigni ſcilicet illō S. Scripturæ Inter- prete) & Gujardo, ſeu Guidone Episcopo Cameracensi, & cum aliis, inter quos nonnulli ex Ordine Prædicatorum erant, cele- berrimis Viris; qui in id omnes conſenserunt, fore, ut hæc So- lemnitas in Dei gloriā vergat, quam etiam ſe velle celebrare, accedentibūs adhuc aliarum Sanctorum Mulierum revelationi- bus,

būs, decreverunt. Juliana jam pro hac Festivitate à Joanne Dominō suā Religioso Officium componi fecit, qui, licet modicæ es-
set literaturæ, ipsā pro eo orante componens, tam mirabile ta-
men perfecit Officium, quod incipit: *Animarum cibus*, quod à
dictis Theologis fuerit cum aplausu approbatum. Festum ergo
hoc primum Leodii, dictō eō die præfatō Officiō, fuit celebratum,
& inde postea se ad alia quoque vicina loca protendit. Cum verò
multi novum hoc devotionis genus improbarent, & calumniaren-
tur; Hugo, qui interim ad dignitatem Cardinalis proœctus, & ad
Germaniæ partes, tanquam Sedis Apostolicæ Legatus missus e-
rat, Leodium veniens, Festum istud authoritate Apostolicâ ap-
probavit, ac ora contradicentium obstruxit: sermonem insuper
hac super re in Ecclesia S. Martini ipse solus peroravit, in quo de
multiplici hujus novæ solemnitatis convenientia, & fructu copio-
sè disseruit, & ut per singulos annos celebraretur, authoritate
Apostolicâ præcepit. Præceptum tamen hoc non fuit diu obser-
vatum, sed quām primum Legatus se iterum Romam receperat,
neglectum est, sed non impunè: inobedientes etenim Canonici
misera interierunt morte, ita ut eorum interitus etiam ipsis sœcu-
laribus in communem fabulam verteretur.

Interea Jacobus de Trecis Pontifex Maximus est renuncia. 716
tus, qui nomen Urbani IV. assumpsit. Eō Urbe Veteri agente,
contigit, Sacerdote quōpiam post consecrationis verba de vera
Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini præ-
sentia dubitante, vivum sanguinem de S. Hostia promanare, &
corporale intingere: cuius, ubi rumor ad Pontificem pervenit,
corporale ad se ab Episcopo publicâ Processione deferri præcepit.
Visō miraculō reminiscitur Pontifex festi SS. Corporis Christi,
quod olim probaverat, in eoque monitum Divinum animadver-
tens, interveniente consiliō, & consensu Cardinalium, hortan-
te quoque D. Thomâ Aquinate, festum hoc quōvis annō feriā 5.
post festum SS. Trinitatis per universam Ecclesiam instituit cele-
brandum: eidēmque D. Thomæ, qui, secundum Chronicon Ma-
gistrorum General. c. 8. oblati sibi ab eodem Pontifice in præmiū
compilatæ Catenæ Aureæ Episcopatūs locō, ut hanc solemnita-
tem invehernet, sibi expetierat, Urbanus injunxit, ut Officium,
eō die, & per totam octavam ab universa Ecclesia dicendum com-
poneret; ad quod ille mandatum perfecit Officium, quod etiam
num usū tota retinet Ecclesia, quamvis illud ad ritum modernū
non nihil fuerit immutatum. Hoc quidem Henschenius, & Pa-
pebro-

pebrochius in Appendice ad diem 5. Aprilis negabant, & Officium hoc Joanni prænominato attribuebant afferentes, nunquam illius fuisse abrogatum: postea tamen à nostro P. Natali Alexander convicti, modernum Officium D. Thomæ tanquam vero Authori restituere sunt coacti.

717 Insignem hanc in instituenda hac solemnitate Ordinis operam animo reputans S. Pius V. Pontifex Maximus insigne etiam privilegium Ordini indulxit, quō Dominicā infra Octavam Festi SS. Corporis Christi solemnem Processionem possit instituere. Scio quidem ex Gavanto Man. Episc. verbō *Processio n. 31. Gregorium XIII. an. 1573.* Processionem SS. Sacramenti concessisse omnibus in quacunque die infra Octavam ejusdem; nostro tamen Ordini est dies Dominica reservata, quod confirmavit Benedictus XIII. & nostræ Procesioni interessentibus Indulgentiam plenariam indulxit in Bulla: *Pretiosus §. 16 his verbis:*

Quoad Processiones autem confirmamus, innovamus, & de novo concedimus Motu, Scientia, & Potestate, ut suprà, Privilegium Indultum Fratribus prædictis à S. Pio V. in Litteris in forma Brevis datis 20. Junii 1570. quod soli possint peragere Processionem cum Augustissimo Sacramento in Dominicā infra Octavam Corporis Christi horā, quā malierint, & per vias, semel tantummodo per eos eligendas; quod quidem Indultum non obstantib[us] quib[us]cunque Constitutionib[us] Apostolicis, & consequenter derogandò illi Gregorii XIII. quæ incipit — Quum interdum — 11. Martii 1573. non solum confirmavit, & innovavit Clemens VIII. in Constitutione — Dudum fel. rec. Pius PP. V. — 8. Martii 1592. verū etiam illud extendit ad Conventus quo scilicet non modò jam erectos, sed quandocumque erigendos concessit Indulgentiā plenariā interessentibus eidem Procesioni; quæ omnia amplissimè confirmamus, ut prædictum est, quibuscunque, ut infrà, plenissimè derogantes: & mandantes prædictis Fratribus, quatenus omnī cunctatione seposita prædictam Processionem solemniter instituant prædicta die, in iis saltem locis, in quibus aliam non elegerint; ac præcipientes Locorum Ordinariis, ut quævis impedimenta, & obstacula efficaciter submoveant: ad hoc, ut, quæ à prædecessoribus nostris Prædicatorum Ordini, cuius Filius Clarissimus Divus Thomas incomparabilib[us], ac propemodum Divinis præconis, laudib[us], & hymnis per sacrum bujusmodi tempus recinendis, gloriam Sanctissimi Sacramenti in Catholica Ecclesia auxit, perennaretque, ac propterea de aucta simul, & propagata veneratione Corporis Christi tantopere benemerenti, beneficia jure maximè collata, restituta in Domino gaudentes videamus.

mus. Hoc ipsum confirmavit etiam Clemens XII. Brevi supra n. 411. positō.

§. II.

Quantum præterea Ordo Prædicatorum in promovendo cultu desudarit.

Mirum distu , quantum præterea Ordo noster venerationem 718 hujus SS. Sacramenti cordi sibi sumperserit, quantum pro illa dilatanda laboraverit, quō servore hæreses huic inimicas oppugnaverit, quantā alacritate præ contestanda vera Christi in illo præsentia etiam in ignem, & enes iverit! Hi labores, haec merita causa sunt , quod Sacerdotes nostri rem Divinam peragentes, sinistrā manu Corpus Christi supra calicem elevatum sumant, qui singularissimus ritus à Sede Apostolica nobis in gloriam est concessus. *Id cæremoniæ*, inquit Bzovius noster in continuatione Baronii ad annum 1313. *Sinistrā communicandi manu*, datum etiam à Sede Apostolica Ordini Prædicatorum , propter triumphatam à Fratribus Berengarianam Hæresim in contumeliam Sanctissimæ Eucharistie in Europa temporibus D. Dominici , & Petri Martyris reviviscentem, ut tum post Agnus Dei sinistrā manu super calicem elevatam hostiam teneant, tunc universo populo adorandum Christum Deum verum, & hominem sub speciebus panis, & vini præsentem exponerent ; tum ipsi tunstione pectoris interiorem animi atriam ostenderent in Sacro-sanctum pignus salutis. Idem asserit alter Ordinis Scriptor Leonardus de Utino, qui floruit circa annum 1444. in suo Quadragesimali serm. 42. In principio, ait, *Ordinis nostri insurrexit quædam hæresis*, asserens non esse verum Corpus Christi in Altari, nisi quædiu elevatur, cuius opinionis fuit Joannes Wicleff. *Ordo autem noster prævaluit contra hanc hæresim*, miris modis eam confutando. *In cuius signum datum est Ordini nostrō*, ut in Missa post Agnus Dei ante communionem teneret hostiam elevatam super calicem, ut sic adoraretur ab universo populo, tanquam verum Corpus, & sanguis Christi, & ne deponeretur usque ad communionem inclusivè : quia verò cum manu dextra habet Sacerdos tundere pectus suum, tanquam verum Deum adorans hostiam , oportuit, ut cum sinistra teneret, & sic communicaret : propter hanc causam plures Fratres nostri Martyrio coronati sunt ab hæreticis. Et dum essem in Concilio Ferrarensi tempore Domini Eugenii Papæ IV. relatum est, plures Conventus Ordinis nostri funditus eversos ab Hussitis in Bohemia, & Fratres trucidatos ab eisdem propter hanc hæresim , quam ipsi Hussite sequebantur. Tandem hæresi abjura-

abjurata ad gremium Ecclesiae Catholicæ redierunt. Ordo noster valde insudavit ad extirpationem heresum, præcipue circa Sacramentum Corporis Christi. Ita Leonardus. Moralem demum significacionem adjungit noster Marcellus de Cavalieriis in sua Statera: Cùm, inquit, in parte sinistra sit cor, pro frequenti, & cordiali charitate nostra in Christum Dominum, atque indissolubili colligatione cordis nostri cum Salvatore nostro IESU, manu sinistrâ communicamus.

719 *Hæc ipsissima quoque causa est secundum eundem Patrem Marcellum de Cavalieriis, quod Ordo noster ritum Romanum in celebrando Sacrificio Missæ non assumperit, sed antiquum à Ven. Humberto V. Ordinis Magistro Generali præscriptum retineat, quāvis saepius de conformanda ad ritum Romanum Missa nostra fuerit in Comitiis Generalibus deliberatum. Hic Ven. Humbertus ritum, & ceremonias pro peragendis Divinis Ordini dictavit, cùm tunc temporis non tantum quivis Regularis Ordo, sed & singulæ ferè diœceses suos proprios habuerint ritus, donec tandem à S. Pio V. fuerit inducta uniformitas, relictâ nihilominus illis Religionibus, inter quas etiam est nostra, facultate suos retinendi ritus, apud quos ultra ducentos annos usus proprietum viguit, ut videre est in Brevi: Quod primum, positò ad initium Missalis Romani.*

§. III.

De origine, & Indulgentiis Sodalitatis SS. Corporis Christi.

720 *E*x eodem erga hoc SS. Sacramentum affectu processit, quod P. Thomas Stella Venetus Ordinis nostri hanc adinvenerit Sodalitatem, de qua etiam librum edidit, cui titulus: *Capitoli, Statuti, & Ordinazioni della Venerabile Compagnia del Sacratissimo Corpo di Christo posta nella Chiesa di S. Maria sopra Minerva della Città di Roma, ut scribit noster P. Bremond Bullarii Ordinis tomo 8. tract de Consensu Bullarum tit. 15.* Igitur omnium in orbe prima erecta est anno 1539. Romæ in Principe Ecclesia nostra, S. Mariæ super Minervam nuncupatâ, à qua velut Matre innumeræ aliæ per orbem universum sunt prognatae: hæc à Summis Pontificibus fuit illico approbata, & variis Indulgentiis exornata, quod refert, & confirmat Benedictus XIII. in Bulla: *Preciosus §. 3. verbis sequentibus.*

Indulgencias quoque, (confirmamus) ac gratias omnes Confraternitati SS. Corporis Christi in Ecclesia Domus B. M. V. super Miner-

*Minervam prædiſli Ordinis Prædicatorum, ex qua tanquam à pri-
ma, & Principe innumeræ aliae in totum, quæ latè patet, Christianum
Orbem, in perpetuum tanti Sacramenti cultum prodiere, à Prædeces-
toribus nostris ab ejusdem origine benignè concessas, nimirum à Paulo
Papa III. in Constitutione — Dominus Noster Iesus Christus
transitus — Prid. Kal. Decembris 1539. — Ad providam —
Gregorio XIII. — Pastoris æterni — oīlavō Idus Augusti 1573.
Paulo V. in Constitutione — Quām certas — 3. Novemb. 1606.*

*Quāmvis autem Sodalitati huic initium dederit Ordo noster, 721
in Ecclesiis tamen nostris non intelligitur instituta, neque eam
Ordo in aliis Ecclesiis habet instituere: sed in omnibus Ecclesiis
erigitur ad modum aliis Confraternitatibus communem immedietè
à Sede Apostolica, & quidem pro utroque sexu; at in Ecclesiis
Monialium Ordinis nostri erigi non potest, bene tamen intra clau-
stra in earum Oratoriis, & pro degentibus ibidem tantum, prout
speciale hac super re accepi informationem.*

*De Indulgentiis si loquamur, non sunt omnibus Sodalitatibus 722
cædem: Sodalitas nostra Romana in Ecclesia S. Mariæ super Mi-
nervam gloriatur de pluribus, in aliis verò Confraternitatibus ere-
gitur immedietè à Sede Apostolica conceditur Sodalibus per Bul-
lam, à Secretaria Brevium impetratam, Indulgentia plenaria
pro die ingressū in Sodalitatem, & pro articulo mortis, item quo-
vis anno in festo Principali: in aliis quatuor festivitatibus 7. an-
ni, & pro quibusdam bonis operibus dies Indulgentiarū sexaginta.*

*Veruntamen, cùm Sodalitas in Ecclesia S. Mariæ super Mi- 723
nervam sit Archiconfraternitas, & ex concessione Pauli V. (ut
mox dicetur) possit sibi aggregare alias eretas à Sede Apostolica,
iisque suas Indulgentias communicare, possunt aliae per hanc ag-
gregationem multò plures adipisci. Dum autem Archiconfrater-
nitas sibi aliquam aggregat, mittit aggregatæ Litteras, in quarum
initio Moderatores Archiconfraternitatis dicunt, se Confrater-
nitatem hanc illi Archiconfraternitati Romanæ, seu Sodales hic
inscriptos illis Romanis aggregare, & incorporare, illisque In-
dulgentias Archiconfraternitatis communicare. Hinc in Litte-
ris illis apponunt duas Bullas, Pauli scilicet V. Quām certas 2.
Novemb. 1606. continentem Indulgentias, & Clementis VIII.
Quæcumque à Sede Apostolica 24. Decemb. 1604. præscribentem
modum aggregandi: cùm verò compendium hujus jam dederim
n. 591. ideo solū synopsim alterius, nempe Pauli V. subjicio.*

Caput XX. De Sodlitate

352

Primò igitur concedit Paulus Sodalibus Archiconfraternitas SS. Corporis Christi ereftæ Romæ in Ecclesia S. Maria super Minervam Ordinis Prædicatorum Indulgentiam plenariam confessis, & communicatis primō die, quō eam fuerint ingressi.

724

2. Concedit Indulgentiam plenariā omnibus Confratribus, & Consororibus, qui pariter verè pœnitentes, confessi, & coſmunicati interfuerint Proceſſioni SS. Sacramenti, quæ ſolet fieri omni anno in die Octava Festi Corporis Christi, & comitati fuerint Sanctissimum, & ibidem Divinam Majestatem oraverint pro pace, & concordia inter Christianos Principes, extirpatione hæresum, & exaltatione S. Matris Eccleſiæ.

725

3. Concedit Indulgentiam plenariam Sodalibus, qui ob impedimenta non potuerint ad eam Proceſſionem comparere, ſi verè pœnitentes, confessi, & communicati oraverint, ut ſuprā.

726

4. Concedit Indulgentiam plenariam Sodalibus conſtitutis in articulo mortis, ſi confessi, & communicati corde, ſi non potuerint ore, Nomen IESu invocaverint.

727

5. Concedit Indulgentiam 7. annorum, & totidem quadragenerum Sodalibus, qui in Feflo Corporis Christi confessi, & communicati, ut ſuprā oraverint.

728

6. Concedit Indulgentiam 100. dierum Sodalibus, qui ad Officia Divina, & Proceſſiones Sodalitatis venerint.

729

7. Concedit eandem Indulgentiam Sodalibus, qui die Veneris cujuscunque septimanæ Eccleſiam, ubi eft erēta Sodalitas, visitaverint.

730

8. Concedit Indulgentiam 7. annorum, & totidem quadragenerum Sodalibus, qui verè pœnitentes, confessi, & coſmunicati venerint ad Proceſſionem fieri ſolitam omni Dominicâ tertiarâ mensis, & Die Jovis Sancto; iis verò, qui non fuerint scripti in Sodalitate, ducentorum dierum Indulgentiam.

731

9. Concedit Indulgentiam centum dierum Sodalibus, ſi ad minus contriti, & confessi, Die Jovis Sancto comitati processionaliter fuerint SS. Sacramentum.

732

10. Concedit Indulgentiam quinque annorum, & totidem quadragenerum Sodalibus, qui comitati fuerint processionaliter SS. Sacramentum ſive cum, ſive ſine lumine, quando deferrur ad infirmos; iis verò, qui impediti unum Pater & Ave oraverint, Indulgentiam centum dierum.

11. Concedit Indulgentiam 5. annorum, & totidem quadra-733
genarum Parochis, & omnibus Sodalibus comitantibus SS. Sacra-
mentum cum lumine, vel sine illo; impeditis verò recitantibus
unum *Pater & Ave*, & orantibus pro infirmo centum dierum In-
dulgentiam.

12. Concedit centum dierum Indulgentiam fœminis, quæ734
si impeditæ non potuerint comitari SS. Sacramentum, quando
portatur ad infirmos, dixerint unum *Pater & Ave*, & oraverint
pro infirmo.

13. Concedit Indulgentiam 100. dierum Sodalibus visitan-735
tibus Die Jovis Sancti locum, ubi asservatur SS. Sacramentum.

14. Tandem concedit Archiconfraternitati SS. Corporis736
Christi, erectæ in Ecclesia S. Mariæ super Minervam, facultatem
aggregandi Confraternitates, illisque suprà dictas Indulgentias
communicandi.

15. Clemens quoque X. annō 1673. 24. Januar. concessit In-737
dulgentiam centum dierum Sodalibus pro omni vice, quâ funeris
exequias cuiusdam defuncti fuerint prosecuti.

Bulla verò Altaris privilegiati Confraternitatis petitur ex738
Secretaria Brevium, & secundum dicta n. 456. facile impe-
tratur.

Dum aliqua Confraternitas SS. Corporis Christi, instituta739
in aliqua Ecclesia de consensu Ordinarii, petit aggregari, seu in-
corporari Archiconfraternitati erectæ in Ecclesia S. M. super Mi-
nervam Ord. Prædicatorum Romæ, debet primò Romam mitti
authentica fides ex Cancellaria Ordinarii, de ejus erectione facta
cum consensu Ordinarii. II. Debet fieri Instrumentum ab Officia-
libus dictæ Confraternitatis subscriptum, quod unanimi consensu
petatur talis aggregatio, in quo Instrumento nominetur Procu-
rator, cui committitur procuratio talis aggregationis. Modum
hunc petendi Româ accepi.

Regulæ Archi Confraternitatis Romanæ, & à Confrater-
nitatis eidem aggregatis observandæ, videanrur in Appendice
Operis.



CAPUT XXI.

De Sodalitate Militiae Angelicæ S. Thomæ Aquinatis.

§. I.

De ejusdem Origine.

740



Otus satis , perspectusque est insignis ille D. Thomæ de carne triumphus , quem adhuc juvenis de immissa ad se pellice reportavit , dum illam carcere , quō ab ipsa Matre captivus tenebatur , titione ejecit . Adeo verò victoriā hāc oblectatus est Deus , ut cùm , profigatā meretrice , coram signo Crucis muro titione impressō , Thomas incumberet , somnōque corriperetur , duo accedentes Angelī ipsi de victoria fuerint gratulati , ac Dei jussu , ut ipsi fatebantur , candidissimō lumbos ipsius cingulō in signum perpetuæ castitatis præcinxerint . Cingulum hoc , cœlo delatum , magnā adhuc religione Vercellīs , insigni Pedemontii Castellō , in Conventu Fratrum Ordinis nostri ad S. Paulum asservatur , bisque singulis annis populo publicè ostentatur , & ad devotum osculum præbetur . Albi coloris est , & admirandæ , quia cœlestis , texturæ .

741

Tanta verò in eo virtus adversus carnis stimulos residet , ut etiam in alia cingula per solum attactum diffundatur : quare multa ad Cœlestis illius formam cingula conficiuntur , ac illi attacta summā veneratione ad vivam cutem , lumbis illigata , gestantur . Mirabilem prorsus vim habuit tale cingulum in infami illa Vercellensi lena , quæ licet sèpius admonita , & objurgata , nec hilum tamen se emendavit : tandem precibūs , & monitis Patris Cypriani Uberti Ordinis nostri commota , lumbis cingulum circumdedit , & ecce ! mox in aliam , & talem quidem conversa est , ut in ipsa species redivivæ Mariæ Aegyptiacæ appareret , quam se vidisse testatus est P. Aurelius Corbellinus Ordinis Eremitarum S. Augustini , prout refert libellus germanicus hujus Sodalitatis editus Viennæ 1711 .

742

Ex quibus luculenter apparet , S. Thomam Doctorem Angelicum à Deo datum esse in singularem pudicitiæ Patronum , & talem

talem expertæ sunt duæ Ordinis nostri Sorores, B. scilicet Stephanæ de Quinzanis, de qua Authores apud P. Fridericum Steill ad 20. Ianuarii, & Ven. Columba Rosacani, de qua idem ad 10. Martii, quas D. Thomas, visibiliter comparens, post superatas impudicas tentationes balteō candidō præcinxit, omnémque in eis libidinis ignem extinxit, ut nullas deinceps senserint tentationes. Imò ipse Christus Dominus Thomam in rebus omnibus Patronum declaravit: cùm enim Ven. Domiaicus à JEsu, peculiare illud Ordinis Carmelitarum lumen, ut in ejus vita narrat Joannes Caramuel, diu, multúmque à Salvatore nostro è Sanctis quempiam sibi in Patrem ac Patronum singularem dari petiisset, ipse D. Thomam Aquinatem designavit asseverans, velle se, quidquid, Dominicus per Thomam petierit, libenter exhibere.

Unde sanctè, prudentérque Typographi Romani anno 1600. 743 unanimi calculo Sanctum hunc sibi in Patronum elegerunt, sub ejúsque patrocinio Sodalitatem erexerunt, quam Clemens VIII. benignè approbans, etiam gratis, & Indulgentiis locupletavit. Paulus V. deinde anno 1608. ad instantiam nostri Eminentissimi S. R. E. Cardinalis P. Hieronymi Berneri, & ex speciali, quem erga S. Thomam gerebat, amore honori coniuncto, hanc prorsus magnam, & insolitam gratiam huic Sodalitio indulxit, ut quotannis Rector ejusdem 7. Martii, seu Festo S. Thomæ, potuerit Romæ carceres lustrare, sibique aliquem reum capitum deligere, ei pœnam condonare, ac eundem in memoriam biennis illius, quā Thomas tenebatur, captivitatis manumittere.

Hæc tamen non est, de qua loqui instituimus Sodalitas, sed 744 aliam postea anno 1622. P. Hyacinthus Choquetius Antverpiæ secundum libellum citatum cap. 2. instituit, quam Militiam Angelicam adversus carnem Præcinctorum Cingulō S. Thomæ Aquinatis nuncupavit, & bene: nam secundum S. Augustinum sermone 250. de tempore, *Inter omnia Christianorum certamina sola duriora sunt prælia castitatis, & S. Remigium De incontinentia, Dempsis parvulus ex adulis propter carnis vitium pauci salvantur.* Ducem Militiæ hujus elegit D. Thomam, arma vero ejus cingulum, & statuta Sodalitatis; sic nempe ipse Christus jussit lumbos suos Discipulos præcinctere; sic ipsa Beatissima Virgo, & Mater Maria dicitur cingulum gestasse ex corio, quod etiamnum in Galliis asservatur; sic S. Thomam Apostolum, aliósque Viros Santos tum antiqui, tum novi Testamenti præcinctos, eorūmque cestos miracula patrassæ in historiis passim legimus; sic ipsa Cœlorum

Regina balteō Ven. Agatham de Cruce, Sanctus P. Dominicus Franciscam à S. Dominico, S. Thomas paulò ante nominatas Sorores Ordinis nostri præcinxerunt, ac molestiis illecebrosæ carnis liberarunt, ut Author est P. Fridericus Steill in suis Ephemeridis Dominicanis.

745 Quoniam verò tali gratia Cœlum non quemlibet dignatur, ingeniosa pietas invenit, ut, cùm non possimus cœlestibūs, bendicō saltem cingulīs præcingamur, ac illud cœlestē D. Thomæ arte imitemur; piæ Antiquitatis relictis nobis vestigiis insistendō, quæ ad Mappæ illius formam, quæ in ultima cœna Christi Domini mensæ fuit instrata, alias efformavit, parī modō clavos, quibus Salvator noster cruci fuit appensus, aliisque passionis instrumenta fecit prototypa, quibus similia effingebat, atque magnâ religione contingebat, prout narrat memorati libelli Author.

Sodalitatem hanc post multos alios Pontifices novissimè etiam confirmavit Benedictus XIII. in Bulla *Pretiosus* §. II.

Ulterius, inquit, subaudi tamen, confirmamus, *Indulgentias omnes & singulas, & gratias Societati Militiae Angelicæ, aut Cinguli S. Thomæ Aquinatis pro obtainenda sub protectione ejusdem in arduo tentatæ castitatis certamine victoriæ, ac respective propaganda erga S. Doctorem devotione fundatae, concessas pro diversis Ecclesiis Conventuum nostri Ordinis prædicti ab Apostolica Sede per Innocentium X. Brevi datō ad Lovanienses 21. Martii 1654 Innocentium XI. pro Ecclesia sub nuncupatione Rosarii Conventus Veneti: & præcipue per Innocentium XII. pro Ecclesia Conventus Mutieni. Sub die 14. Decemb. 1695. ac pro Ecclesia Conventus Cæsaraugustani ad Sanctum Idelphonsum in Constitutione incipien. — Considerantes nostræ mortalitatis — Idibūs Septemb. 1693. cui inhærentes præcipuum bujus Societatis Festum declaramus diem 28. Januarii, Translationi Corporis S. Doctoris sacrum, eamque Societatem cum prædictis Indulgentiis, & gratiis à Prædecessoribus nostris concessis, ad totum prædictum Ordinem Prædicatorum auctoritate, ut suprà, extendimus, & ampliamus; eidēmque, quatenus opus sit, unientes, & incorporantes Societatem Academiæ Studentium ejusdem Sancti Thomæ, fundatam in Ecclesia Barchinonen. Fratrum Prædicatorum ad honorem Sanctæ Catharinae V. & M. erexit, ac cum prædicta ferme convenientem, atque confirmatam, & pluribūs Indulgentiis auctam à Xisto V. in Constitutione sua — Salvator Noster — Kal. Junii 1586. Deinde à Paulo V. in Constitutione incipien. — Pietatis, & Christianæ charitatis — 4. Sept. 1617. demum ab Innocentio XI. — Dendum*

dum fel. rec. Paulus PP. V. — 16. Junii 1681. concedimus, & communicamus quaslibet Indulgencias à mox dictis Praedecessoribus nostris huic Societati Academie concessas, ac illi antea ex aliis prædictis Apostolicis Indultis non convenientes, ac expressè, & signanter illam LX. dierum pro iis, qui ex eadem Societate, Conclusionibus, & Disputationibus Theologalibus ejusdem Societatis interfuerint: quod sic Angelicò Sancti Thomæ latte pasti, ac nutriti Confratres, & Consorores castitatis donum Deo dante felicius tueantur, aut consequantur amissum; Eadem Auctoritate Apostolicè prefatas Confraternitates erigendi, & instituendi ubique facultatem, & quidem privativam, concedentes Magistro Ordinis, ac Vicario Generali pro tempore.

Duo in hoc Brevi declarantur. Primo, quod Sodalitas hæc⁷⁴⁶ intelligatur in Ecclesiis Fratrum Ordinis nostri erecta, eamque extra Indias possint soli Magister Generalis, & ejus Vicarius Generalis in aliis Ecclesiis extraneis fundare, in Indiis verò etiam Provinciales, prout declaravit Idem in §. 8. Bullæ: *Pretiosus suprà n. 418. positō. Scriptum tamen mihi fuit, totum hoc esse à Clemente XII. revocatum, dum Bullam *Pretiosus* ad terminos juris communis reduxit, unde Sodalitas hæc iterum est ablata Ordini, nec in Ecclesiis nostris intelligitur instituta, neque Generales nostri eam in ulla Ecclesia possunt erigere, sed sicut ante Benedictum, ita & modò instituitur à Sede Apostolica, nempe à Secretaria Brevium, & quidem in Ecclesiis Fratrum pro degentibus etiam extra eorum claustra, in Ecclesiis Sororum velò pro degentibus intra Claustra tantum.*

Secundò declaratur ibidem Festum Principale hujus Socie⁷⁴⁷. tatis esse Festum Translationis S. Thomæ; sed & hoc reductum est ad jus commune: de jure autem communi, dum à Secretaria Brevium petitur Breve pro erectione alicujus Fraternitatis, ipse petens potest eligere sibi diem pro festo Principali, & si petens diem non elegerit, in Brevi postea datur facultas Ordinario loci denominandi diem pro Festo Principali: hinc alicubi Festum Principale hujus Sodalitatis est in die Translationis S. Thomæ, alibi in Dominica, vel præcedenti, vel subsequenti idem festum, prout ab initio petitum fuit, vel ab Episcopis determinatum.

§. II. De Statutis.

STATUTA sunt sequentia: 1. Etsi nullibi invenerim determinatū,⁷⁴⁸ autumno tamen, quod se ex debeat intelligi, in Ecclesia, ubi est Sodalitas, esse erigendum Altare S. Thomæ Aquinatis. 2.

749 2. Qui volunt huic Militiae adnumerari, dent nomina, & cognomina sua Albo Sodalitatis inscribenda, ut gratiis ejusdem possint gaudere, ad consequendas etiam eodem die Indulgentias praemissa Confessione, S. Eucharistiâ sive ante, sive post inscriptionem reficiantur. Inscribere autem potest tantum Praeses.

750 3. Sodales proponant sibi secundum statum suum tam animæ, quam corporis castimoniam servare, unde ad hanc Societatem etiam admittuntur conjugati, qui æquè castitatem conjugalem, licet non continentiam virginalem, servare tenentur.

751 4. Cingulum album cum 15. nodulis benedictum supra, vel infra vestes gestare debent.

Benedictio Cingulorum.

N. Adjutorium nostrum Eccl.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

Oremus.

Domine Iesu Christe Fili Dei vivi, puritatis amator, & custos, obsecramus immensam clementiam tuam: ut, sicut ministerium Angelorum Sanctum Thomam Aquinatem cingulum castitatis cingere, atque à labore corporis, ac animæ preservari fecisti: ita ad honorem, & gloriam ejus benedicere, & sanctificare digneris cingulum istud, ut quicunque illud circa renes reverenter portaverit, ac tenuerit, ab omni imunditia mentis, & corporis purifetur, atque in exitu suo per manus Sanctorum Angelorum tibi dignè presentari mereatur. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas Deus per omnia secula, Amen.

Aspergatur cingulum aqua benedicta, & potentibus sequentib[us] oratiuncula distribuatur:

Præcingat te Dominus Iesus Christus cingulum castitatis, & meritiss. S. Thomæ Aquinatis extinguat in lumbis tuis omnem humorem libidinis, ut maneat in te virtus continentiae, & castitatis, Amen.

752 Quæres hic, an quisvis Sacerdos Ordinis nostri habeat cingula benedicendi facultatem?

Respondeo, prout mihi fuit à pluribus resolutum, quod in quovis Conventu Sacerdotes nostri non possint cingula benedicere, sed tantum in eo Conventu, ubi est hæc Sodalitas erecta, benedicere possit solus hujus Sodalitatis Praeses, Sodalitas enim non est Ordini hereditaria, sed in quibusdam locis erigitur à Sede Apostolica, in cujus erectione dicta facultas soli Praesidi communícatur: igitur in eo loco talis facultas non datur, ubi Sodalitas non fuit erecta.

5. Quilibet Sodalium pro se, & aliis Confratribus in hono-753
rem S. Thomæ pro servanda castitate, & expugnandis vitiis car-
nalibus ad dictos 15. nodulos, vel alias, totidem Salutationes An-
gelicas quotidie oret. Quindecim quidem ad moderandos 4. Sen-
sus internos, & undecim passiones animæ: etenim sensus interio-
res D. Thomas cum Aristotele enumerat 1. p. qu. 78. art. 4. o.
tantum quatuor, nempe sensum communem, imaginativam, æsti-
mativam, vel cogitativam, & memoriam sensitivam; passiones e-
tiam idem S. Doctor 1. 2. q. 25. docet esse undecim, & appetitui
quidem concupiscibili assignat sex, nempe amorem, odium, desi-
derium, fugam, gaudium, & tristitiam, irascibili verò quinque,
nempe spem, desperationem, timorem, audaciam, & iram, quas
passiones, sicut & sensus in homine casto frœnô egere extra con-
troversiam est.

6. Motus carnis, ac inhonestas cogitationes invocatione SS.754
Nominum IEsu, & Mariæ, ac implorata ope D. Thomæ repri-
mere habent.

7. Caveant sibi ab impuris loqueliis, obscenæs imagines non755
tolerent, atque à fecdis cantionibus, ac libris prorsus abstineant.

8. Nullum actum impurum carnis committant, quin potius756
Angelicæ castitati totis viribüs studeant.

9. Alios ad castimoniam hortentur, nec tolerent, quod alii757
impura effutiant, aut canant.

10. In festo Principali, & 7. Martii confiteantur, & commu-758
nicent, vel saltem per devotas preces suam, & aliorum castitatem
Deo commendent.

11. S. Thomam tanquam singularem castitatis tutelam, &759
hujus Militiæ Ducem venerentur, & invocent, studeant quoque
alios ad hanc Militiam inducere.

Solet etiam quavis Dominicâ tertiatâ mensis in Conventibus760
nostris Ven. Sacramentum Altaris in publica processione circum-
gestari, & nonnulla sacra pro piè defunctis Sodalibus celebrari.
Hæc tamen Processio propriè pertinet ad Confraternitatem SS.
Corporis Christi juxta num. 730. Officiales tamén habere non ob-
ligamur: videatur n. 59.

§. III.

De Indulgentiis.

Indulgentiæ huic Sodalitati concedi solent à Summo Pontifice,761
quaæ alias conceduntur in erventione aliarum Confraternitatum.

Primi

360 Caput XXI. De Sodalitate Militiae Angelicæ &c.
Primò autem concedit Indulgentiam plenariam confessis, & communicatis die inscriptionis.

762 2. Indulgentiam pariter plenariam concedit pro articulo mortis omnibus confessis, & communicatis, vel si confiteri, & communicare non possint, saltē contritō corde, si ore nequierint, SS. Nomen Iesu invocantibus.

763 3. Pro Feste Principali hujus Sodalitatis concedit pariter Indulgentiam plenariam Sodalibus, qui confessi, & communicati visitaverint Altare S. Thomæ, seu Capellam Sodalitatis à primis Vesperis Festi usque ad occasum solis alterius diei, ibique pro S. Matre Ecclesia de more oraverint.

764 Quod addit dictus libellus c. z. n. 3. etiam 7. Martii eodem modo Indulgentiam plenariam acquiri posse, intelligendum est, quod eo die omnes fideles, etiam non Sodales hujus Societatis, in Ecclesiis Ordinis nostri tantum, Indulgentiam plenariam lucrari possint, unde hæc Indulgentia non est huic Sodalitati propria, sed est omnibus fidelibus communis: quare, si hæc Societas in alia Ecclesia extra Ordinem nostrum erigeretur, concederetur Indulgentia plenaria pro festo Principali, & non pro 7. Martii, nisi forte hæc dies pro Feste Principali eligeretur.

765 4. In 4. festis minus principalibus, qui post S. Confessionem & Communionem Capellam S. Thomæ visitaverint, & pro S. Ecclesia preces fuderint, 7. annos, & totidem quadragenas Indulgentiarum lucrantur. Festa hæc reliquuntur petentium optioni, unde, quando hoc Breve petitur, festa hæc debent specificari, quod si non specificentur, reliquentur arbitrio, ac determinacioni Consodalium cum consensu Ordinarii. Viennæ autem, & in nonnullis aliis locis electa sunt Festa sequentia, Festum scilicet Exaltationis S. Crucis, S. Hieronymi, B. Alberti Magni 15. Novembbris, & S. Catharinæ Virginis, & Martyris.

766 5. Conceduntur 60. dies Indulgentiarum pro quounque charitatis, vel pietatis opere, ad qualia opera ab Authoribus etiam reducitur illa quindecim Salutationum Angelicarum ad cinguli nodulos recitatio.

767 6. Potest insuper facilè impetrari Breve Altaris Privilegiati pro defunctis Sodalibus, ut dictum fuit n. 456. quod nonnisi ad septenium concedi solet: & in hoc casu Altare foret Privilegium, sive in eo Missam celebraret Sacerdos Regularis, sive facultatis etiam in Ecclesiis nostris, ita enim talia Brevia concedi solet.

Denum Sodales ad beneficia Ordinis nostri recipiuntur, ita⁷⁶⁸ ut cum toto Ordine in bonis spiritualibus communicent, secundum Authorem libelli suprà citati.

CAPUT XXII.

De aliis Indulgentiis Ordinis.

Inpter hucusque allatas adhuc aliæ multæ sunt in Ordine nostro Indulgentiæ, quas tum Religiosi nostri, tum etiam alii externi valent adipisci, quas sæpè cum Rosarianis per peram coñixtas, imò confusas reperi: ut igitur istæ ab illis secernantur, & plena omnium detur infor: matio, de his breviter differamus.

§. I.

De Indulgentiis omnibus Regularibus communibus.

Plurimæ erant olim diversis Ordinibus, ac Religiosis concessæ⁷⁶⁹ Indulgentiæ, inter quas est Indulgencia magna Stationū SS. Sacramenti olim concessa à Leone X. in qua secundum aliquos includebantur Indulgentiæ omnium Ecclesiarum Romæ, Hierosolymis, Compostellæ, S. Mariæ de Portiuncula, & ferè totius orbis; secundum alios verò, inter quos est P. Claudius La Croix tom. 2 lib. 6. p. 2. n. 1358. solum in illa includuntur Indulgentiæ Urbis Romæ, & illius civitatis, in qua degunt Religiosi, quas omnes illi quotidie in suis Ecclesiis dicendô solum 6. *Pater, & Ave cum Gloria Patri* in fine possunt lucrari, qua magna Indulgencia amplius inferiùs n. 794. dicetur. Sed quia plurimas has revocavit, novasque earum locô indulxit Paulus V. in *Brevi: Romanus Pontifex* an. 1606. 23. Maii, quod Breve, cum raro habeatur, ex P. Eligio Bassæo tom. 2. *Verbo Indulgencia II.* hic subjungo.

P A U L U S V.

Ad perpetuam rei memoriam.

„ Romanus Pontifex in Beati Petri Sede constitutus, cui⁷⁷⁰ „ inter alia cœlestis Indulgenciarum thesauri dispensandi cura incum-

„ incumbit, solicite prospicere debet, ac solerter, ubi hujusmo-
 „ di Indulgentiarum dispensatio, & usus ad Dei gloriam & ani-
 „ marum salutem præcipue dirigatur, & ne ex illarum multipli-
 „ citate confusio, aut inanis interpretatio exoriatur.

„ §. 1. Proinde cum ferre Clemens Papa VIII. Prædecessor
 „ noster magna cum diligentia & solicitudine procuraverit, ab-
 „ usus & corruptelas tum in comunicando Indulgentiarum the-
 „ sauros, tum in modo illos recipiendi irreptos tollere, propterea
 „ suâ quam constitutione formam aggregandi, instituendi, &
 „ redè administrandi Societas, & Confraternitates præscrip-
 „ serit, licet morte præventus hanc piam ejus voluntatem ad fi-
 „ nalem executionem deducere, neque etiam, ut cogitaverat,
 „ circa Indulgentias à plerisque Romanis Pontificibus Prædeces-
 „ soribus, Religionibus, & Ordinibus Monasticis, & Mendican-
 „ tibus diversis temporibus concessas, aliquid deliberare potuerit.

„ §. 2. Nos, qui nullis nostris meritis, sed solâ Dei benignitate
 „ ad summi Apostolatus officium vocati sumus, susceptum à tan-
 „ to Pontifice pium hoc opus, ad optimum finem perducere cupi-
 „ entes, ubi primum Catholica Ecclesiæ regimen suscepimus,
 „ venerabilibus S. R. E. Cardinalibus ad hoc opus à dicto Cle-
 „ mente Prædecessore deputatis, de quorum numero tempore
 „ ipsius Clementis Prædecessoris eramus, injunximus, ut in illo
 „ opere ad ulteriora progrederentur, & Indulgentias Regula-
 „ ribus concessas recognoscerent, iisque recognitis rem Nobis
 „ cum communicarent.

„ §. 3. Cum itaque præfati Cardinales privilegia, concessio-
 „ nes, & gratias prædictis Religionibus, & Ordinibus concessas
 „ diligenter inspexerint, & examinaverint, ac eorundem Ordi-
 „ num Superiores, & Officiales plures adjuverint, ac circa easdem
 „ Indulgentias varia dubia, & incertitudines, & confusiones ad-
 „ esse compererint, & ex judicio eorundem etiam Regularium,
 „ vel aliquorum ex illis Nobis proposuerint, valde expedire, pro-
 „ eorum majori securitate, & beneficio, ut Indulgentias ipsis Re-
 „ ligionibus, & Ordinibus ad instar, vel per communicationem,
 „ aut aliò modò haec tenus concessas annullaremus & revocaremus,
 „ ac alias particulares illis concederemus.

771 „ §. 4. Nos maturâ super hoc consultatione præhabitâ, cupi-
 „ entes personis Regularibus quibuscumque quorumvis Ordinum
 „ tam Monasticorum, quam Mendicantium, Spirituale solati-
 „ um, & juvamen afferre, infra scriptas Indulgentias, & gratias,
 „ quas

„ quas personis Regularibus intra claustra, aut extra, cum licen-
„ tia tamen suorum Superiorum, legitima de causa illis concessâ,
„ degentibus tantummodo suffragari debere declaramus, conce-
„ dendas duximus.

„ §. 5. Omnibus igitur Christi fidelibus, qui canonice, & 772
„ juxta ordines cujuslibet Religionis, & constitutiones Aposto-
„ licas habitum Regularem à legitimis Superioribus causâ profi-
„ tendi in illo suscepserint, die primô eorum ingressûs in ipsam
„ Religionem, si verè pœnitentes, & confessi, SS. Eucharistie
„ Sacramentum sumpserint, plenariam.

„ §. 6. Ac cuilibet novitio, qui pœnitens, & confessus, ac sa- 773
„ cra Communione refectus, post completum probationis annum
„ professionem emiserit, etiam plenariam.

„ §. 7. Nec non cuilibet Religioso intra claustra sui Mona- 774
„ sterii viventi, qui in Festo Principalis sui Ordinis confessus, &
„ S. Communione refectus fuerit, aut Missam recitans pro Chri-
„ stianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, Ro-
„ mani Pontificis salute, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias
„ ad Deum preces effuderit, etiam plenariam.

„ §. 8. In cuiuslibet verò mortis articulo, si pariter verè pœ- 775
„ nitens, & confessus, ac S. Communione refectus, vel quatenus
„ id facere nequiverit, saltem contritus nomen IESU ore, si po-
„ tuerit, sin autem, corde devotè invocaverit, etiam plenariam.

„ §. 9. Qui verò ad Presbyteratus Ordinem canonice promo- 776
„ tus, & confessus primam Missam celebrabit, necnon etiam iis
„ Religiosis, qui pariter confessi, ac S. Communione refecti ei-
„ dem Missæ interfuerint, aut ipsò die Missam similiter celebra-
„ bunt, etiam plenariam.

„ §. 10. Iis verò, qui de suorum Superiorum licentia à nego- 777
„ tiis per 10. dies alieni in Cella commorabuntur, aut ab aliorū
„ conversatione separati, in piorum librorum, & aliarum rerum
„ Spiritualium animos ad devotionem, & Spiritum inducenti-
„ um, lectionibus operam suam dederint, addendò sœpe consi-
„ derationes, & meditationes Mysteriorum fidei Catholicæ, Di-
„ vinorum beneficiorum, quatuor Novissimorum, Passionis Do-
„ mini Nostri IESU Christi, & aliorum exercitiorum, orationū
„ jaculatoriarum, aut vocalium, saltem per duas horas in diem, &
„ noctem orationibus mentalibus sese exercendò, faciendò eodem
„ tempore confessionem generalem, aut annualem, vel ordina-
„ riā, SS. Eucharistie Sacramentum sumpserint, aut Missam cele-

„ celebraverint quoties pro quolibet prædictorum exercitiorum
 „ plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgenti-
 „ am, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

778,, §. 11. Præterea iidem Religiosi intra claustra viventes, qui
 „ suam Ecclesiam devotè visitaverint, &c, ut præfertur, oraverint,
 „ consequantur easdem Indulgencias, quas visitantes Ecclesiæ
 „ Urbis, & extra eam diebus Stationum consequuntur, in omni-
 „ bus diebus perinde, ac si ipsas Urbis Ecclesiæ personaliter visi-
 „ tarent.

779,, §. 12. Omnibus item Religiosis intra claustra, ut suprà,
 „ viventibus, qui qinqüies Orationem Dominicalem, & toties
 „ Salutationem Angelicam ante Altare eorum Ecclesiæ orave-
 „ rent, in quolibet die quinque annos, & totidem quadragenas.

780,, §. 13. Iis verò, qui de suorum Superiorum licentia in itine-
 „ re existentes, aut extra claustra degentes, tanquam Prædica-
 „ res, & Lectores, qinqüies Orationem Dominicam, & toties
 „ Salutationem Angelicam ante quodlibet Altare similiter dixe-
 „ rint, etiam quinque annos, & totidem quadragenas.

781,, §. 14. Necnon etiam eisdem Religiosis, qui per mensem in-
 „ tegrum singulis diebus spatiō mediae horæ orationem mentalem
 „ fecerint, ac confessi, & sacrâ communione ultimâ Dominicâ
 „ mensis hujusmodi refecti fuerint, sexaginta annos, & totidem
 „ quadragenas.

782,, §. 15. Qui verò contritò corde, & pœnitentes eorum culpas
 „ & peccata, ac imperfectiones in capitulis culparum accusabunt,
 „ & spiritualiter communicabunt, & exercitium virtutum faci-
 „ ent, tres annos, & totidem quadragenas.

783,, §. 16. Quotiescumque autem de licentia Summi Pontificis,
 „ aut suorum Superiorum in ditiones, & terras infidelium, aut
 „ hæreticorum ad concionandum, aut Catholicos docendum, vel
 „ Infideles, & hæreticos ipsos ad fidem Catholicam converten-
 „ dum, & Ecclesiæ gremio reducendum missi fuerint, si pœniten-
 „ tes, & confessi, ac Sanctissimâ Communione refecti fuerint, vel
 „ Missam celebraverint, ut melius ad hujusmodi opus se se parare
 „ valeant, pro duabus vicibus, videlicet quando itineri se accin-
 „ gent, & quando in Provinciam, ubi prædicta opera eis exercenda
 „ erunt, ingressi fuerint, Plenariam omnium peccatorum suorum
 „ Indulgientiam, & remissionem misericorditer in Domino pari-
 „ ter concedimus, & elargimur.

784,, §. 17. Et insuper cum Superior in visitationibus generali-
 „ bus

„ bus orationes quadraginta horarum pro bono visitationis progressu collocare voluerit, iis Religiosis, qui di&is Orationibus saltem spatiō duarum horarū in diverso tempore interfuerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, Romani Pontificis, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, neconon disciplinæ, & observantiae regularis augmento, pias ad Deum preces, ut suprà dictum est, effuderint, si confessi, & sacrâ communione refecti fuerint, aut Missam celebraverint, plenariam similiter omnium peccatorum Indulgenteriam, & remissionem, ut præfertur, concedimus.

§. 18. Volumus autem, ut omnes supradictæ Indulgenteriae,⁷⁸⁵
„ & gratiæ Religiosis Regularibus cuiusvis Ordinis tam Monasticis, quam Mendicantis duntaxat, ut præfertur, concessæ, hujusmodi etiam Monialibus cuiusvis regulæ approbatæ, & intra claustra cum tribus votis solemnibus viventibus, & perpetuam clausurā servantibus tam Ordinariis locorum, quam etiam Regularibus cuiuscunque Ordinis, regulæ, & Instituti subjectis suffragentur. Præsentibûs perpetuis futuris temporibûs duraturis.

§. 19. Cæterùm omnes, & singulas Indulgenterias quibus,⁷⁸⁶
„ cunque Ordinibus, & Institutis regularibus hujusmodi, etiam Mendicantibus, & quibuslibet personis Regularibus tam vigore privilegiorum, & litterarum Apostolicarum, quam vivæ vocis oraculō, aut aliàs quôvis modō per quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos, & Apostolicam Sedem hactenus concessas, & confirmatas, & approbatas & innovatas, authoritate & tenore prædictis perpetuò revocamus, cassamus, annullamus, abrogamus, & ad præsentium nostrarum Litterarum præscriptum reducimus, & moderamur.

§. 20. Non obstantibûs quibûsvis constitutionibûs, & ordinationibûs Apostolicis, ac eorundem Ordinū, & Institutoru Regulariū, etiam juramētō, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboris, statutis, & consuetudinibûs, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam Mare magnum, & Bulla aurea nuncupatis, eisdem Ordinibus, & institutis, eorumque Monasteriis, Conventibus, Collegiis, Domibus, Superioribus, & personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes,

„ mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, tenores hujus-
 „ modi præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes,
 „ illis aliæ in suo robore permanuris, hâc vice duntaxat speciali-
 „ ter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscun-
 „ que.

788. §. 21. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam
 „ impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillis
 „ alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis,
 „ eadem fides habeatur ubique, quæ præsentibus ipsis Originali-
 „ bus Litteris haberetur.
 „ Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die
 „ 23. Maij 1606. Pontific. nostri annô 2.

§. II.

Quædam observationes circa dictam Bullam.

789 Circa §. 3. & 19. advertendum 1. quod hic solum revocentur
 Indulgenciarum olim concessæ directe ipsis solis Religiosis, non
 vero concessæ tam Religiosis, quam aliis fidelibus, quæ acquiri
 poterant in eorum Ecclesiis, Confraternitatibus, aut Bulla Cru-
 ciata. Ita declaravit Cong. Episcop. 21. Augusti 1615. apud Ga-
 vantum in Man. Episc. verbô *Indulgenciarum n. 25.* his verbis: *Eccle-
 siis Regularium aliæ concessæ Indulgenciarum non fuerunt sublatæ per re-
 vocationem earum, quæ concessæ fuerunt personis ipsis Regularibus
 ante Paulum V.*

790 2. Advertit P. Vidal. noster *De Propos. damn. exam. t. n. 37.*
q. 1. n. 2. non fuisse hâc revocatione comprehensas Indulgencias
 concessas Tertiariis, qui substantialia Religionis vota non emit-
 tunt, ut constat ex decreto Innocentii XI. die 10. Octob. 1687. &
 concessas à Paulo V. posse per participationem ab eisdem Tertiariis
 obtineri, imò & omnes Indulgencias Ordinis, ac si ipsi Reli-
 giosi essent, ut patet ex alio ejusdem decreto die 15. Maii 1688.
 revocatas autem pro Religiosis nec Tertiarii, nec alii per comu-
 nicationem, aut participationem possunt lucrari, quia in rerum
 natura non sunt; quod autem non est, communicabile non est.
 Ita P. Vidal.

791 3. Idem censem, probabilius fuisse revocatas, quæ concessæ e-
 rant pro articulo mortis, non vero pro defunctis, quia morien-
 tes verè sunt Religiosi, non vero animæ in Purgatorio. Atque
 de Indulgenciis defunctorum, ait Bassæus verbô *Indulg. II.* fer-
 tur ita Paulus V. declarasse Congreg. S. M. Fulien. vivæ vocis o-
 raculô Card. Bandino die 23. Feb. 1609. Circa

Circa §. 7. notat idem Vidal, quod in Festo Principali Ordinis etiam extra claustra (secundum regulas obedientiae tamen) 792 degentes possint eadem Indulgenciæ gaudere, quia tales adhuc censentur moraliter in monasterio commorari juxta communem ex cap. *Confuet. De Clericis non residentibus in 6. & Trident. Sess. 22. c. 2. de Reform.* Ita Vidal.

Circa §. 10. dubitat Idem, in quonam sensu illa verba, Pro 793 quolibet prædictorum sumi debeant; an ita, ut quoties aliquis intra eosdem dies Exercitiorum legit Missam, aut S. Eucharistiam sumit, acquirat Indulgenciam Plenariam; vel an solùm, quotiescumque fecerit Exercitia, semel? Hoc secundum videtur probabilius, & usitato sensui accommodatius. Item advertendum, Alexandrum VII. pro Fratribus Minoribus Observantibus, & Reformatis hæc Exercitia spiritualia reduxisse ad 8. tantum dies in Bulla: *Cum sicut nobis 11. Junii 1659.*

Circa §. 11. & 12. notat P. Bassæus ibidem, quod easdem In 794 indulgentias etiam infirmi, & decrepiti Religiosi, qui non possunt adire Ecclesiam, in lectulis quoque suis possint adipisci, dummodo aliquod opus pium arbitrii Confessarii peragant, prout, ut ille ait, declaravit ipse Paulus V. Congregationi S. M. Fulien. anno 1609. Circa §. 11. ultrà notandum, quod quævis in eo concedantur Indulgenciæ Stationum Urbis Romæ, & extra eam diebus Stationum tantum, in missali assignatis, quemadmodum etiam delaravit Innocent. XI. in Decreto: *Deletæ sèpiùs*, edito 7. Martii 1678.

Nihilominus possunt Religiosi S. Franc. Seraphici singulis diebus lucrari Indulgencias Portiunculæ, Jerosolymis, & Compostellæ acquisibiles; & proinde quoad hoc etiam magna Indulgencia Stationis SS. Sacramenti viget, concessa à Leone X. quæ in praesenti revocatoria Pauli V. Bulla non intelligitur annullata, ut post Lantuscum probat P. Kazenberger in *Supplemento Theolog. Sacrament. Patris Sporer c. 3. n. 88. & seqq.* ubi etiam hanc Indulgenciam confirmat ex particularibus Rubricis novissimi Breviarii Franciscani n. 88. quæ Rubricæ sunt confirmatae ab Innocentio XII. Jam igitur cum Leo hanc Indulgenciam concederit pro omnibus Regularibus, sequitur, quod eam etiam defactò omnes lucrari possint.

Notanda est demum Propositio 37. ab Alexandro VII. datum 795 nata: *Indulgenciæ concessæ Regularibus, & revocatæ à Paulo V. sunt revalidatæ. Ex cuius Propositionis proscriptione aliqui inferunt,*

368 Caput XXIII. De Indulgentiis Ordinis Prædicat. &c.
runt, etiam illam magnam Indulgentiam Stationis SS. Sacramen-
ti expirasse; sed alii contrarium sentiunt., ut n. præcedenti vi-
sum est.



C A P U T X X I I I .

De Indulgentiis Ordini Prædicatorum propriis.

§. Unicus.

Indulgenciæ Religiosis Ordinis Nostri tantum
concessæ.

796. 1. Lemens X. ut habetur in Actis Capituli Generalis
sub Reverendissimo P. Thoma de Rocaberti anno
1670. celebrati denunc. 15. Toti nostræ Religioni, sin-
gulisque ejus alumnis utriusque sexus, etiam Tertii Or-
dinis, Pastoralem suam Benedictionem. Et quamquam à S. Sede
jam pridem Indulgentia plenaria specialiter pro mortis articulo iisdem
concessa fuerit, attamen pro nostra omnium firmiori consolatione denuo
illam favore singularissimè impertivit.

797. 2. Idem Beatissimus Pater Ordini universo, & singulis ejus pro-
fessoribus utriusque sexus indulxit pro unica vice particulare Jubile-
um, quod liceat unicuique ex nostris eligere semel idoneum Confessarium,
per quem Apostolicâ autoritate ab omnibus tum casibus, tum censuris,
quomodo cunquereret reservatis, validè in interiori foro absolvatur. Ibidem.

798. 3. Pius V. prout denunciatur in Capitulo Generali Barcino-
næ 1574. omnibus Fratribus, & Sororibus Ord. nostri, recitanti-
bus devotè Officium B Virginis, quando non tenentur, concessit
pro qualibet vice centum dies Indulgenciarum (id refertur etiam in
Constit. nostris Dist. 1. c. 1. C.) dicentibus autem Vigilias mor-
tuorum, aut Psalmos Pœnitentiales, aut Psalmos Graduales,
quinquaginta dierum Indulgentiam. Jasinski verbô Indulg. lit. C.

799. 4. Qui dixerint Coronulam B. V. compositam à Ven. P. Jor-
dano, id est Salutationē Nominis B. Mariæ, quæ incipit ab Hym-
no Ave Maris Stella, lucrantur Indulgencias centum dierum à
Gregorio XIII. concessas, per Bullam, quæ incipit: Quæ Christi
datam

* Ambæ gratiæ, pro tempore illius Capituli solù concessæ, jam expirarunt.

Caput XXIV. De Indulgentiis Ordinis Prædicatorum 369
datam Romæ 11. Decemb. 1584. Ita Chronicon Magistrorum
Generalium c. 4. in fine; ideoque istæ Indulgentiæ, & præceden-
tes à Paulo V. non sunt revocatæ, cùm non sint concessæ omnibus
Religiosis in communi, sed Ordini Prædicatorum tantum.



C A P U T X X I V.

**D e Indulgentiis Ordinis Prædicatorum
tam ipsis Religiosis, quam aliis fidelibus
communibus.**

§. L.

**Indulgentiæ tempore Missionis, & Capituli
Provincialis.**

Ro tempore Missionis, Clemens IX. tum ipsis Missio-800
nariis Ordinis nostri, tum iis populis, ad quos missi
sunt, Apostolicam Benedictionem, & plenariam In-
dulgentiam pro una vice tantum tempore cuiuslibet
Missionis impertitur, si confessi, sacrâ Communione refecti, pro
S. Romanæ Ecclesiæ exaltatione, Principum Christianorū unione,
Infidelium conversione, & hæresum extirpatione, prout unicuique
suggeret devotionis pias ad Deum preces effuderint. Et hoc quoad
Indias ad 15. annos, quoad alias Regiones ad septennium tantum.
Et Apostolicam Benedictionem non possunt iidem Patres confe-
re, sed tantum intimare. Ita Acta Capit. Gen. Romæ celebrati
sub Thoma Rocaberti an. 1670. Denunciat. 12. Crediderim
autem hanc Indulgenciam elapsò septennio renovari, cùm adhuc
in nonnullis partibus Missiones habeantur.

Pro tempore Capituli Provincialis in iisdem A&is Denunc. 801
14. in memoriam revocatur Breve Bonifacii Papæ IX. incip. *Licet
is, de cuius munere, sub dat. Romæ 12. Cal. Martii quō omnibus visi-
tantibus Ecclesiæ Conventuum Ordinis, in quibus contigerit ce-
lebrari Capitulum Provinciale, per totum tempus, quō durat,
concedit easdem Indulgencias, quæ sunt in Ecclesia S. Mariæ de
Portiuncula propè Assissium, easdēmque impertitur opem fere-
tibus*

370 *Caput XXIV. De Indulgentiis Ordinis Prædicatorum*
tibus hujusmodi Capitulis, & omnibus Fratribus nostris eisdem
assistantibus: necnon potestatem facit Priori Provinciali eligendi
quatuor ex suis Fratribus pro audientia confessionum per illud
tempus, qui absque consensu Episcopi valeant absolvere à qui-
buscumque casibus quascunque personas, causâ hujusmodi Indul-
gentiæ consequendæ, ut ex sequenti Brevi constabit:

Constitutio Bonifacii IX.
BONIFACIUS EPISCOPUS.
Servus Servorum Dei.

Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem, &
Apostolicam Benedictionem.

Licet is, de cuius munere venit, ut sibi à suis fidelibus dignè, &
laudabiliter serviatur, de abundantia suæ pietatis, quæ merita supplicum
excedit, & vota, bene servientibus sibi multò majora tribuat
quam valeant promereri; nibilominus tamen desiderantes Domino po-
pulu reddere acceptabilem bonoru operum scelatorem, fideles ipsos ad
complacendū sibi, quasi quibūsdā allelticūs muneribūs (*Indulgentiis*
scilicet, & remissionibūs) invitamus, ut exinde reddantur divinæ gra-
tiæ aptiores. Cupientes igitur, ut Ecclesia, apud quam per dilectos
filios Piores, & Fratres Ordinis Prædicatorum Provinciale Capi-
tulum pro tempore celebrari contigerit, congruūs honoribūs frequentetur,
& etiam conservetur, ipsique Piores, & Fratres benignè pertracten-
tur, & congruē sustententur, & ut Christi fideles eō libentiūs causa de-
votionis confluant ad eandem Ecclesiam, & ad ejus conservationem,
nec non Priorum, & FF hujusmodi sustentationem manus promptius
porrigant adjutrices, quod ex hoc ibidem dono Cœlestis gratiae uberioris
conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beato-
rum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus verè
pœnitentibus, & confessis, qui quotiescumque, & ubique in perpe-
tuum hujusmodi Capitulum celebrari contigerit, eandem Ecclesiam
tempore, quod Capitulum Provinciale hujusmodi celebrabit, à pri-
mis vesperris diei, quod Capitulum ipsum celebrari inchoabitur, usque
ad octo dies inclusivè immediatè sequentes, devotè visitaverint, & ad
conservationem, & sustentationem hujusmodi manus porrexerint adju-
trices, singulis videlicet octo dierum prædictorum diebus, quibus Ec-
clesiam ipsam visitaverint, & adjutrices manus porrexerint (ut pre-
fertur) ac etiam Prioribus, & Fratribus, qui hujusmodi Capitulo in-
terfuerint, illam Indulgentiam, & remissionem peccatorum concedimus
auctorita-

tam i psis Religiosis, quād̄m aliis fidelibus communib⁹.

372

auctoritate Apostolica, quam visitantes Ecclesiam B. Mariæ de Portiuncula, aliter dictam de Angelis, extra muros Assisinat. pri-
mō, & secundō diebus Augusti, quomodolibet consequuntur. Et insu-
per ut Christi fideles bujusmodi, ad eandem Ecclesiam tempore cele-
brationis Capituli præfati, per octo dies prædictos (ut præfertur) con-
fluentes, conscientiae pacem, & animarum salutem (Deo propitiō) con-
sequantur, Indulgencie bujusmodi melius participes esse possint, beni-
gnius agere volentes, Præsidenti bujusmodi Capituli, qui pro tempore
fuerit, ut quatuor Fratres idoneos Presbiteros dicti Ordinis professo-
res, in Confessores eligere possit, ac etiam deputare, (Ordinarii loci li-
centia minime requisita, seu obtenta) qui confessiones quarumcunque
personarum, Ecclesiam prædictam causā bujusmodi Indulgencie con-
sequendae visitantium, per ipsos octo dies duntaxat audire, & eisdem
confessionibus diligenter auditis, eisdem personis pro commissis absolu-
tionem debitam impendere valeant, & injungere penitentiam salutarem,
nisi forsan talia fuerint, propter quæ Sedes Apostolica sit meritò
consulenda, auctoritate prædicta concedimus per præsentes. Nulli
ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum XII. Kal. Martii, Pontifi-
catūs nostri annō XII. seu ann. 1402. & consequenter ante Concilium
Tridentinum.

Cæterū facultas prædicta concessa Priori provinciali eli-
gendi, & deputandi ad Confessiones quatuor ex suis fratribus abs-
que licentia Episcopi, qui possint absolvere &c. revocata est per
Concilium Tridentinum, imò per Breve Urbani VIII. incip. In
plenitudinem dat. Romæ annō II. sui Pontificatus, remanente ta-
men in suo robore prædictō Brevi Bonifacii quoad Indulgencias
S. Mariæ de Portiuncula, nostris Ecclesiis communicatas tem-
pore Capituli Provincialis, necnon quoad absolutionem à reser-
vatis Sedi Apostolicæ, ut suprà. Hucusque Acta Capituli. Sed fa-
cultas absolvendi à reservatis videtur sublata à Clemente XII. vi-
deantur dicta n. 576. Hujus Indulgencie etiam obiter meminit
P. Vidal tract. de Prop. Dam. exam. II. n. 37. q. 1.

Duo h̄c observo, unum, quod hauc Indulgenciam etiam il-
li acquirant, qui visitant confessi Ecclesiam nostram, et si nullam
elargiantur eleemosynam, ita enim intelligunt Acta Capituli
positum Breve verbis immediate ante illud positis. Alterum,
quod hæc Indulgencia tantum semel die placitō, & non toties quo-
ties eodem die possit obtineri, cùm juxta dicta n. 466. Indulgencia
plenaria non applicabilis defunctis (qualis est præsens) semel
tantum in die possit lucrificeri: nec etiam potest acquiri singulis
diebus,

372 Caput XXIV. De Indulgentiis Ordinis Prædicatorum
Diebus, hoc enim Breve non dicit, sed sed concedit solum intra
octo dies posse acquiri Indulgentiam, quod denotat tantum unicam.

§. II.

Indulgentiæ profestis Sanctorum, & Beatorum Ordinis.

804 IN festis Sanctorum Canonizatorum, & festo Omnim Sanctorum 9. Novemb. (ut colligitur ex §. 24. Bullæ: *Preciosus mox ponendō*) quolibet anno in perpetuum in Ecclesiis nostris sunt Indulgentiæ plenariae tam pro Religiosis nostris, quam pro quacunque fidei, qui confessi, & communicati à primis Vesperis festorum usque ad occasum solis alterius diei Ecclesiæ nostras visitaverint, & pro S. Matre Ecclesia de more oraverint. Ita P. Jasiński verbō *Indulgentiæ*. Duodecim autem fastis Sanctorū adscriptos numerat Ordo noster, nempe S. Raymundum de Pennafort, cuius festum in Ordine celebratur 23. Januarii, S. Thomam Aquinatem 7. Martii, S. Vincentium Ferrerium 5. Aprilis, S. Agnetem de Monte Politiano 20. Aprilis, S. Petrum Martyrem 29. Aprilis S. Catharinam Senensem 30. Aprilis, S. Pium V. Pontificem M. 5. Maii, S. Antoninum Archiepiscopum Florentinum 10. Maii, S. P. Dominicum 4. Augusti, S. Hyacinthum 16. Augusti, S. Rosam Limanam 30. Augusti, S. Ludovicum Bertrandum Apostolum Indiarum 10. Octobris. Item eadem Indulgentiæ pro iisdem concedi solent pro uno die, dum aliquis è nostris Beatificatur, aut de Beato primâ vice Officium celebratur.

805 Iisdem diebus sunt etiam Indulgentiæ in Ecclesiis Monialium nostrarum Ordini subjectarum etiam pro omni fidei; in Ecclesiis vero Monialium non subjectarum Ordini nullæ sunt Indulgentiæ, nec pro ipsis Monialibus quidem, prout à Sede Apostolica declaratum, mihiq̄e intimatum fuit. In festo tamen S. P. Dominici, cùm sit Festum Principale Ordinis, ipsæ solum, non vero Sæculares, habent Indulgentiam plenariam, si tamen clausuram servent, ut dicitur in Bulla Pauli V. §. 7. & 18. n. 774. & 785.

806 Quandocunque autem propter aliquid impedimentum festum Sancti Ordinis nostri, habens Indulgentiam concessam, transfertur in aliud diem, transfertur etiam Indulgentia ad diem celebrationis illius. Hoc apud Jasiński ibidem concessit Clemens VIII. & confirmavit Benedictus XIII. in Bulla *Preciosus* §. 24. cuius verba digna sunt, quæ audiuntur.

tam ipsis Religiosis, quam aliis fidelibus communibus. 373
Illud indulsum (ait Pontifex) Ordini Prædicatorum alias im-
partitum à Leonē X. in Const. — Exposuit Nobis — 23. Julii 1518.
quod scilicet quoties Festivitates SS. Dominici, Petri Martyris,
Thomæ de Aquino, & Catharinæ Senen. & Octavarum earundem
celebrationes qualibet ex causa, etiam extra tempus interdicti,
transferrentur, etiam Indulgenciarum, Ecclesiis visitantibus in Fe-
stivitatibus hujusmodi, & per earum octavas pro tempore conce-
sse, ad tempus celebrationis hujusmodi sint, & censeantur trans-
latæ, Autoritate Apostolica approbantes, innovantes, & de novis
concedentes, ut supra, par ratione extendimus ad alias Festivita-
tes aliorum ejusdem Ordinis Sanctorum Fastis adscriptorum, vel in-
posteriorum adscribendorum, & ad Festum omnium ipsius Ordinis Sanc-
torum, quod die 9. Novemb. celebrari solet, atque ad Octavas, &
Indulgencias pro eisdem à Prædecessoribus Nostris, vel à Nobis hac-
census concessas, ac quandocunque concedendas: ac etiam ad Festum
& Octavam Sanctissimi Rosarii, quoties ob occurrentes majores Festi-
vitates, vel alias causas transferri contingat.

In quibusdam locis ex speciali Sedis Apostolice Indulso, 6807
festum S. Catharinæ Senensis incidit in diem ferialem, transfe-
runtur Indulgenciarum in Dominicam sequentem.

Non possum hic non notare illos Scriptores, qui ad augen-808
dum numerum Indulgenciarum Sodalitatis SS. Rosarii, etiam in-
ter easdem rejecerunt Indulgencias Festorum Ordinis nostri, unde
factum est, quod multi credant, east tantum à Sodalibus Rosaria-
nus acquireti posse, & non etiam ab aliis; quodque institutæ So-
dalitate Rosarianæ etiam istæ aliis Ecclesiis communicentur, &
sicut inauditi, quod tales in quadam Ecclesia Parochiali, ubi erec-
ta est Confraternitas, soleant promulgari. Sodalitas Rosaria-
na, prout hucusque vidimus, veras, authenticas, easque prope in-
finitas habet Indulgencias, quare non indiget commentitii. Sci-
endum igitur est, quod Indulgenciarum istæ non sunt Sodalitatis, sed
Ordinis, unde tantum sunt in Ecclesiis nostris à quocunque fide-
li consequibiles, nulloque modò aliis Ecclesiis communicabiles,
ut jam superius n. 551. monui.

§. III.

Indulgenciarum pro quindecim diebus Martis ante Fe-
stum S. Patriarchæ Dominici.

D Urum jam inventum est illud devotionis genus, quod in ho-809
norem S. Patris Dominici pii ipsius clientes quindecim die-
bus

374 *Caput XXIV. De Indulgentiis Ordinis Prædicatorum*
būs Martis, Festum Ipsiūs præcedentibūs, jejunant, confitentur,
& communicant, devotio autem hēc peragit in diebus Martis
D. Dominico dicatis, cùm sacrum ejus Corpus binā vice Bononiæ,
coruscantibūs diversis miraculis, fuerit its diebūs translatum.
Devotionem hanc Sancto Patriarchæ acceptam esse, probant luculenter gratiæ, quas sibi devotis à Deo impetravit, &
gratiōsē dispensavit. Hinc & eam sancta approbavit Ecclesia, &
nuper Benedictus XIII. specialibūs Indulgentiis condecoravit. En Bullam, & Indulgentias ex P. Venturini tom. 1. fol. mibi 269.

BENEDICTUS PP. XIII.

*Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis salutem,
& Apostolicam Benedictionem.*

Cùm sicut accepimus, in diversis Orbis Christiani partibus pia erga S. Dominicum Ordinis Fratrum Prædicatorum Fundatorem, & Rosarii Beatæ Mariæ Autorem devotio introducta fuerit, prout de præsentietiam vget, quā permulti Christi fideles tertius feriis quindecim hebdomadarum in anno peccata sua confiteri, ac Sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum sumere, necnon ipsā tertiat feriā, aut die, illam immediatè antecedente, jejunare consueverunt; Nos, ut de ceteropium opus bujusmodi fructuosis peragatur, & ad augendam Fidelium Religionem, & Animarum salutem, cælestibus Ecclesiæ thesauris piâ charitate intenti; omnibus, & singulis Christi fidelibus, qui de cetero verè pœnitentes, & confessi in aliqua dicti Ordinis Ecclesia, unā ex prædictis feriis tertiiis, per eos ad suilibitum eligendā, Sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum verò sumpserint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, bæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel in anno omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. In reliquis verò feriis tertiiis bujusmodi, eisdem Christi fidelibus etiam verè pœnitentibus, & confessis, ac S. Communione refectis, in Ecclesia prædicta, & ibidem orantibus, ut præfertur, quā feriā prædictarum id egerint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitiss pœnitentiis in forma Ecclesiæ consuerā relaxamus. Præsentibūs ad septennium, quo ad Indias verò ad quindecim annos tantum valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint, utque præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptiis, & sigille

tam ipsis Religiosis, quam aliis fidelibus communibus. 375
gillō personae in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem pror-
fus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent ex-
hibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscæ-
toris die 19. Jan. 1726. Pontificatus nostri An. II.

Fr. Card. Oliverius.

Requiritur ergo ad has Indulgentias consequendas confessio, 810
communio in aliqua Ecclesia nostra, jejunium die lunæ, aut
Martis (ad quod meo videri sufficit unica refectio, licet cum
carnibus) Oratio pro Ecclesia, continuatio, & quidem per 15.
dies, Festum S. Dominici præcedentes; aliò ergo tempore hæc
sancta devotio peracta dictas Indulgentias non haberet. Si tamen
Festum S. P. Dominici incideret in diem Martis, posset eò die
decimaquinta confessio peragi. Indulgentiaz quoque quolibet
septenniò renovantur.

§. IV.

Indulgentiaz pro 7. diebus Veneris ante Festum
S. Vincentii Ferrerii.

S Imilis, sed brevior devotio solet etiam haberi erga S. Vincen- 811
tium Ferrerium Ordinis Prædicatorum ævi nostri Thau-
maturgum, quæ ante ejus Festum, quod incidit in 5. Aprilis, per
7. dies Veneris solet institui, per quam etiam magnas ab eodem
Sancto gratias impetrari est in comperto. Dies autem Veneris
honori ejus dedicatus est, quia tali die ad vitam perrexit immor-
talem. Pro hac igitur devotione concessit Indulgentias Bene-
dictus XIII. sequenti Bulla:

BENEDICTUS PP. XIII.

Universis Christi fidelibus præsentes Literas inspec-
turis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cùm sicut accepimus, in Ecclesiis Fratrum Ord. Prædicat. pia
erga S. Vincentium Ferrerium, præsertim in septem Feriis sextis ejus-
dem Sancti Festum immediate præcedentibus, devotio introducta
fuerit, prout de præsenti etiam viget. Nos ad eam confovendam, &
augendam fidelium Religionem, ac animarum salutem, cælestibus Ec-
clesiae thesauris pia charitate intenti: omnibus, & singulis utriusque
sexus Christi Fidelibus, verè paenitentibus, & confessis, ac sacrâ Com-
munione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis dicti Ordinis in una ex præ-
dictis

376 *Caput XXIV. De Indulgentiis Ordinis Prædicatorum*
dictis feriis sextis per eos ad suum libitum eligenda, devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, Hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel in anno omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. In reliquis verò feriis sextis bujusmodi iisdem Christi Fidelibus, verè pariter pœnitentibus, & confessis, ac S. Communione refectis, aliquam ex prædictis Ecclesiis, ut suprà, visitantibus, & ibidem orantibus, qua feriâ prædictarum id egerint, septem annos, & totidem quadragenadas in iunctis eis, seu aliâs quomodolibet debitissimis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consuetâ relaxamus: præsentibus ad septennium tantum valituras. Volumus autem &c. ut suprà in Bulla de devotione erga S. Dominicum. Die 6. Febr. 1726.

§12 Requiritur ergo Confessio, & Communio in Ecclesia Ordinis 7. diebûs Veneris ante Festum S. Vincentii Ferrerii continuè peragenda, adjunctâ oratione pro Ecclesia consuetâ. Inter dies Veneris computari non debet dies Parasceves, cum in eo non sit licitum communicare sanis. Arbitror pariter, quod pro Festo S. Vincentii debeat etiam intelligi Festum translatum, sëpè etenim Festum ordinarium 5. Aprilis propter Hebdomadam Sanctam, & Octavam Paschæ impeditur, & transfertur in alium diem post dictam Octavam: tunc ergo confessiones debent peragi 7. diebûs Veneris ante Festum translatum, cum prout n. 806. dictum est, translatô festô Indulgentiæ annexæ transferantur. Quod si autem ipsum festum evenerit in die Veneris, hæc dies poterit pro septima reputari. Indulgentiæ hæc similiter omni septennio infallibiliter renovantur.

§13 Hoc Festum extra Ordinem nostrum non est amplius ad libitum, sed ex ordinatione Clementis XI. per universam Ecclesiam de præcepto, & Benedictus XIII. 5. April. 1726. præcepit illud sub ritu Duplici celebrari.

§. V.

Indulgentiæ Antiphonæ *Salve Regina*, in Ecclesiis
Prædicatorum solitæ decantari, concessæ.

§14 *P*aulus V. (prout fuit denunciatum in Capitulo Generali Romæ 1608.) concessit Indulgentiam ducentorum dierum, omnibus Regularibus, & Sæcularibus, qui interfuerint in Ecclesiis nostris, dum cantatur *Salve Regina*. Ita Jasinski verbo *Indulgentiæ*,

tiæ, & Declarationes Sac. Constitutionum nostrarum Dist. I. c. I. textu 3. lit. K. Cantatur autem hæc Antiphona singulis diebus publicè in Ecclesiis nostris post Completorium, & devota hæc cantandi consuetudo paulò post fundatum Ordinem introducta fuit à Ven. P. Jordano II. à S. Dominico Ordinis Generali. Cùm etenim orcus novum Ordinem mirum in modum florere, ac indies dilatari ferre non posset, totò conamine eum demoliri, ac disperdere aggressus est: hinc præsertim novitios nocturno tempore spectris, ac terriculamentis infestavit eō fine, ut multi eorum de Ordine resilirent, sique Ordo tali modō penitus extirparetur. Ita actum est Parisiis præsertim cum Fratre Parisio Regis Navarræ Filio; tam funesta rerum facies erat & inter novitios Bononiæ. Jordanus igitur Ordinis vix incepti ruinam pertimescens, ad B. Virginem singularem Ordinis Protektoratem confugit, opus ipsius tum ipse implorat, tum ab universo Ordine implorari præcipit, ordinatque, ut post Completorium devota illa Antiphona *Salve Regina* non jam, ut antea, in choro recitaretur, sed solemniter in Ecclesia decantaretur: quod ut primū factum est, omnis illa avernalís infestatio evanuit. Adeo verò Virgini Sacratæ hoc obsequii genus arrisit, ut cantui illi interesse non unā vice dignata sit, ut narrat Ven. P. Gerhardus de Fracheto in libro, quem de vitis Fratrum Prædicatorum scripsit, stylò quidem simplici, sed tam piō, (inquit Chronicon Magistrorum Gen. Ord. c. 7.) ut librum exornet, qui ornare tentaverit. Ex hoc pio Authore multa excerptis Collector Speculi M. Exemplorum, & quidem de *Salve Regina* sequentia Titulō B. M. Virgo, exemplō 24. 25. 26. cuius relationem, ne ego exornare velle videar, ad verbum reddo.

Marsiliæ, inquit ille, fuit Mulier multū devota, nomine, 815 & natione Lombarda, quæ dum quādam die stans in Completorio Fratrum fuisset singulari devotione affecta, in inceptione dulcis Antiphonæ, scilicet *Salve Regina*, fuit rapta in Spiritu, vidit quatuor admiranda, & nobis amanda, & cum multa devotione omnibus colenda. Vedit quippe ipsam Reginam misericordiæ, cùm Fratres dicerent: *Spes nostra salve*, ipsos dulciter resalutantem. Et cùm dicerent: *Eja ergo advocata nostra*, ipsam ante Filium pro Fratribus procidentem, & orantem. Et cùm dicerent: *Ilos tuos misericordes oculos ad nos converte*, vidit illam lætō, & columbindō vultu in Fratres respicientem. Post cùm cantarent: *Et Jam benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende*, vidit

378 Caput XXIV. De Indulgentiis Ordinis Prædicatorum
dit ipsam in ætate tenera gestantem Filium, omnibus, & singulis
cum multo gaudio protendentem. Hæc autem Mulier omnia dic-
ta suo Confessori maturo, & discreto distinctè, & cum multis la-
chrimis ennaravit.

§16 De alia nobili, devotissima, & Ordini nostro valde affecta
Matronâ nomine Maria de Tarascone narrat, quod sequitur:
Cùm ad eandem Ecclesiam (sitam pariter in Provincia, ubi cor-
pus S. Marthæ quiescit) audiendi Completorii causâ rediisset, &
Fratres illam dulcem Antiphonam *Salve Regina* cantarent, Re-
gina Virginum apparuit visibiliter monens, ut ab ejus pedibus
non recederet. Vidit ergo ipsam chori utramque partem lustran-
tem, singulis inclinare recantantibus, & juxta ceroferarios gra-
dum fistere usque ad finem orationis. Dehinc in cœlum rediens,
eam affectibus secum duxit: quæ sibi redditâ tantæ gustu dulcedi-
nis recreata, gratias humiliter retulit, in corde suo conferens
universa. Nam & per triduum in singulis Completoriis hanc ha-
buit visionem. Cæterum nec Sorori, nec aliis seriem facti ape-
riens, tanquam sensata, & tacita, clausa tenuit omnia, quæ vi-
dit, donec ægritudine vehementi confracta mortem, quam diu
salvâ Divini consilij dispositione optaverat, imminere præsen-
fit. Tunc verò mihi (id est P. Gerhardo) dehinc Sorori, & filio,
post Priori nostro Arelatensi, & tribus Fratribus cuncta per Ordin-
em ennaravit. Eodem tempore dicta Domina defuncta est, & in
cœmeterio Fratrum Arelati sepulta, quia Fratres Conventum in
Tarascone nondum habebant

§17 Aliud adhuc subjungit: Cùm circa quandam domum Sororū
(scilicet Ordinis S. Dominici) grando, & tempestas sata contere-
ret, Sorores perterritæ coruscationibüs Ecclesiam intrantes, *Sal-
ve Regina* cum multa devotione cantaverunt, Matrem Misericordia-
rogantes, ut eas, & terras suas, quibüs sustentabantur, sua
misericordiâ, ac pietate servaret. Mira res, sed ab eo facta, qui im-
perat ventis, & fulgura in pluviam fecit. Cùm etenim non so-
lum in circuitu, sed ferè ad iactum balistæ omnia sata grandine
contrita valde fuissent, vineæque destructæ; omnia, quæ Soro-
rum erant, per Dei gratiam, & B. Mariæ adjutorium salva, & in-
tegra remanserunt. Hucusque P. Gerhardus. Multa adhuc pos-
sem ex Chronicis adferre, sed proposita Opusculi brevitas non ad-
mittit.

De cæteris Indulgentiis simul.

I. **B**enedictus XIII. in Brevi: *Pretiosus* §. 12. confirmat omnes 818
Indulgencias, visitantibus Ecclesias nostras indultas, his
verbis: *Demum (confirmamus) Indulgencias quarumcunque alia-
rum Societatum, in Ecclesiis quibusvis Ordinis prædicti canonice errectarum, eisdem à prædicta Sede concessas, sicuti, & quaslibet Indul-
gentias Ordinis Ecclesiæ visitantibus à quocunque concessas; isque
addimus Indulgentiam quinque annorum, totidemque quadragenarum
singulis devotè deosculantibus Religiosum Habitum Ordinis benedictū.*

P. Thomas Nicolaus Venturini tomō 1. disc. 37. ex pluribus, 819
quos citat, Authoribus dicit sequentes Indulgencias visitantibus
Ecclesiam nostram concessas: primā medietate quadragesimæ sunt
3857. annorum, & 200. dierum Indulgencies, alterā medietate
usque ad Octavam Paschæ semper plenariæ toties quoties. In om-
ni festo 1340. añorum, 446. quadr. & 31. dierum. In diebus Do-
minicis quadragesimæ, Festo Resurrectionis, Ascensionis, Pen-
tecostes, & Trinitatis Indulgencies plenariae. Ita ille.

Veniā tamen tanti Doctoris Indulgencies istæ videntur mihi 820
de nullitate suspectæ: si enim juxta Bullam Pauli V. suprà n. 779.
positam nec Religiosi quidem nostri, visitantes Ecclesiam, majo-
rem quām 5. annorum Indulgentiam habeant; quō pa&ō habe-
bunt tot millium annorum extranei? Declaratum præterea est
à S. Congregatione, Indulgentiam plenariam posse tantum se-
mel in die lucrifieri, ut diēsum fuit n. 466. Ergo tales Indulgencies,
si unquam erant concessæ, videntur jam esse revocatae. Fortè
P. Venturini per dictas Indulgencias intelligit hīc Indulgencias
Stationum: sed tomō 3. in suo Catholico Peregrino adducit à
præsentibus diversas: & dictum præterea est n. 485. eas genuinè
sciri non posse. Nihilominus si iste numerus Indulgenciarum
fundatur in communicatione earum inter Regulares, non leve ha-
bet fundamentum: quāmvis enim suprà n. 192. adnotaverim, In-
dulgencies per communicationē esse abrogatas à Paulo V. Bullā n. 770.
positā, ut quidam volunt: multi tamen tūm Theologi, tūm Canoni-
stæ scribentes de communicatione Privilegiorum, & Indulgenciarum
inter Regulares, tenent etiamnum vigere aliqua um Indulgenciarum communicationem.

Crediderim igitur Pontificem per Indulgencias, visitantibus 821
Ecclesias nostras concessas, intelligere eas, quæ acquirūtur in Festis

280 *Caput XXIV. De Indulgentiis Ordinis Prædicatorum*
Sanctorum Ordinis; aut visitantibus Sepulchra Sanctorum, &
Beatorum nostrorum, quæ illis particularibus Ecclesiis sunt
indultæ. Quod si præter dictas adhuc alias confirmat, lubens
me pro hac vice, fateor, eas ignorare

Alias adhuc recenset laudatus Author, apud quem sit fides,
mihi enim eas funditus examinandi non est occasio.

822 2. Qui interest sermonibus sacris in Ecclesiis nostris, tres an-
nos, & centum dies Indulgentiarum habet.

823 3. Qui deferunt, etiam clam, benedictum nostrum habitum
(quod intelligo etiam de solo Scapulari) vel antequam decedant,
talem habitum induunt, vel curant se in tali habitu sepeliri, gau-
dent Indulgentiâ plenariâ. Pariter, qui deferunt habitum bene-
dictum, si quotidie 3. Pater, & Ave, unum quidem pro remis-
sione proprietum delictorum, alterum pro conversione peccato-
rum, tertium pro animabus in Purgatorio oraverint, recipiuntur
ad beneficia Ordinis, & fiunt participes omnium bonorum ope-
rum, quæ in toto Ordine nostro quotidie peraguntur.

824 4. Benedictum nostrum habitum, seu Scapulare, & Caputi-
um devotè osculantibus indulxit Benedictus XIII pro qualibet vi-
ce 5. annos, & 5. quad. verbis n. 8 & 8. relatis. Tantam autem ve-
nerationem inde Habitum noster fuit promeritus, quod ejus for-
ma ab ipsa B. Virgine fuerit Ven. Patri Reginaldo, uni ex primis
S. P. Dominici Sociis, demonstrata.

825 5. Qui audit Missam in Ecclesiis nostris, lucratur Indulgen-
tiā añorum 18. dierum 222. in quadragesima verò 138. añorū.

826 6. Qui permittit legi Missam in Ecclesiis nostris, 3084. an-
norū.

827 7. Qui in termino vitæ suæ curant se sepeliri in Ecclesiis no-
stris, ex concessione Leonis X. gaudent Indulgentiâ plenariâ.
Multis præterea tales gaudent suffragiis, tot scilicet tum privatî
tum publicis pro iis institutis orationibus, insuper Anniversariis,
quæ quotannis 12. Julii expressè pro quiescentibus in cœmeterijs
nostris celebrantur.

828 8. Benefactores seu Ecclesiarum, seu Religiosorum nostro-
rum, prout Medici, Advocati, Procuratores, Syndici, Eleemosynarii &c. fruuntur Indulgentiâ plenariâ in vita, & in morte,
& sunt participes omnium totius Ordinis bonorum operum. Ita
Venturini. Hoc tamen intelligendum puto, postquam ad bene-
ficia Ordinis, quæ merentur, fuerint assumpti modò consuetò.

829 9. Tandem qui per Litteras recepti sunt ad beneficia Ordini-

nis, præterquam quod ad participationem bonorum operum assumentur, semel in vita, & semel in morte ex concessione Innocentii VIII. lucrari poterunt Indulgentiam plenariam, sed à Sacerdote, modo, ut reor, supra n. 512. descripto applicandam. Ac iis totus Ordo singulis annis parentat; sic enim in S. nostris Constitutionibus dist. 1. c. 3. De suffragiis mortuorum statuitur: *A festo S. Dyonisi usque ad Adventum Domini pro anniversario Fratrum, Sororum, & Familiarium receptorum per Litteras ad beneficia Ordinis Clericus Psalterium, Sacerdos tres Missas, Laici quinquaginta Pater noster dicant.*

CAPUT XXV.

De Indulgentiis Rosariorum S. Birgittæ, & Jerosolymitanorum.

Beatum etiam apponere placet Indulgencias Rosariis Brigittinis, & Crucibus, ut vocant, Caravacensisibus, & Rosariis Jerosolymitanis concessas; solent enim & haec maximi fieri, imo & Rosariis nostris præponi: ut igitur horum omnium valor, & differentia videatur, loquamus de utrisque, & primò quidem de Brigittinis.

§. I.

Indulgenciæ Rosariorum S. Birgittæ.

DE his P. Kilianus Kazenberger Ord. Min. in suo Supplemen- 830
to Patris Sporer edito Salisburgi 1724. c. 3. sect. 2. q. 3. §. 3.
fol. mibi 113. ita scribit. Quod attinget Indulgencias Rosariis, seu
Coronis, quas B. Birgittæ vocant, à Summis Pontificibus con-
cessas, accepi Româ sequens summarium.

S. Mem. Leo X. Pontifex M. per Litteras incipientes: Ex
Clementi datas 6. Idus Julii anno 1515. concedit omnibus, & singu-
lis utriusque sexus Christi fidelibus, qui per, & super Rosaria, seu
Coronas S. Birgittæ devotè oraverint, pro qualibet oratione Do-
minica 100. dies, & totidem pro Salutatione Angelica, & pro
qualibet Symbolo, si dixerint, vel recitaverint, etiam 100. dies

Indulgenciarum, nec non pro quolibet Psalterio (id est Rosario, aut Corona quindecim decadum B. M. V.) super illis integrè per eosdem Christi fideles per se ipsos, aut cum socio, vel familiari, qui eandem Indulgentiam consequatur, dictò vel recitatò, 7. annos, & rotidem quadragenas.

831 SS. D. N. Clemens XI. Pontifex M. in suo Brevi incipiente: *De salute gregis* dato 22. Sept. 1714. concedit omnibus, & singulis utriusque sexis Christi fidelibus confessis, & communicatis, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione orantibus, qui quotidie per integrum annum Coronam S. Birgittæ, dummodo sit saltem 5. decadum, recitaverint, semel in anno, die per unumquemque Christi fidelem eligendâ, plenariam Indulgentiam omnium peccatorum, cum facultate etiam eandem plenariam Indulgentiam applicandi animabus in Purgatorio existentibus. Ad sucrandum hujusmodi Indulgentias requiritur, ut coronæ à Patribus Superioribus Monasteriorum, aut ab aliis Religiosis Ordinis Sanctissimi Salvatoris, seu S. Birgittæ ad id specialiter deputatis, sint benedictæ.

832 S. Congregatio Indulgenciis, & sacris Reliquiis præposita die 26. Novemb. 1714. censuit, permitti posse impressionem præsentis summarii Indulgenciarum concessarum coronis, quas vocant S. Birgittæ additâ declaratione, quod omnes aliae Indulgentiæ, quæ in præsenti Summario non continentur expressè, sint aut apocryphæ, aut nullæ, aut à SS. D. N. Clemente XI. revocatae per supradictum Breve datum 22. Sept. 1714.

833 Prohibet insuper eadem S. Congregatio, ne hujusmodi coronæ vendantur, aut alteri commodentur, & si secus fiat, declarat supradictas Indulgentias cessare, & nullius esse roboris, vel momenti. *Datum 4. Decemb. 1714.* Hucusque P. Kazenberger.

834 Similes Indulgentias concessit Benedictus XIII. in Bulla supra n. 420. posita Rosariis nostris, seu Dominicanis, & quidem à nostris Sacerdotibus benedictis, nempe ad quodlibet granum 100. dierum Indulgentias; sed declaravit, quod tantum orantes Rosarium pro quolibet Pater, & Ave eas lucentur, non verò orantes aliquid aliud; ut fideles eō magis ad recitationem Rosarii alliceret, quā restrictione Rosaria Birgittina non sunt affecta. Ceterum Indulgentia 7. annorum jam dudum erat concessa Sodalibus Rosarianis recitantibus tertiam Rosarii partem etiam absque Rosa-

Rosario benedicto, ita tamen, ut in hebdomada integrum compleant Psalterium, ut dictum fuit n. 501. Hoc totum ideo fecit Benedictus, quod nempe adverterit homines novitate ductos pluris Rosaria Birgittina, quam Dominicana estimare ob prædictas Indulgentias, ut refertur in Bullario Ordinis tom. 6. fol. 586.

§. II.

Indulgentiæ Crucibus, & Rosariis Jerosolymitanis concessæ.

DE his idem Author in eodem Opere c. 3. sect. 2. q. 2. assert. 835
2. §. 11. loquens ait, ab Innocentio XI. in Brevi: *Uuigeniti Dei Filii* 28. Jan. 1688. sequentes esse concessas.

Primò, quicunque apud se habuerit talem Crucem, vel Coronam, vel Rosarium, & saltem semel per septimanam Coronam Domini (*id est*, 33. *Pater, & Ave ad numerum Annorum ætatis Christi*) vel B. Virginis (*id est* 72. *Ave Maria ad numerum Annorum ætatis B. Virginis, in honorem 7. gaudiorum Ejus persolutis*) aut Rosarium, aut ejus tertiam partem, aut Officium Defunditorum, vel 7. *Psalmos Pœnitentiales*, vel *Graduale*s recitare, vel ignorantes erudire in fide Christiana, vel captivos in carcere, aut infirmos in hospitalibus visitare, vel pauperibus eleemosynā, aut aliò misericordiæ opere subvenire, vel Missam audire, vel si Sacerdos Missam celebrare consueverit, si verè pœnitens, confessus, & communicatus, & sequentibüs diebüs (videlicet Nativitatis Demini, Epiphaniæ, Ascensionis, & Pentecostes, SS. Trinitatis, Corporis Christi, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis & Nativitatis B. M. V. S. Joannis Baptistæ, SS. Petri & Pauli Apostolorum, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Philippi, & Jacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Judæ, Matthiæ, & omnium Sanctorum) Deum pro extirpatione hæresum, schismatum, augmento fidei Catholicæ, pace, & concordia Principum Christianorum, ac pro cæteris necessitatibus S. Romanæ Ecclesiæ devote oraverit, consequitur in singulis prædictis diebüs plenariam Indulgentiam.

2. Qui in articulo mortis suam animam Deo commendaverit, & dulcissimum Nomen IESU, si ore non potuerit, saltem corde devote invocaverit, & confessus, ac communicatus, vel si hoc fieri nequeat, totò corde de suis peccatis contritus fuerit, iuratur Indulgentiam plenariam.

3. Qui

§37 3. Qui opera suprà n. 1. specificata aliis diebus festivis (ibi non specificatis) Christi Domini, vel B. Virginis perfecerit, consequitur quolibet die 7. annos Indulgenciarum, & totidem quadrag. Si autem die Dominicâ, vel aliò anni festo perfecerit, lucratur 5. annos Indulgenciarum, & totidem quadragenar. aliis autem omnibus diebus totius anni, si perfecerit, lucratur 100. dies Indulgenciarum.

§38 4. Qui ad pulsum campanæ in Ecclesia mane, meridie, vel vesperi consuetam Antiphonam *Angelus Domini* &c. cum tribus *Ave Maria*, vel si hanc nesciat, unum *Pater*, & *Ave* recitaverit, lucratur 100. dies Indulgenciarum. Item qui datò signo orandi pro defunctis, Psalmum *De profundis*, aut, si hunc nesciat, *Orationem Dominicam*, & *Salutationem Angelicam* devotè recitaverit, lucratur 100. dies Indulgenciarum.

§39 5. Qui pro agonizantibus in hora mortis ad minimum unum *Pater*, & *Ave* oraverit, lucratur 50. dies Indulgenciarum. Item qui captivos in carcere, vel infirmos in hospitalibus visitaverit, & ipsis aliquo misericordia opere subvenerit, vel ignorantibus in Mysteriis fidei erudièrit, consequitur 200. dies Indulgenciarum.

§40 Has Indulgencias quilibet pro se lucrari potest, vel per modum Suffragii fidelibus defunctis applicare.

§41 Præter has Indulgencias Innocentius XIII. omnes alias annullavit, & strictè prohibuit, ne imposterum prædictæ Cruces, Coronæ, & Rosaria, aut publicè, aut secreto vendantur, vel quomodocunque commutentur, additâ declaratione, ne transcant personam illorum, quibus primâ vice distribuuntur, & quodd neque commodari, aut precari dari possint, & quodd aliquâ re ex prædictis deperditâ, pro ea subrogari altera non valeat. Quodd si secus fiat, prædictæ Cruces, & Coronæ careant Indulgencias jam concessis. Hucusque P. Kazenberger. Puto tamen, quodd, licet amittant Indulgencias, benedictionem tamen retinent, usque dum destruantur.

§42 Hæ autem Cruces, Coronæ, ac Rosaria (scribit præterea dictus Author) debuerunt attigisse sacratissima Terræ Sanctæ Loca, & sacras ibidem Reliquias existentes.

CAPUT XXVI.

De Benedictione S. Petri Martyris Ordinis Prædicatorum.



Uàmvis de Benedictione S. Petri Martyris agere sit extra scopum nostri Manualis; cùm tamen virtus ejus, & origo, licet celebris sit, paucis admodum sit plenè nota, de ista breviter pro coronide differemus.

Originem Benedictionis hujus reducit P. Ambrosius Capello 843 in fine Vitæ S. Petri Martyris, à se anno 1694. Græcii descriptæ, in solam præcellentem erga Sanctum istum Italicæ Gentis devotionem. Cùm à gloriofa S. Martyris morte digitus ipsius Placentiæ intingeretur in puteum, quem vivens adhuc fieri curaverat, aqua per contactum virtutem sanandi febres recepit, & pota multos ab hoc morbo liberavit: similem virtutem in aqua alterius putei Novocomi, ejusdem Sancti jussu effossi, febres sanandi etiam sine Sacrorum Lipsanorum contactu multi experti sunt. Arbor præterea, quam Sanctus Novocomi plantaverat, virtute sanandi prædicta reperta est; tempore item, quò Petrus ab hæreticis sicariis cædebatur, in adjacentibus agris è gramine, vitibus, & arboribus, quæ tum præcidebant coloni, recens sanguis stillatim prodiit: & cùm attoniti illud, quod portentum hoc significaret, inquirerent, gloriosum Martyrem sanguine profusè exanimem repererunt. Cùm verò nec aqua ex illis puteis, neque arbor illa ubique locorum haberi possit, benedictio tam aquæ, quam ramorum adinventa est, quâ à Deo gratia postulatur, ut eandem morbos sanandi, & quaæ mala avertendi virtutem iis per intercessionem, & merita S. Petri Martyris tribuat: qui novus ista benedicti usus ab Ecclesia non fuit reprobatus, sed potius ob tantas virtute aquæ benedictæ, & ramorum obtentas gratias, usu approbatus.

Aqua igitur Benedictione hac vim quascunque infirmitates 844 sanandi recipit, sicut & vermes, & alia nociva animalia, ab agris, hortis, & vineis, ubi fuerit aspersa, fugandi, prout homines fide dignissimi non semel ad S. Martyris gloriam sunt confessi, virtute hujus aquæ agros suos à devastantibus vermibus liberatos: ac prop.

propterea ingruentibus istis insectis certatim sibi aquam benedici à Conventu Neoclaustrali exposcunt. In formula vero Benedictionis ramorum petitur, ut ubicunque fuerint collocati, discedant dæmones cum suis ministris, & locus iste à documento tempore statum, intercedente eodem Sancti præservetur.

845 Hinc in Provincia Hungariae solent etiam fieri cruces è ligno, & eodem modò benedici: in uno latere scribuntur litteræ. S. P. M. O. P. N. (*qua de ora pro nobis*) tali formâ

S	P	I
O	M	notant,
P	N	Sancte Petre Martyr
C	E	ora pro nobis
O	D	& in altero latere scribi-
	O	tur in modum Crucis <i>Credo</i>
		quod etiam Sanctus iste, cum ex in-
		fido capiti suo lethali vulnere eum vox defecisset, neque posset amplius fidem linguâ profiteri, indicem suum in sanguinem è capite scaturientem intinxerit, eoque hoc verbum <i>Credo</i> in terra depinxerit. Quod autem nonnulli dicta verba per modum sigilli cerâ hispanicâ crucibus imprimant, solum fit ad adstruendam fidem, & ad parcendum labore, ne scilicet dicta verba calamô habeant depingere. In re autem dictæ litteræ nullò modo sunt necessariæ, cum nullibi præscribantur.

846 In nostris partibus cruces hæ plerumque fiunt ex salice, sicut & rami salicis solent ad benedictionem afferri; sed hoc pariter non est necessarium, sed possunt benedici cujuscunque demum arboris frondes, sicut, prout ex formula Benedictionis ramorum positæ in Breviario nostro, & Missali patet, alibi rami olivarum benedicuntur.

847 Monet etiam benè P. Capello, quod licet in festo Sancti Iohannes, nempe 29. Aprilis, ista soleant solemniter benedici; nihil tamen prohibet, quod minus etiam aliis per annum diebus benedicuntur, & ita ad repellendos vermes per æstatem homines aquam benedici permittunt.

Benedictio Aquæ.

848 Cum Reliquiis Sancti Petri Martyris ex Missali Ord. Præd. novo.

¶. *Adjutorium nostrum Eccl.* R. *Qui fecit celum, & terram.*

¶. *Domine exaudi.* R. *Et clamor meus ad te veniat.*

¶. *Dominus vobiscum.* R. *& cum Spiritu tuo.*

Oremus.

*Deus, qui ad salutem humani generis maxima quæque Sacra-
menta*

menta in aquarum substantia condidisti, adesto propitiis invocationibus nostris, & clemente huic aquæ, quod Beati Petri Martyris tui virtute consignamus, virtutem tuæ beneficitionis infunde: ut per interventum ejusdem Martyris tui sit fidelibus tuis in remedium salutare, dæmones ab eis ejiciens, morbos, ac infirmitates corporis, & animæ repellens: & præsta, ut quicunque eam sumpserint, vel eâ aspersi fuerint, ab omni adversitate animæ, & corporis liberentur, & utriusque hominis recipient sanitatem. Per Christum Dominum. R. Amen.

Oremus.

Immensam clementiam tuam, Omnipotens æterne Deus! humiliter imploramus: ut hos fidèles tuos, ad Reliquias Beati Petri Martyris devotè accedentes, & ejus suffragia postulantes, tuæ ineffabili virtute beneficere digneris: ut per interventum ejusdem Martyris tui, ab omni ægritudine mentis, & corporis liberati, tuaque hic, & ubique misericordia custoditi, & gratia salvati, post bujus quoque viae, ac vitæ cursum, ad æterna mereantur gaudia pervenire. Per Christum Dominum. Amen.

Benedictio Aquæ.

Ex libello Patris Capello.

¶. Adjutorium nostrum. ut suprà.

Oremus.

Dominus JESUS Christus, qui per suum sanctum Baptismum aquas Jordanis, necnon per suum sanctum Angelum moveri, & sanctificari jussit aquas piscinæ, ut, quicunque prius post motionem aquæ in eam descenderet, sanaretur de quacunque infirmitate, quæ teneretur; per suam ineffabilem misericordiam, atque per merita S. Petri Martyris sui beneficere, & sanctificare dignetur aquam istam: ut quicunque de ea biberit, de quacunque infirmitate, quæ tenetur, recipiat tam animæ, quam corporis sanitatem. Qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat per omnia sæcula sæculorum, Amen. Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Olivarum.

849

Ex Missali Ordinis.

¶. Adjutorium nostrum &c.

¶. Dominus vobiscum &c.

Oremus.

Domine JESU Christe, Fili Dei vivi, benefic Olivæ istæ supplicationibus nostris: & infunde eis, Domine, per virtutem Sanctæ

Cccc

æ

Sanctæ Crucis, & per intercessionem Beati Petri Martyris benedictionem cælestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: tamēque benedictionem signaculō sanctæ Crucis accipient, ut quibus cunque locis positæ fuerint, discedant principes tenebrarum, & contremiscant, & fugiant pavidi cum omnibus ministris suis de locis, vel habitationibus illis: Non ibi noceant fulmina, & tempestates, non fructus terræ consumat, aut desperat ulla intempories elementi, nihilque inquietet, aut molestet servientes tibi Omnipotenti Deo. Qui vivis. Aspergantur aquâ benedicta.

Benedictio Palmarum, vel aliorum Ramorum.

Ex eodem Missali.

V. Adjutorium nostrum, ut suprà.

Oremus.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, beneficere bos arborum ramos supplicationibus nostris: & infunde eis, Domine, per virtutem Sanctæ Crucis, & per intercessionem B. Petri Martyris benedictionem cælestem, qui triumphatus de hoste generis humani, per manus puerorum palmas, & arborum ramos in honorem tuum adhiberi voluisti: tamēque benedictionem signaculō Sanctæ Crucis accipient, ut in quibus cunque locis aliquid ex eis positum fuerit, discedant principes tenebrarum, & contremiscant, ac fugiant pavidi cum omnibus ministris suis, de locis, vel habitationibus illis: Non ibi noceant fulmina, & tempestates, non fructus terræ consumat, aut desperat ulla intempories elementi, nihilque inquietet, aut molestet servientes tibi Omnipotenti Deo. Qui vivis, & regnas &c. Aspergantur aquâ benedicta.

Benedictio Ramorum, & Crucum.

Ex Patre Capello.

V. Adjutorium nostrum, ut suprà.

Oremus.

Exaudi preces tuorum fidelium, Omnipotens Deus, ut, sicut Moysi famulo tuo in Helim monte, ubi erant septuaginta palmae, & duodecim fontes aquarum, propitius adfuisti; ita in solemnitate (sive commemoratione) Sanctissimi Petri Martyris tui, quam hodie colimus, adstanti devoto populo tuo adesse tuā immensā pietate digneris, & bos arborum ramos (seu cruces) quos in honorem tui præfati Martyris suscipere anhelat, beneficere digneris: ut, in quibus cunque locis, domibus, horis, vincis, campis, vel agris fuerint collocati, tuam lar-

Iargam benefictionem consequi, benignamque custodiam habitatores,
possessorésque recipere mereantur; atque omnis adversitas grandium
fulgurum, & tempestates malignorū spirituum per intercessionem & merita ejusdem D. Petri Martyris diffugiant, & ad nibilū redigantur,
quatenus si deles de tua gratuita misericordia confidentes, & hos ar-
borum ramos (seu crucis) benedictos devotēs mentibus suscipientes, &
quibūsvis locis visum fuerit, collocantes, tam ipsi, quam eorum bona
ab omni incursu grandinum, & infestatione nequissimorum dæmon-
um, ineffabilē tuā clementiā ubique protegantur, & ejus & ejusdem
S. Martyris assiduō patrociniō salutem mentis, & corporis consequi
mereantur. Per Dominum nostrum JEsū Christum Filium tuum,
qui tecum &c. Aspergantur aquā benedictā.

De his benedictionibus dici poterit, quæ placuerit, vel po- 851
tuerunt plures simul dici.


Facultatem istam benedicendi habet quilibet Sacerdos Ordini-
nis nostri, sed extra Ordinem nemo: Piores tamen Conventu-
rum tribuere possunt eam aliis Sacerdotibus, ita ut eam in absen-
tia Patrum Ordinis exercere valeant, cum non sit actus jurisdi-
ctionis; retinetque eam Sacerdos, quo usque vivit. Ita quaren-
ti mihi ex loco responsum fuit, à quo in Ordine nostro non da-
tur appellatio.

Fidem, nisi fallor, datam liberavi, Præfes Mariane! habes 852
jam, quam adeo desideraveras, Regularum, Indulgentiarum,
Privilegorum tum Confraternitatis SS. Rosarii, tum & aliarū
Ordinis Sodalitatum notitiam: nihil porro supereft, quam ut
cæleste hoc orandi genus altè cordi tuo imprimas, illud non tan-
tum solus frequentes, sed & alios pro munera tui ratione in ejus
amore accendas. Adverte ad id, quod Paulus Apostolus, quasi
genuinē de Præsidibus hujus Almæ Societatis loqueretur, dicat 2.
Corinth. 9 v. 6. *Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus
& metet.* Semina in benedictionibus, illis scilicet, quibūs centies,
quinquagies Fructus Ventris B. Virginis benedicitur, de illis &
metes benedictionem illam, quam percepturi sunt omnes electi.
*Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à consti-
tutione mundi.* Matth. XXV. 34. cuius regni spe magnā tenen-
tur veri Psaltæ Mariani, *Quia,* ut eleganter expressit Innocen-
tius VIII. initio Breyis sui incipientis, *Splendor paternæ glorie,*

Caput XXVI. De Benedictione
 anno 1488. ad hanc Sodalitatē dati, Quia Matrem apud Filiū habemus ostendentem pectus, & ubera, Filiū ante Patrem ostendentem latus, & vulnera; Filius non denegabit Matri intercedenti, nec Pater Filio interpellanti. Igitur si Reginā Angelorum interpellat assidue pro nobis apud cœlestis Curiæ Regem, eō serventiū ipsam salutare decet, ut apud Deum, quem genuit, ac sacrī suis uberibus lactavit, intercedat, ut tandem per ejus merita in æterna cœlorum regna conscribi mereamur, & Confratres ejusdem Filii esse dicamur.

Omnia ad majorem Dei gloriam, Beatissimæ Virginis Mariæ SS. Rosarii Reginæ, & S. Dominici Patris nostri.





APPENDIX.

Conse&ō, & in numeros distributō præsenti Manuali, adverti à Præsidibus Sodalitatis SS. Corporis Christi desiderari posse regulas Archiconfraternitatis ejusdem nominis, erectæ Romæ in Ecclesia nostra S. Mariæ super Minervam, si forte vellent suas Confraternitates eidem esse aggregatas, & consequenter ejusdem regulis gubernari. Hinc ne pio eorum desiderio aliquid desit, scripsi Romam, indéque mihi libellum aliquem de hac Archiconfraternitate, aut ad minus regulas ejusdem mittei postulavi: sed responsum rediit, isthōc tempore libellum talem non haberi, nec Archiconfraternitatem aliis Statutis regi, nisi quæ ex Bulla Pauli V. suprà n. 723. in synopsi possit, possint excerpti.

Possunt verò duæ regulæ universales statui. Una pro Præsidibus. Si actioni in Bulla repertæ, cuius positio dependet à Præside, annexa est Indulgentia, Præses eandem actionem exercere tenetur, ne Sodales dictâ Indulgentiâ defraudet. Pro Sodalibus verò: Licet Sodales omnes huic sacræ peractioni interesse non obligentur; obligantur tamen quidam, quia alias frustra institueretur.

Præsides ergo debent petentes ad Sodalitatem recipere, & in speciale Album eorum nomina, & cognomina referre, prout Romæ in dicta Ecclesia usu servatur.

2. In die octava Festivitatis Corporis Christi, in qua videtur esse Principale Festum hujus Sodalitatis, instituat publicam, & solemnem Processionem, cùm eandem comitantes consequantur Indulgentiam plenariam, ut dictum est n. 724.

3. Dominica tertia in mense instituat Processionē cum SS. Sacramento secundum n. 730.

Sodales quod concernit: Qui petunt tales fieri, primò habeant propositum specialiter, & per actiones in Bulla expressas hoc SS. Sacra-

gramentum venerari, deinde permittant se in Album Confraternitatis scribi, & ad consequendam Indulgentiam plenariam pro eo die concessam, confiteantur, & S. Communionem sumant.

2. Quid dietim orare habeant, in Bulla nihil prescribitur, neque inde obligationem aliam eruo, quam quod specialem debeant devotionem gerere erga divinissimum hoc Sacramentum (iste enim est hujus Sodalitatis finis) quae principaliter in actibus bonis, in hac Bulla recensitis, consistit. Et licet ad eos, sicut & ad peractiones sacras sub aliquo peccato non obligentur; obligantur tamen ex aliqua honestate, & proposito in ingressu Sodalitatis facto, & ut eō libenter illa peragant, per Indulgentias invitantur.

3. Conveniret itaque, ut Festo Principali peracta confessione S. Synaxim reciperent, & Processioni interessent secundum n. 724. Aut si eidem interesse nequeant, confessi, & communicati domi aliquid pro consequendis Indulgentiis orent.

4. Ad consequendas Indulgentias peccata sua expient confessio ne, & reficiantur Ss. Sacramentō Festō Ss. Corporis Christi secundum n. 727.


5. Officiis Divinis, & Processionibus Confraternitatis intersint saltem quidam secundum n. 728.

6. Visitent Ecclesiam, in qua assertur Ss. Sacramentum, preferrim feria 5. Hebdomadae Sanctæ. n. 729. & 735.

7. Dum Ss. Sacramentum processionaliter portatur ad infirmos, illud comitentur, aut, si fuerint impediti, pro infirmo orent unum Pater, & Ave secundum n. 732. 733. 734.

8. Si funera defunctorum Sodalium prosecuti fuerint ad sepulturam, habent 100. dierum Indulgentiam. 737.





INDEX RERUM,

Quæ in hoc opere continentur.

Numerus hic appositus non paginæ, sed marginis est.

A

Abbatissa.

Abbatissa, & quævis Moderatrix
fuarum Monialium potest extraneos
recipere ad beneficia spiritualia
sui Monasterii 324.

Absolutio Generalis.

Qui eam impertiri possint. 146.
Formula Absolutionis Generalis.
169. Quem effectum habeat. 170.
Quod apparatu Sacerdos eam debeat
impertiri. 171. Non est necesse, ut
moribundus confiteatur antea 172.
Non debet esse jam in agone. 173.
Potest dari Sodali Rosariano jam
inscripto; & petenti inscribi, ante-
quam inscribatur 174. Si data fuit
in articulo mortis præsumpto, de-
bet iterum dari in vero. 175. Indul-
gentia plenaria semel in vita ap-
plicabilis ab aliquo Sacerdote, non
debet applicari per Absolutionem
Generalem. 512. Facultas absolvendi
generaliter non potest subdelegari
Sacerdoti non confessario.
627. Item nec ei, qui nondum est
Albo Sodalitatis inscriptus. 628.
Potest hæc facultas subdelegari in
casu impedimenti, & necessitatis
tantum. 629. Subdelegatus retinet
comissam sibi facultatem dandi Ab-

A

solutionem, quamdiu ei fuerit ne-
cessaria. 630. P. Priores Ord. Præ-
dicatorum possunt hanc facultatē
committere cuilibet Sacerdoti con-
fessario, exercendam tamen in ab-
sentia alterius Sacerdotis, cui ea
facultas competit de jure. 631. Præ-
sides Confraternitatis SS. Rosarii
extra Ordinem Prædicatorū pos-
sunt hanc facultatē subdelegare de
licentia expressa Reverendissimi
Generalis ejusdem Ordinis. 632.
Formula licentiæ Reverendissimi
Generalis. 633. Facultas hæc con-
ceditur in perpetuum etiam Suc-
cessoribus 634. In domibus Reli-
giosorum dictam facultatem non
habent Superiores, sed tantum Pa-
ter, seu Præses Rosarius. 635.

Absolutio.

A casibus reservatis.

Probabilis est, Patres Ordinis
Prædicat. non habere amplius fa-
cultatem absolvendi Sodales Rosa-
rianos à casibus reservatis, commu-
tandi vota, & relaxandi juramenta
522. 576. Easdem facultates habe-
bat Ordo idem pro festo Circumci-
sionis Domini respectu Sodalium
SS. Nominis IESU ante Concilium
Tridentinum, sed sunt revoca-
tae.

A
ta. 710. Item tempore Capituli Provincialis quidam Patres ejusdem Ordinis habebant easdem facultates; sed etiam sunt probabilius antiquatae. 802. Præsides Confraternitatis Rosarianæ extra Ordinem Prædic. neminem possunt absolve-re à Sedi Apostolicæ reservatis. 625.

Affectus.

Qui sub meditatione Mysteriorum sint affectus excitandi. 118.

Aggregare.

Quæ Confraternitas possit sibi aggregare alias, & quid sit aggregatio. *Vide Archiconfraternitas.*

B. Alanus de Rupe.

B.V.M. monet Alanum de Rupe, & P. Jacobum Sprenger de restauranda collapsa Confraternitate Rosarii, & quinam Viri isti fuerint. 5.

B. Albertus M.

Illi quidam perniciosi, & superstitionis libri perperam adscribuntur. 20.

Album Confraternitatis.

Nomina, & cognomina Sodaliū SS. Rosarii debent scribi in speciali libro, ad hoc deputatō 66. 180. Et quidem gratis. 228. Si Album destruatur, vel pereat, Sodales remanent in Confraternitate, & non est opus eos de novo inscribi. 194. Quid initio Albi sit scribendū. 605. In loco, ubi prius erat erecta Sodalitas Rosariana per Breve Apostolicum, si postea erigatur ab Ordine Prædicatorum, debet formari novum Album. 610.

P. Altamura (de) Joannes.
Non est inventor Horæ perpetuæ. 641.

Altare.

Confraternitatum.

Quid in Altari Confraternitatis Rosarianæ repræsentari debeat. 27. & sequent. *Vide S. Catharina Sen.*

Quid in Altari Confraternitatis SS. Nominis JESu fit repræsentandum. 682.

Confraternitas Militiæ Angeli-cæ S. Thomæ Aquinatis debet habere Altare dicatum eidem Sancto. 748. *Vide Visitatio.*

Altare

Privilegiatum.

Altaris Privilegium consistit in Indulgentia plenaria, applicanda per Missam defunctorum. 451. Si Papa exprimit, debere Missam esse de Requiem, per aliam non liberatur anima. 452. Si conceditur in Missa, quæ non est de Requiem, liberari animam, dicunt aliqui, debere addi Collectam pro defuncto: at in Bulla Clementis IX. qua id concedit, hæc obligatio non exprimitur. 453. Si privilegium datum sit pro certis diebus, & pro certa anima; nec in aliis diebus, nec alia anima liberatur. 454. Dum in Brevi dicitur, debere ad Altare privilegium quotidie dici 7. Missas, id non est pro omni die sine ultra exceptione intelligendum, prout respondit S. Congregatio. 455. Si ad unum Altare quavis die dicantur 9. vel 10. Missæ, potest privilegium

Agit obtineri pro duobus diebus in hebdomada. Ubi verò est erecta Confraternitas, sufficit per hebdomadam dici ad Altare unā Missā. 456. Septennium, ad quod concedi solet privilegium, incipit à die dati Brevis. 457. Si Ecclesia destruitur, non verò Altare, perit privilegium. 458. Dum expirant Indulgentiae in aliqua Ecclesia, non expirat eō ipso privilegium. 459. Tempore Jubilæi non suspenditur privilegium, nec Indulgentiae concessæ pro solis defunctis. 460.

Altare SS. Rosarii in nulla Ecclesia extra Ordinem Prædicatorum esse privilegiatum, est definitum à Benedicto XIII. 545. 547. 623. In Ordine tamen Prædicatorū sunt omnia Altaria quotidie, & pro quoconque privilegiata. 412. 545. 547. In Ecclesiis Monialium Ordinis S. Dominici, plenè eidem Ordini subjectarum, sunt omnia Altaria pro Sacerdotibus Ordinis privilegiata, si tamen intra claustra Altare SS. Rosarii habeant; non in Ecclesiis Monialium Episcopis subjectarum. 548. Si revocaretur Indultum Benedicti XIII. ita ut omnia Altaria in Ecclesiis FF. Prædicatorum non essent privilegiata, adhuc Altaria SS. Rosarii in aliis Ecclesiis non haberent privilegium. 549. In aliis Ecclesiis facile hoc privilegium pro Sodalibus defunctis impetratur. 456. 550. Si pro Altari Confraternitatis Militia Angelicæ S. Tho-

Amæ Aquinatis impetratur in Ecclesiis Ordinis privilegium, Altare est privilegiatum pro quoconque Sacerdote extraneo ibidem celebrante. 767.

Angelica Militia.

Vide *Confraternitas Militiae &c.*
Anniversarium.

Præses Sodalitatis SS. Rosarii habeat annuatim 4. anniversaria pro defunctis Sodalibus. 54. 55. Ad hæc habent comparere Sodales. 215. 218. Præses Confraternitatis SS. Nominis Iesu alicubi habet anniversarium pro Sodalibus feriâ vacante post festum Circumcisio- nis Domini. 689. In anniversariis melius est orare pro pluribus simul. 294.

Antiphona *Salve Regina.*
Vide *Salve Regina.*

Aqua.

Aqua benedicitur in honorem S. Petri M.: origo hujus benedi- cti. 843. Aqua hæc quam ha- beat virtutem. 844. Potest benedi- ci omni die. 847. Benedictio aquæ. 848. Piores Conventuum Ordinis Prædicat. possunt facultatem be- nedicendi hanc aquam extraneis Sacerdotibus dare. 851.

Archiconfraternitas.

Confraternitas Ss. Rosarii non est Archiconfraternitas. Archiconfraternitas est ea, quæ alias Confraternitates, erectas per Bre- ve Apostolicum, sibi aggregat. 24. Modus aggregandi. 591. 723. 736. Modus petendi aggregationem. 739.

A B

Articulus mortis.

Quomodo debeat sumi pro danda Absolutione generali. 173. Vide moribundus.

Ave Maria.

Vide Salutatio Angelica.

B.

Beati.

Beati in cœlo nemini possunt applicare suas satisfactio[n]es. 238. Hinc eas non co[m]unicant Sodalibus Rosarianis. 335. Pro iis tamen Deo sua merita præsentant. 336. Sed non pro omnibus æquaiiter: ad hoc tamen ut Sodalibus hæc præsentatio meritorum prosit, sufficit receptio ad Sodalitatem Rosarianam sine inscriptione: ut autem eis prosit perfectè, requiriatur, ut leges Sodalitatis servent, & sua opera bona offerant in honorem omnium Sanctorum. 337.

Dum Persona quædam ex Ordine Prædicatorum beatificatur: itē dum de Beato primā vice dicitur Officium, est in Ecclesiis Fratru[m] ad unum diem Indulgentia plenaria. 804. Etiam in Ecclesiis Monialium Ordini, non verò Episcopis subiectarum. 805.

Benedictio.

Consultur, Statuam B. V. quæ in Processionibus circumferri solet, esse benedicendam. 48.

In Sodalitate Rosariana tria benedicuntur, nempe Rosaria, candelæ, & rosæ: item qui ista benedicendi habeat facultatem. 146.

B.

Quod apparet debent hæc b[ea]tifici. 147. Benedictio Rosariorum. 148. Reliqua de Rosariis quære tit. Rosarium Materiale. Res benedicta amittit benedictionem, dum amittit formam, & usum. 158. Benedictio candelarum. 162. Vide candela. Benedictio Rosarum. 166. Vide Rosa. Benedicendi facultas à nemine potest subdelegari. 629. Benedictio cinguli S. Thomæ Aquinatis. 751. Vide Cingulum.

Possunt in honorem S. Petri Martyris Ord. Prædicat. benedic rami arborum, & aqua: origo hujus benedictionis. 843. *Deramis, Crucibus, & aqua vide suis locis.* Benedictio aquæ S. Petri M. 848. Benedictio ramorum, & crucum. 849. 850. Priors Conventu[m] Ord. Prædicat. possunt dare extraneis Sacerdotibus facultatem ista benedicendi. 851.

S. Benedictus, & Beda.

Neuter est author Rosarii. 2.

Benefactor.

Dum Regulares co[m]municant sua bona opera benefactoribus, ipsi prosunt prorata: possunt etiam pro iis legere Missam, quæ eos liberet è Purgatorio. 326. Beneficia Ordinis Prædicatorum suis benefactoribus plus prosunt, quam Sodalibus Rosarianis: & ideo Sodales, licet jam sint ad ea recepti, adhuc possunt ob beneficia de novo ad ea suscipi. 331.

Beneficia spiritualia.

Ordinis Prædicatorum.

Ad beneficia, seu participatio[n]em

B.

nem omnium bonorum operum
Ordinis Prædicatorum sunt Sodales Rosariani recepti. 21.

Superiores Regularium, etiam
Abbatissæ, possunt extraneos recipere ad beneficia sui Ordinis. 324.
Sodales Sodalitatis Ss. Nominis
JESU sunt etiam ad beneficia Ordinis Prædicatorum recepti. 711.
Item Sodales Militiæ Angelicæ S.
Thomæ Aquinatis. 768 Recepti
ad beneficia Ordinis Prædicatorum
gaudent specialib[us] suffragiis. 829.

Berengarius hæreticus.

Patres Ordinis Prædicatorum
ob triumphatam hæresim Beren-
garii habent privilegium speciali
ritu sumendi in Missa Ss. Eucha-
ristiam. 718.

S. Birgitta.

Indulgenciarum Rosariorum S. Bir-
gittæ. 830. Rosaria haec nequeunt
alienari sine Indulgenciarum a-
missione. 833. Indulgenciarum istæ
sunt etiam datæ Rosariis Domi-
nicanis. 420 556. & 834.

Bonum opus.

Vide *Opus bonum.*

Breviarium.

Breviarium est præstantius Ro-
sarii. 16. Rosarii loco recitans
Breviarium satisfacit Sodalitati se-
cundum quid, non simpliciter, &
perfectè, nec acquirit Indulgen-
tias Rosarianas. 222. Talis nec fit
perfectè particeps bonorum ope-
rum aliorum Sodalium. 315.

Bulla, Breve.

Bullæ Indulgenciarum sunt
large interpretandæ. 421.

B.

Bulla: *Pretiosus* Benedicti XIII.
non est revocata quoad privilegia
antiqua Ordinis Prædicatorum,
& quæ non præjudicant authorita-
ti Episcoporum. 410. Nec quoad
Indulgencias. 412. Bulla Clementis XII. explicans revocatoriam:
Romanus Pontifex, in qua Ordini
Prædicatorum confirmatur privi-
legium instituendi publicam pro-
cessionem in festo Ss. Rosarii, &
Dominica infra octavam Corporis
Christi. 411 Epitome Bullæ Pau-
li V. continentis Indulgencias
Confraternitatis Ss. Corporis
Christi. 723. & sequ. Bulla Bene-
dicti XIII. confirmans Confra-
ternitatem Militiæ Angelicæ D.
Thomæ Aquinatis. 745. Bullæ
Pauli V. continentis Indulgenti-
as Confraternitatis Ss. Nominis
JESU. 707. 708. 709.

Bullæ Confraternitatis Ss. Ro-
sarii: Bulla Innocentii XI. *Nuper*
continens Sumarium Indulgen-
tiarum ejusdem, est authentica.
340. Incipit ista Bulla. 347. Aliqui
paragraphi ex Bulla: *Pretiosus.*
413. & seq. Circa Indulgencias Sta-
tionum excerpta quadam ex Bul-
la Clementis VII. *Et si temporalium.*
476. Item Pauli III. *Rationi*
congruit. 477. Confraternitas Ro-
sariana majoris momenti gratiam,
& Bullam habet Alexandri VI.
quam sit Bulla Sabbathina Ss. Sca-
pularis. 322. Bulla Benedicti XIII.
dans Indulgencias Rosariis bene-
dictis ab Ordine Prædic. 420.

Bulla Indulgenciarum pro tempo-
re

B. C.

re Capituli Provincialis Ord. Prædic. 801. Bulla pro devotione per 15. dies Martis erga S. Dominici m. 809. Item pro devotione per 7. dies Veneris erga S. Vincentium Ferrerium. 811.

Bullæ Clementis VIII. *Quaecunque à Sede Apostolica epitome*, in qua præscribit modū instituēdi, & aggregandi Confraternitates. 591. Bulla Pauli V. continēs Indulgentias Regulariū; *Romaens Pontifex.* 770. Bulla Gregorii XIII. *Expositus Pastoralis Officii munus de præcedentia inter Religiosos Mendicantes, & Confraternitates.* 564. Bullæ concernentes privilegia Confraternitatis Rosarianæ cap. 13.

C.

Cæremonia.

Vide *Ritus.*

Candela.

Candelas Ss. Rosarii tantum aliqui benedicere possunt etiam in Ordine Prædic. 146. Benedictio candelarum. 162. Ratio, cur candela in hac Sodalitate benedicitur. 163. Benedictio hæc habet triclicem virtutem. Suaderetur earum usus puerperis. 164. In articulo mortis acquirit Sodalis Rosarius Indulgentiam plenariam tendō candelam benedictam. 541. Hanc potest etiam probabiliter acquirere moribundus petens Sodalitati adscribi. 165. Ad hanc Indulgentiam sufficit propositum confitendi; item sufficit, si homo

C.

in vita sua unam Rosarii partem dixit: debet tamen esse benedicta benedictione Rosarianâ. 543.

Capella.

Vide *Altare. Visitatio.*

Capitulum Provinciale Ord. Prædic.

Tempore Capituli Provincialis in Ecclesiis Ord. Præd. est Indulgentia plenaria. 801.

S. Catharina Senensis.

In Altari Rosariano solet quidem cum S. P. Dominico etiam deponi S. Catharina Sen. hoc tamen non est præceptum: nec enim invenit, nec dilatavit Rosarii devotionem. 29. Non instituit, nec prima suscepit Ordinem secundū S. Dominici, seu Monialium. 30. Nec etiam tertium, ubi de ejus origine. 31. Quæ in eo fucrit prima Soror. 32. Ratio, cur soleat S. Catharina S. Dominico appungi. 33.

Chorus.

Præses Rosarianus debet certis diebus Rosarium publicè præzorare, & populus illud choraliter profequatur. 41. 42. Rosarium choraliter dicitur ad modum Breviarii, ex quo diversi casus solvuuntur. 99. 100.

Christus.

An in medio Salutationis Angelæ debeat hoc Ss. Nomen addi. Qui addiderit, habet quasdam Indulgentias. 101. Pulchra hujus Nominis expositio, quod competit Salvatori in primo Incarnationis instanti. 102. Christus triduo

sui amissionis visitavit Jerosolymis mendicandō. 114. Quantum dolorem per vitæ totius, maximè suæ passionis, tempus senserit. 87. Quot vulnera in sua passione accepterit. 666. Vita Christi, vide *Mysterium*

Cingulum.

Cingulum, quō fuit ab Angelis præcinctus post carnis victoriam S. Thomas Aquinas, asseratur Vercellis. 740. Hoc cingulum, & alia eidem attacta magnā habent adversus luxuriam virtutem. 741. Quām rectē Confratres Militiæ Angelicæ S. Thomæ utantur cingulis benedictis. 744. Cingulorum benedictio. 751. Illa nequit quilibet Sacerdos Ordinis Prædic. benedicere. 752.

Circumcisionis festum.

In hoc festo non est amplius jubilæum pro Sodalibus Ss. Nominis Iesu. 710.

Coīcommunicatio honorū operum.

Sodales Rosariani tenentur invicem communicare sua bona opera. 303. 196. Potuisset statui lex, ut invicem communicent satisfactio-nes. 304. 305. 306. Non datur talis lex in Sodalitate, ideo non tenentur invicem communicare satisfac-tiones. 307. 308. Tenentur tamē invicem communicare bona opera, in quantum meritoria de congruo. 309. Hæc communio se non exten-dit ad defunctos. 310. Sufficit in ingressu Sodalitatis habere voluntatem, etiam implicitam hæc com-municandi, quāvis conandum

fit ad explicitam. 311. Actus obla-tionis bonorum operum pro aliis. 312. Ad perfectè participandam hanc communionem requiritur 1. ut quis sit receptus ad Sodalita-tem, et si non sit inscriptus, 2. ut ipse sua bona opera communicet aliis, 3. ut statuta Sodalitatis ser-vet. 313. Qui regulas non servat, communicat tamen alia bona ope-ra aliis, non habet fructum ex ope-ribus Sodalitatis aliorum; benè tamen ex aliis operibus bonis. 314. Qui non potest observare leges So-dalitatis, permittat dici annuatim unum sacrum, & participabit bona opera non tantum Sodalitatis, sed etiam totius Ecclesiaz. 315. Qui omisit aliquō tempore recita-re Rosarium, & non habuit in-tentionem supplendi, nihil pro tempore omissionis eum aliorum Rosaria juvant; benè tamen, si talem intentionem habuit. 316. Si quis non habuit intentionem supplendi, supplet tamen poste, nihil habet de Rosariis aliorum, persolutis tempore suæ omissionis. 317. Recitantes Rosarium extra Societatem quôdam largō modō Sodales dici possunt, iisque Rosa-ria Sodalium aliquō modō pro-sunt. 318. Vide *Oratio, Satisfac-tio, Suffragium*.

Beati quomodo sua merita com-municent Sodalibus Rosarianis, vide: *Beati.. Quò verò modō illis eadem communicet Ordo Prædic. vide S. Dominici Ordo.*

C.

Communicatio privilegiorum in
eratione Confraternitatis
Rosarii.

Vide *Privilegium.*

Communio

Seu Sumptio Ss. Eucharistiae.

Licet communicare pro defunctis ita, ut *Ss. Eucharistiae Sacramentum etiam ex opere operato*, sed indirecte, proposit defunctis, & opposita opinio Raynaudi est damnata. 298. Dum ad Indulgencias consequendas certis festis prescribitur communio, debet illa peragi in loco prescripto. 433. Probabilius est non sufficere, esse communicatum paucis diebus ante festum, sed oportet sumere communionem festo prescripto. 434. Preces ad Indulgencias prescriptae benè dicuntur post *S. Communionem* 441. Ratio, cur Patres Dominicanii communicent in Missa sinistrâ manu. 718.

Communio Generalis.

In die Communionis Generalis petuit anima purgans sibi applicari *S. Communionem*. 298. Membra devotionis Rosarii perpetui orent pro defunctis in die Communionis Generalis, & in quo haec constat, & quando incidat. 651. In die Communionis Generalis nullæ sunt speciales Indulgencies, sed omnes sunt applicabiles defunctis. 654.

Communio Sanctorum.

In quo genuinè constat communio Sanctorum. 302. Communio bonorum operum particularis,

C.

& directa sub modo juvat plus, quam illa universalis Sanctorum. 657.

Concio.

Concionem de Rosario habeat hujus Societatis Praeses certis diebus. 38. 39. Quid circa concessionem de *Ss. Nomine Iesu* notandum. 685.

Confessio.

Die inscriptionis, vel aliò post est confitendum, & communicandum Sodalibus Rosarianis. 211. Ad consequendam tamen Indulgenciam plenariam die inscriptionis, & non aliò est confitendum & communicandum. 212. Sodales sapientius per annum confiteantur, & communicent. 214. Dum ad consequendas Indulgencias prescribitur confessio, & communio, probabilius est, praesertim in Confraternitate Rosariana, non sufficere statum gratiae, sed requiri omnino confessionem. 432. Confessio potest fieri ubique, sed communio in loco prescripto. 433. Dum dantur Indulgencies confessis, & contritis aliqui dicunt, non sufficere attritionem. 435. Confessi, & communicati Sodales Rosariani habent certis diebus Indulgenciam plenariam. 514.

Confraternitas in genere.

Quo tempore diversæ Confraternitates cœperint. 4. Non est suadendum, ut homo nimis multis inscribatur Confraternitatibus, sed paucis, quas servidè observet. 227. Non est simonia, aliquid an-

nuatim dandum Sodalitati, exigere. 228. Quamdiu aliquis maneat in Sodalitate. 229. Per Rosarium potest quibusdam Sodalitatibus satisfieri, non tamen earum Indulgientiae acquiri. 226. Vide: *Processio. Erectione. Episcopus.*

Confraternitas

Ss. Corporis Christi.

P. Thomas stella Ord. Præd. invenit hanc confraternitatem, & prima in orbe erecta est Romæ in Ecclesia Ord. Præd. S. Mariæ super Minervā. 720. Non tamen intelligitur erecta in Ecclesiis Ordinis ejusdem, sed erigitur à Sede Apostolica, etiam intra claustra Monialium Ordinis. 721. Sodalitas hæc, si erigitur à Sede Apostolica, paucas habet Indulgentias. 722. Nostra tamen erecta Romæ in Ecclesia S. Mariæ super Minervam habet plures, & cùm sit Archiconfraternitas, potest sibi aggregare alias, erectas per Breve Apostolicum, illisque suas Indulgentias communicare. 723. Incipiunt Indulgentia. 723. & sequent. Potest erigi in omnibus Parochiis, etiam sibi vicinis, & in eodem loco existentibus. 594.

Confraternitas

Militia Angelicæ S. Thomæ Aquinatis.

Confraternitatem in ejus honorem exercent Typographi Romani, cujus Rector poterat quotannis unum ex reis capitis

è carcere dimittere in Festo S. Thomæ. 743. Aliam tamen adhuc invenit Pater quidam Ordinis Præd. quam Militia Angelicæ sub Duce D. Thoma occupavit. 744. Est à pluribus Pontificibus approbata, & novissime à Benedicto XIII. cuius Bulla apponitur. 745. Hæc Bulla est revocata in hoc, quod Ordo Præd. eam possit alicubi instituere: unde instituitur per Breve Apostolicum. 746. Quod festum Principale habeat. 747.

Vide: *Cingulum. Indulg. Conf. Milit. Reg.*

Confraternitas

Ss. Nominis Iesu.

Non fuit inventa à P. Didaco de Victoria, bene tamen ab Ordine Præd. saeculo XIII. n. 678. Eò modò haberet, & participari ab extraneis debet, quod Rosariana. 680. Vide: *Concio Festum. Missa. Procesio Regulæ. Erectione.*

Confraternitas

Ss. Rosarii.

Hujus origo, & quo tempore cœperit. 3. Progressus ejus. 5. Finis ejusdem 6. Quomodo vocari debeat. 178. Ut aliquis fiat ejus Sodalis, debet ad eam suscipi. 183. Probabilis est, quod hæc suscep-tio fieri possit verbō, aut signō, & non requiratur inscriptio personarum in Album. 184. In hanc Confraternitatem recipi possunt infantes, & defuncti. 203. Pro ingressu in Confraternitatem nihil potest exigi. 228. Confrater-nitas

C.

nitas ad quasvis Processiones, & funera, nullā requisitā licentia alicujus, potest cum vexillis suis, & Insignibus comparere. 563. Confraternitas Rosariana non est ex objecto suo aliis Confraternitatibꝫ inferior. 566. Sodalitas Rosariana potest habere bona, & recipere pia legata. 569. Sodalitas Rosariana in Proces-sionibus alias præcedit, nisi aliae prius fuissent in eo loco, aut in possessione præcedentia. 564. 565. Confraternitas Rosarii non est Archiconfraternitas. 24.

Confraternitas Rosarii erēta per Breve Apostolicum.

Confraternitas, erēta per Breve Apostolicum, quas habeat Indulgencias, & ista introducta ab Ordine Prædic. Confraternitate expirant. 338. In loco, ubi Confraternitas erat erēta per Breve Apostolicum, si postea erigatur ab Ordine, debet erigi novum Album. 610.

Corona B. M. V.

Quomodo oretur. 78. 835. Non est conjungenda Rosario, imò de conjungente est dubium, an acquirat Indulgencias Rosarii. 78. Rosario integro conceduntur Indulgencias Coronæ. 364. 503.

Corona spinea Christi Domini.

Ex quo spinarum genere fuerit contexta. 114.

C. D.

Coronula Nominis

B. M. V.

Religiosi Ordinis Prædic. pro Coronula in honorem Ss. Nomini-nis B. M. V. composita, habent 100. dierum Indulgenciam. 799.

Cruces Caravacenses, & Jerosolymitanæ.

Quas habeat Indulgencias. 835. **Cruces S. Petri M. Ord. Præd.**

In crucibus his quod aliiquid scribatur, non est de essentia. 845 Formari possunt ex quocunque ligno 846. Possunt benedici om-ni die. 847. Earundem benedictio-nes. 849. 850. Priors Conventu-m Ord. Præd. possunt facultate has benedicendi dare Sacerdoti-bus extraneis. 851.

D.

Defuncti.

Præses Rosarianus nomina defunctorum annuatim publicè le-get. 68. 69. In Confraternitatem Rosarii recipi possunt etiam de-functi. 203. 204. 205. Pro defunc-tis inscriptis post mortem debet alius recitare Rosarium 207. Se-cundum se melius est orare pro de-functis, quam vivis; ver hoc ta-men non sunt negligendi vivi. 291. Vide Suffragium Indulgencie de-functis debet applicari expressè. 445. Homo in peccato mortali constitutus probabilius nō lucra-tur Indulgencias pro defunctis. 446. Una Indulgenzia non potest appli-

D.

applicari pluribus, sed uni defuncto. 447. Ille defunctus debet denominari in genere, vel in specie, nec debet committi totum Deo, ut ille tribuat Indulgentiam, cui velit. 448. Hæc intentio debet formari ante finem operis, cui annexa est Indulgentia. 449. Praxis talis intentionis: mane sufficit sibi aliquam vagè reservare. 450. Tempore Jubilæi non suspenditur privilegium Altaris, nec Indulgentiæ concessæ pro solis defunctis. 460. Deus oblatas Indulgætias pro defunctis nō semper acceptat. 461. Pro Processione funebri in Ordine Præd. hebdomadatim instituta dati sunt 8 anni Indulg. 526.

Omnis Indulgentiæ Rosarianæ sunt defunctis applicabiles. 403. 406. 407. Sed Sodalibus tantum, non aliis. 546. Sodales Rosariani debent pro defunctis recitare unum *Pater*, & *Ave*. Itē compareat anniversaria pro defunctis. 215. Indulgentiæ pro defunctis Regularibus olim concessæ, non sunt revocatae à Paulo V. 791.

Delegatio. Vide Subdelegatio.

Devotio.

Per quas cogitationes in oratione turbetur devotio. 106. Sub nimia celeritate non potest haberi devotio. 108. Varia media procurandi, & conservandi, & offerendi devotionem. 119. Juvat ad excitandam devotionem in meditando sæpius easdem meditationes relegere, et si earum substantia memoriter teneatur. 145. Omnes de-

D.

votiones, & functiones publicæ Rosarianæ possunt ab Ord. Præd. liberè exerceri, et si per hoc homines ex Ecclesiis Parochialibus ad eorum Ecclesiæ abstrahantur. 560.

P. Didacus de Victoria
Ord. Prædic.

Non est Author Confraternitatis Ss. Nominis IESU 678.
Dominica dies.

Præses Rosarianus Dominicis primis mensium habeat sermonem de Rosario 38. 39. Dominica prima mensis non est accipienda pro proxima Novilunio, sed Kalendas. 40. His Dominicis Præses instituat Processionem. 43. 44. Sodales Dominicis his per annum sæpius confiteantur. 214. Sodales confessi, & communicati Dominicis primis mensium habent Indulgentiam plenariam. 393. 395. Interessentes Processioni Dominicæ primæ mensis habent 7. annorum Ingul. 372. 515. 520. Nulla alia Confraternitas potest Dominicæ primæ mensis instituere Processionem. 567

Dominica secunda mensis est dictata devotioni Ss. Nominis IESU, in qua debet dici Missa Confraternitatis, & in concione de Ss. Nominis aliqua mentio fieri. 684. Eisdem Dominicis debet institui Processio. 687. Sodales Confraternitatis Ss. Nominis Dominicis secundis mensium per annum sæpius confiteantur 694. Dominicæ 2. post Epiph. est Indulg. plenaria. 683.

D.

Dominicā tertia mensis solet Confraternitas Ss. Corporis instituere Processionem. 730. Èdem Dominicā etiā alicubi solet Confraternitas Militiae Angelicæ S. Thomæ instituere Processionem cum Ss. Sacramento. 760. Dominicā 3. April. est Indulgentia plenaria pro Sodalibus Rosarianis. 380.

Dominicā infra Octavam Corporis Christi possunt Patres Ord. Prædic. instituere Processionem, qui illi intersunt acquirunt Indulgentiam plenariam. 737. Dominicā infra Octavam Nativitatis B.M. V. est Indulgentia plenaria pro omnibus. 394. 514.

S. P. Dominicus.

Est author Rosarii. 2. Indulgentiæ pro devotione erga S.P. Dominicum per 15. dies Martis. 809. Requisita ad has Indulgentias. 810. In ejus festo in extraneis Ecclesiis nullæ sunt Indulgentiæ. 551.

S. P. Dominici Ordo.

Ordo florebit, quamdiu in eo florebit devotio Rosariana. 17. Possunt Patres ejus Ordinis certis festis transferre Processionem Rosarianam cum Indulgentiis in aliud diem. 52. Officiales Confraternitatum suarum habere non obligantur: si tamen habeant, quid circa illos observandum. 59. Potest Ordo visitare Confraternitates à se institutas. 72. In Ordine Prædicatorum tantum aliqui Patres possunt candelas, rosas, Rosaria bene-

D.

dicare, & dare Absolutionē generalē. 146. Non omnes Patres habent facultatem in Sodalitatem recipiendi, & inscribendi. 195. Generales Ordinis bona spiritualia Religionis suæ comunicarunt, Sodalibus Confraternitatum suarū, quō non obstante adhuc specialius possunt ad beneficia ab eadem recipi. 331. 21. Literæ, quibūs Rosariani sunt ad eadem recepti. 332. His litteris non communicantur Sodalibus satisfactiones Ordinis, sed merita, non tamen æqualiter, sicut Religiosis Ordinis. 333. Ut Sodales gaudeant hæc communicatione, requiritur, ut sint Albo inscripti, merita sua Ordini comunicent, & pro illo specialiter orient. Ut verò gaudeant his inscripti post mortem, debet illorum loco ab uno vivente Rosarium dici. 334. In eorum Ecclesiis sunt omnia Altaria pro quoque, & omni die privilegiata. 412. Rosaria ab eis benedicta quas habeant Indulgentias, vide: *Rosarium benedictum*. Indulgentiæ eorum, qui intersunt Antiphonæ: *Salve Regina*, in eo Ordine solitæ quotidie decantari: vide *Salve Missam votivam de Ss. Rosario legere possunt etiam Tertiarii Ordinis*. 531. Festis Sanctorum Ordinis non sunt Indulgentiæ plenariæ in aliis Ecclesiis pro Sodalibus Rosarianis. 551. Decretum S. Congregationis, quod diversa Ordini Prædicatorum conceduntur. 560. Possunt Patres omni Dominicā primâ mensis institue-

stituere Processionem Rosarianā, ingrediendō fines parochiarum. 562. Ordini competit præcedentia inter omnes Ordines Mendicantes. 565. Patres Ordinis probabilius non possunt amplius certis diebus Sodales Rosarios absolvere à casibus reservatis. 576. Confraternitates Ss. Rosarii, & Nominiis Dei intelliguntur erectæ in Ecclesiis Ordinis. 577. Si in loco ereæ Confraternitatis ab Ordine, contingat eundem obtinere Ecclesiam, Confraternitas cum omnibus bonis transfertur in Ecclesiam Ordinis. 581. Quanta requiratur distantia inter Conventum, & locum Confraternitatis, ut in hoc nō cesseat Confraternitas. 582. Solus Ordo Prædicatorum cum expositis Indulgētis potest erigere Confraternitatem Rosarianam. 583. Extra Indias eam erigere potest solus Generalis Ordinis, & eō à Curia Romana absente ejus Vicarius, in Indiis verò certā lege etiam Provinciales. 584. Quomodo extranei, & Piores Ordinis petere debeant à Generali hanc Sodalitatem. 587. 588. Litteræ institutionis, quas mittit Generalis. 589. Atū eam erigere possunt soli Piores, vel Patres deputati à Consilio. 586. In unctione Confraternitatis tenetur Ordo servare modū præscriptum à Clemente VIII. non tamen in Ecclesiis propriis. 590. Erectā Sodalitate nemo ex Ordine ibidem exercere potest aliquem actum ex authoritate. 612.

Si Ordo desereret suam Ecclesiā, cessaret in ea Sodalitas. 615. Notificare debet Prior Socio Reverendissimi Generalis, quō die, & loco fuerit erecta Sodalitas. 616. Piores Conventum possunt delegare facultatem dandi Absolutionem Generalem cuicunque Sacerdoti extraneo, non verò alias facultates. 631. Vide Prior.

Confraternitas SS. Nominis sumpit originem ab Ordine Præd. 678. Hæc Sodalitas intelligitur erecta in Ecclesiis Ordinis. 702. In aliis Ecclesiis potest erigi licentiā solius Generalis Ord. vel ejus Vicarii extra Indias. 703. Petitur hæc Confraternitas ab Ordine, sicut Rosariana. 705. Sodales hujus Cōfraternitatis sunt recepti ad beneficia Ordinis. 711.

Ordo Præd. S. Julianam in institutione Festi Ss. Corporis Christi adjuvit. 715. Tempore Urbani IV. iterū Ordo, præsertim S. Thomas, componendō Officium prota Octava ejusdē festi, multū ad institutionem ejus festi contulit. 716. Intuitu hujus operæ concessum est Ordini privilegium, quod possit Dominicā infra Octavam festi Corporis Christi solemnem Processionem instituere, viam semel eligendō, cui Processioni qui se adjunxerit, lucratur Indulgentiam plenariam. 717. Ordo idem contra hæreses, præsentia Christi impugnantes in eodem Sacramento, gloriösè decertavit, pro quo concessum est ei privilegium,

D. E.

ut Sacerdotes in Missa ante co*muni*-
nione sinistrâ manu supra calicē S.
Hostiā elevatā teneant, & sumant.
718. Cūm hæc cæremonia Ordini
cedat in gloriam, Ritum Roma-
num in celebranda Missa non ac-
ceptat: ubi & de Ritu Ordinis
origine. 719. Ordo praeterea Soda-
litatem Ss. Corporis Christi, inve-
nit: & prima est in Ecclesia S. Ma-
riæ super Minervam Romæ erec-
ta. 720. Non tamen intelligitur e-
recta in Ecclesiis Ordinis, sed eri-
gitur à Sede Apostolica. 721. Ar-
chiconfraternitas Ss. Corporis
Christi erecta Romæ in Ecclesia
Ordinis S. Mariæ super Minervam
potest aggregare sibi alias Confra-
ternitates. 726.

Ordo Præd. non potest institue-
re Confraternitatem Militiæ An-
gelicæ S. Thomæ Aquinatis, nec
ea intelligitur erecta in Ecclesiis
Ordinis. 746. In Ecclesiis Ordinis
privilegiō obtentō à Sede Aposto-
lica pro Altari S. Thomæ, illud
foret privilegium pro Sacerdo-
tibus etiam extraneis. 767. Sodales
Militiæ Angelicæ recipiuntur ad
beneficia Ordinis. 768.

E.

Ecclesia.

Functio*n*es Rosarianæ non pos-
sunt transferri de una Ecclesia in
aliam. 53. Si Ecclesia Sodalitatis
destruatur, non est opus Sodales
de novo inscribere. 194. Si Eccle-
sia destruitur, non verò Altare,

perit Altaris privilegium. 458. Pu-
tant quidam ita destructâ Ecclesiâ,
ut de novo debeat consecrari, pe-
risse ejus Indulgencias. 469. Apud
Regulares tamen, et si de novo æ-
dificetur Ecclesia, in ea intelligun-
tur Indulgenciarum concessæ, sicut
& Confraternitates. 470. Indul-
gentiarum Stationum possunt etiam
à Sodalibus Rosarianis obtineri in
omni Ecclesia, imò Oratorio, eti-
am ubi non est Sodalitas. 494. Ex-
dem obtineri possunt à constituto
extra Ecclesiam, si in eam non
datur ingressus. 495.

Confraternitas Ss. Rosarii, & No-
minis Jesu intelligitur erecta in Ec-
clesia Ord. Præd. in quibus officia,
& Missas ordinariè celebrat. 577. Si
destructa Ecclesia non ædificetur
alia, cessat Sodalitas: Sodales ta-
men ibidem inscripti tales manet.
613. Regulares visitantes suam
Ecclesiam habent Indulgencias
Stationum certis diebus. 778. Aliis
diebus 5. annorum. 779. Confir-
mantur Indulgenciarum pro visitanti-
bus Ecclesias Ord. Præd. 818.

Eleemosynæ.

Eleemosynæ Confraternitatū
non expendantur ad res inutiles.
62. 591. Qualiter Religiosi Ord.
Præd. possint extra dioceses pete-
re eleemosynas. 560. Tempore Ca-
pituli Provincialis Ordinis Præd.
est Indulgentia plenaria pro dan-
tibus eleemosynas Fratribus, &
corum Ecclesias visitantibus. 801.

Episcopus.

In Ecclesiis secularibus non pos-
sunt

E.

sunt erigi Confraternitatis sine consensu Episcopi 591. In Ecclesiis Regularium, ubi sunt 12. Religiosi, non requiritur consensus Episcopi ad hoc, ut possit institui aliqua Confraternitas; benè tamen ubi non sunt duodecim Religiosi. 592. In distantia locorum pro erectione Confraternitatum possunt dispensare Episcopi. 593. Confraternitates in Ecclesiis sacerdotalibus sunt plenō jure subjectæ Episcopis. 617. Etiam electio Officialium, & ipsi Officiales. 63. 64. Administratores bonorum in Ecclesiis sacerdotalibus quotannis tenentur reddere rationem administrationis Ordinariis. 618. Episcopi, ut Legati Sedis Apostolicae, possunt in certis casibus visitare Confraternitates in Ecclesiis Regularium. 619. Confraternitates sine consensu Episcopi non possunt facere nova statuta. 620. Episcopi non possunt compellere Confraternitates ad Processiones, & hæ debent anteire Regulares. 621.

Erectio

Confraternitatum in genere.

In Ecclesiis Monialium erigi non possunt Confraternitates, benè tamen intra earum claustra. 578. In instituendis Confraternitatibus tenentur Regulares servare modum præscriptum à Clemente VIII. 590. Epitome Bullæ hujus Clementis. 591. Plures Confraternitates ejusdem nominis in eodem loco erigi nequeunt, exceptâ Confraternitate Ss. Corporis

E.

Christi. 594. Dum in erectione Confraternitatis in Ecclesia Regulari Indulgentiæ revocantur, non revocantur Indulgentiæ prioris eidem Ecclesiæ concessæ. 595.

Vide : *Episcopus.*

Erectio.

Confraternitatis Ss. Corporis Christi.

Prima Confraternitas in Orbe erecta est in Ecclesia Ordinis Prædicatorum Romæ, dictâ S. Mariæ super Minervam. 720. Non tamen intelligitur erecta in Ecclesiis Ord. Præd. sed erigitur à Sede Apostolica, etiam intra claustra Monialium. 721.

Erectio.

Confraternitatis Militiæ Angeliæ S. Thomæ Aquinatis.

Hæc Confraternitas non intelligitur erecta in Ecclesiis Ordinis Prædic. nec Ordo eam potest alibi instituere, unde instituitur à Sede Apostolica. 746.

Erectio.

Confraternitatis Ss. Nominis Iesu.

Sodalitas hæc in Ecclesiis FF. Prædicatorum intelligitur erecta, non tamen in Ecclesiis Sororum; potest tamen intra earum claustra erigi. 702. In aliis Ecclesiis potest quoque erigi à Generali Ord. Prædic. vel ejus Vicario extra Indias. 703. Eò modò debet alibi erigi, quod erigitur Confraternitas Rosariana. 680. Si qui defectus in erectione irrepererant, suppleti sunt ab Innocentio XI. an. 1679. 15. Ju-

Junii. 704. Petitur ab Ordine, si-
cut Rosariana 705. Litteræ insti-
tutionis. 706.

Erectio.

Confraternitatis Ss. Rosarii.

Societas Ss. Rosarii, & Nominis
JESu erēcta intelligitur in Ecclesi-
is Fratrum Prædicatorum, in qui-
bus Officia, & Missas ordinariè
celebrant. 577. In Ecclesiis Moni
alium erigi non potest, benè tamè
intra earum claustra. 578. Nec in
Oratoriis, in quibus fideles utrius
que sexus liberè interesse neque-
unt. 579. In uno loco unica tantù
erigi potest Sodalitas, & inter duas
quanta requiratur distantia. 580.
Si in loco erectæ Confraternitatis
authoritate Generalis Ord. Præd.
contingat erigi Conventum Ordini-
nis, Sodalitas transfertur cum om-
nibus bonis in Ecclesiam Ordinis.
Item, si Sodalitas sine spe restau-
rationis interiret, omnia bona e-
jus pertinent ad Conventum, à
quo fuit erēcta 581. Quanta requi-
ratur distantia à Conventu ad lo-
cum Sodalitatis, ut in hoc non ces-
set Sodalitas. 582. Solus Ordo
Præd. cum expositis Indulgentiis,
& privilegiis potest erigere Sodaliti-
atem. 583. Extra Indias solus
Generalis Ordinis, & eō absente à
Curia Romana ejus Vicarius, in
Indiis verò Provinciales certà le-
ge. 584. Erroris in erectione com-
missi suppleti sunt die 15. Junii
1679. si ab hinc iterum quidam
contigerunt, sunt adhuc supplen-
di. 585. Actu eam erigere possunt

soli Priors, vel Patres deputati à
Consilio. 586. Quomodo extranei
& Priors nostri petere debeant à
Reverendissimo Generali hanc
Sodalitatem. 587. Priors scribant
ad Socium Reverendissimi Gene-
ralis, & petant ab eo duo. 588.
Litteræ Institutionis, quas mittit
Generalis. 589. In erectione Con-
fraternitatis tenetur Ordo Præd.
servare modum præscriptum à
Clemente VIII. non tamen in
Ecclesiis propriis. 590. Epitome
Bullæ Clementis VIII. 591. Vide:
Episcopus. Ante erectionē forme-
tur duplex Instrumentum, conti-
nens Regulas Præsidis, & ejus ob-
ligationes. 596. Formula Instru-
menti *ibidem*. Prior se conferat ad
locum erectionis, vel alium sui lo-
cō mittat, instructum licentia
erigendi. Formula talis licentia.
597. Quædam in hac formula de-
bent corrigi. 598. Formula actu e-
rigendi Sodalitatem. 599. Concio-
nator quædam publicè proponat,
novo Præsidi observanda impos-
terum. 600. Alicubi præmittitur a-
liquæ preces. 601. In quibus ver-
bis essentialiter consistat erectione.
602. Solet subinde eligi, & pro-
mulgari à Concionatore Protector
Sodalitatis. 603. Benedicuntur de-
inde Rosaria, promulgantur quæ-
dam Indulgentiæ, & una pars Ro-
sarii recitatur. 604. Initio Albi
Concionator scribat quædam, &
inscribat aliquos. 605. Preces post
creationem Sodalitatis. 606. Sub-
scribant se Instrumentis quidam.

E.

607. Erecta Sodalitas nulla opus habet confirmatione. 608. In unctione ille solus instituitur in Praesidē cum facultate benedicendi, & inscribēdi, qui in litteris Reverendissimi Generalis denominatur: & in Parochiis est Parochus, in Monasteriis unicus Pater. 609. In loco, ubi prius erat Sodalitas eretta per Breve Apostolicum, formandum est novum Album, & priores Indulgientiæ cessant. 610. Erecta Sodalitate nemo ex Ordine Præd. ibidem exercere potest aliquem actum ex autoritate. 612. Si destructa Ecclesia non ædificetur alia, vel deveniat ad haereticos, cessat Sodalitas; Sodales tangentib; ibidem descripti tales manent. 613. Potest Sodalitas transferri in eandem Ecclesiam de uno Altari ad aliud. 614. Si Ordo Præd. deserret suam Ecclesiam, cessaret in ea Sodalitas. 615. Notificare debet Prior Socio Reverendissimi Generalis, quō die, & loco fuerit erecta Sodalitas. 616. Vide Privilegium.

Error.

Si qui errores committi sunt in unctione Confraternitatis SS. Nominis Iesu, suppleti sunt 15. Junii. 1679. ab Innocentio XI. 704. Eodem anno, & die suppleti sunt etiam errores fortè committi in unctione Confraternitatis Rosarianæ 611. Si quis per errorem non fuisset debitā manu in Sodalitates Ss. Rosarii, aut Nominis Iesu inscriptus, inscribatur denuo,

E. F.

secus non gaudet earum Indultiis. 637.

Eucharistia.

Confraternitates non possunt instituere Processiones cum Ss. Sacramento. 45. B. M. V. de ultima Cœna Christi in alio cubiculo Ss. Eucharistiam, sibi à D. Petro allatum, sumpsit. 126. Scribunt aliqui in B. Maria Virgine, velut crystallō, Ss. Eucharistiam in cœlo videri. 144. Patres Ord. Præd. possunt exponere Ss. Eucharistiam sine licentia Episcopi. 560.

Exercitia spiritualia.

Religiōsi habent Indulgentiam plenariam tempore Exercitiorum 10. dierum. 777. Et potest obtineri unicā vice. 793. Alexander VII. hæc Exercitia pro Fratrib; Minorib; Observantibus, & Reformatis reduxit ad 8. dies. *ibid.*

F.

Facultas.

Facultatem qui habeant benedicendi, absolutionem Generalem dandi, inscribendi, videantur hæc propriis locis.

Festum

Festa Rosarii

Festum Principale Rosarii celebratur Dominicā primā Octobris in Ecclesia Sodalitatis. Hoc festum ex rationabili causa cum Indulgentiis per totam Octavam potest transferri in Ordine Prædictorū. 34. Praeses Rosarianus debet aliqua festa celebrare. 35. Quomodo

do celebranda sint festa ex devotione. 36. Quænam sint festa Ss. Rosarii Mysteriorum. 37. In festis Mysteriorum non solet Processio Rosariana institui, nec in his diebus indulta est Indulgentia plenaria pro interessentibus Processioni. 46. Pro tertia parte Rosarii in quibusdam festis B. M. V. sunt Indulgentiae 100. dierum. 365. Pro integro Rosario certis festis B. M. V. sunt Indulgentiae 7. annorum. 367. Communicatus recitans Rosarium in die Annunciationis B. V. habet Indulgentiam plenariam: in quibusdam festis 10. annorum. 368. Communicatus certis festis pro tertia parte 10 annorum. 370. Pro tertia parte festis Mysteriorum 7. annorum. 371. Indulgentia plenaria pro Processione est Festis B. M. V. 375. Confessi, vel intendentes confiteri visitandō Capellam Festis B. V. habent Indulg. plenariam. 377. 379. 385. Item plenariam festis Mysteriorum. 382. Visitans communicatus certis festis. 7. annorum. 385. Item 384. Visitans communicatus in festo S. Jacobi Majoris, & festo Ss. Corporis Christi Capellam, Indulgentiam plenariam. 391. 555. Indulgentia plenaria est pro tota Octava festi Rosarii. 415. 519. Ad acquirendā Indulgentiam plenariam festis B. V. & Mysteriorum non sufficit communio, sed requiritur etiam visitatio Capellæ. 520. Probabilius omnibus tribus diebus Festi Per-

tecostes sunt Indulgentiae. 521. Regulares quicunque possunt in festo Rosarii Processionem duce-re intra limites Parochiarum, non tamen in Dominicis primis mensium. 626.

Alia festa.

Festum Principale Confraternitatis Ss. Nominis Iesu est Festum Circumcisionis. 683. Sodales festo Principali, & aliis Dominicis primis, & secundis mensium saepius confiteantur, & communicant. 694. Festum Ss. Corporis Christi instituere adjuvit S. Julianam Ordo Præd. 715. 716. Jubilæū pro festo Circumcisionis, & alia privilegia sunt revocata. 710. Confraternitas Militiæ Angelicæ S. Thomæ Aquin. quod Festum Principale habeat. 747. Regulares habent Indulgentiam plenariam in festo Principali Ordinis. 774. Hanc possunt lucrari etiam claustra. 792.

Festis Sanctorum Ordinis Præd. est pro omnibus Indulgentia plenaria in Ecclesiis Ordinis tantum. Item dum aliquis beatificatur, aut primâ vice de eo Officium celebra-tur. 804. Translati juxta rubri-cas festis transferuntur etiam Indulgentiae in Ordine Præd. 806.

Filum.

Si rumpatur in Rosario. & potest colligari, non amittitur benedi-cio, secus si debeat novum as-sumi probabiliter loquendo. 160.

Forma.

Forma Rosarii materialis. 153.
154.

F. G.

154. Forma Absolutionis Genera-
lis. 169. Forma Instrumenti, quod
in erekione Confraternitatis Ro-
sarianæ formari debet. 596. Forma
Litterarum, quibūs Piores Ord.
Præd. dant Cōcionatoribus licen-
tiam erigendi Confraternitates.
597. Hæc formula debet in qui-
busdam corrigi. 598. Formula actu
erigendi Sodalitatem Rosarianā.
599. Formula schedulæ tradi soli-
tæ membris devotionis Horæ per-
petuae. 652.

Functiones.

Functioñes Rosarianæ nō possunt
transferri de una Ecclesia in aliam
53. Omnes functiones, & devotio-
nes publicæ Rosarianæ possunt li-
berè peragi in Ecclesiis Ordinis
Præd. et si populus ex Ecclesiis Pa-
rochialibus ad illos trahatur. 560.

Funus.

Funera defunctorum Sodalium
non tenentur Sodales vivi profe-
qui absolutiè, sed solum ad hoc per
Indulgentias invitantur. 215.

G.

Generalis Ord. Præd.

Plures Generales receperunt
Sodales Rosarianos ad beneficia
Ordinis. 21. Præsides Rosariani
extra Ordinem Præd. parere de-
bent Reverendissimis Generali-
bus, eorum ordinationes recipere
imò & visitationem Provincialiū
admittere. 72. Generales pruden-
ter specialius bona Religionis suæ
communicarunt Sodalibus Rosa-

G. H.

rianis, quæ ipsis tamen minus pro-
sunt, quam benefactoribus Ordini-
nis. 331. Confraternitates Rosa-
rianam, & Nominis IESU soli eri-
gere possunt Generales, & eorum
Vicarii. 418. 584. 703.

S. Gertrudis.

Vide Historia.

Granum.

Grana Rosarii absque filo bene-
dici nequeunt. 157. Probabilius est
amittere Rosarium benedictionē,
si vel unum granum deperdatur.
159.

Gratiæ

promissæ Psalmis Marianis.

Variæ, insolitæ gratiæ, quas B.
V. suis Psalmis promisit. 17. Has
non omnes æqualiter sperare pos-
sunt, cum non omnibus sint æqua-
liter promissæ. 18. Pro certo au-
tem has nemini promisit, sed so-
lum spem magnam ad illas fecit:
ubi explicatur assertum Ss. Patru-,
quod impossibile sit, verum B. Vir-
ginis cultorem damnari. 19.

Gratiæ per Rosarium impetra-
tæ, vide Historia.

H.

Habitus Ordinis Præd.

Habituñ Ordinis, ab ipsa B.V.
præscriptum, osculantes conse-
quuntur 5. annorum, & quadra-
genarum Indulgentiam. 824.

Hæreticus.

Si Ecclesia Confraternitatis de-
veniat ad hæreticos, cessat in ea
Sodalitas; Sodales tamen ibidem
de-

descripti tales manent. 613. Ordo
Præd. contra hæreses, præsentia-
m Christi in Ss. Sacramento Eu-
charistiae impugnantes, gloriose
decertavit, pro quo concessum est
ei privilegium, ut Sacerdotes in
Missa ante communionem sinistra
manu supra calicem Ss. Hostiam
elevatam teneant, & sumant. 718.

Objectiones Hæreticorum con-
tra Rosarium vide cap. 18. Item
in ordine alphabetico: *Rosarium in
genere. Hora perpetua.*

Historia.

Ob neglegendum Rosarium popu-
lus peste castigatur: item Rosari-
um insertum rosarum convertitur.
1. Vide Alanus Virgo infirma facta
voto de recitando Rosario conspecta
statua B. Virginis in Processione
sana efficitur. 8. Devotus Rosario
non potest in furca enecari. 9. B.V.
reprehendit Juvenem lascivum Rosario
devotum. 18. Duo concionatores,
Rosarium impugnare volentes,
cælitus puniuntur. 25. Catharinæ
pœnitenti, oranti Rosarium Chri-
stus apparet diversimodè 87. Alia
Christi eidem apparitio. 90. 91. 92.
Orans præcipitanter socii inflam-
mat. 107. Dæmon saccum syllaba-
rum, omissarum in oratione, ple-
num portare visus. 110. Monialis
festinanter Rosarium orans à B.
V. reprehenditur. 111. Christus
S. Gertrudem docet, preces suo
cordi emendandas committere. 119.
Quam placeat Christo, si sibi gra-
tes agantur pro distensione sui in
cruce: Religiosus suum finē Chri-
sto in cruce pendenti commendans,

sine Purgatorio cælum descendit.
135. Puella moritur horâ ascen-
sionis Christi in cælum. 137. Dæ-
mon narrabat se in cruce, morien-
te Christo, sedisse. 136. Duæ hi-
storiæ de Rosariis benedictis. 150.
Quædam historia de candelis bene-
dictis. 164. Quædam historia de
virtute rosarum benedictarum. 168.
Eremita in se suscipiendo peccata
infirmi desperabundi eum conver-
tit. Alius pœnitentiam alterius
in se suscipiens, & non persolvens
luit in Purgatorio. 246. S. Gertru-
dis laudatur à Christo, quod om-
nes satisfactiones totius vitæ ap-
plicaverit defunctis. S. Theresia
donans Animæ, quidquid boni e-
gerat, eam à Purgatorio liberat.
261. B. Virgo Religiosum docet,
subinde defunctis applicare satis-
factiones. 271. Religiosus pro pec-
catoribus vivis, & non pro defun-
ctis celebrare solens à defuncto
corripitur. 291. Pater conqueritur
coram filio, quod preces ejus, in
peccato mortali peractæ, se in Pur-
gatorio non juverint. 296. Anima
purgans petit sibi applicari S. com-
munionem. 298. Defuncto non
prosunt suffragia in pœnam, quod
wivens non oraverit pro defunctis.
301. Recitatio Rosarii Sodalium
prodest etiam non Sodalibus, id
tamen recitantibus. 318. Quidam
Santi Viri erant in Purgatorio.
422. Quidam hoc luit in Purgato-
rio, quod specialem devotionem
ad Ss. Trinitatem non habuerit.
Quidam erant in Purgatorio desi-
de.

H.

derii. 428. Religiosus, prout petiit, sustinuit Purgatorium suum in hoc mundo. 462. Monialis, idem petens, perfere non potuit sibi immisos dolores. 463. S. Bernardus in extasi vidi Christum crucem bajulantem. 666. Anima citò liberatur è Purgatorio, quòd magni fecerit Indulgétias. 674. Christus B. Birgittam edocet, cur per Indulgéncias non remittantur pænae temporales. 676. Christus iubet S. Julianam pro erekto Festi Corporis sui laborare. 715. Tempore Urbani IV. occasione cuiusdam miraculi fuit per totam Ecclesiam idem festum institutum, & S. Thomas Officium pro illo festo composuit. 716. S. Thomas Aquinas præcinctus ab Angelis triumphatā meretrice: hoc cingulū servatur Vercellis. 740. Virtute Cinguli benedicti conversa fuit meretrix. 741. S. Thomas à Christo Patronus in rebus omnibus declaratus. 742. Novitii in Ordine Præd. infestantur à demonibus, propterea in eodem quotidie cantatur Antiphona: *Salve Reginā*. 814. B. V. declarat, quantum sibi hæc devotio placeat. 815. 816. 817. Moriente S. Petro Martyre gramen, & arbores sanguinem stilant: aqua ab eo benedicta infirmitates sanavit. 843.

Hora perpetua.

Non datur Sodalitas Rosarii perpetui, sed solum institutum, aut pius mos horas anni distribuendi, qui mos, vel devotio est pars

H.


annexa Sodalitatis Rosarianæ 638. Finis hujus Instituti est, ut quavis horâ oretur promoribundis Sodalibus Rosarianis hujus Instituti membris. 639. Inventum est à Ven. P. Joanne Petronio Ordinis Præd. ubi quantus Vir iste fuerit. 640. Non fuit inventum à Patre Joanne Altamura Ord. Præd. 641. Modus distribuendi Horas. 642. Hora non debet dari non Sodali Rosariano. 643. Inscriptio eorum, qui accipiunt horam, non est necessaria. 644. Ante Horam est confitendum, & comunicandum. 645. Quid sub Hora orandum. 646. In defectu horologii oretur circa tempus assignatum. 647. Non licet propriâ autoritate mutare horâ. 648. Quid faciendum illi, qui neglexit Horam. 649. Mortuô Sodali restituenda Præsidi schedula. 650. Membra hujus Instituti comparent ad Communionem Generalem, & quando hæc incidat. 651. Formula schedulæ tradi solitæ Sodalibus. 652. Unicam Indulgenciam in anno, nempe die horæ, habet hoc Institutum. 653. In die Communionis Generalis nullæ sunt Indulgenciaræ speciales, sed omnes defunctis applicabiles. 654. Horas distribuere non potest sacerdos, sed solus Præses Rosarius. 655. Facultas distribuendi Horas eō ipsō intelligitur data, quòd erigitur Sodalitas Rosarii. 656. Sodales, orando certis horis pro moribundis, nullam committunt superstitionem. 670. Quomodo sine teme,

H. I.

temeritatis nota possit aliquis acceptare horæ Institutum eō fine, ut tunc moriatur, dum alii pro se eraverint. 671.

Hymnus.

Hymnus: *Iesu nostra redemptio.* 700.



I.

S. Jacobus Apost. Major.

In festo S. Jacobi est pro Sodaibus Rosarianis Indulgenteria plenaria. 555.

P. Jacobus Sprenger Ord. Præd.
Instituit Confraternitatem S.
Annæ. 4. Monitus à B. V. restauravit Confraternitatem Ss. Rosarii. 5.

Jerosolymitana Rosaria.

Vide: *Rosaria Jeros.*

Jesus.

An in medio Salutationis Angelicæ, & quomodo debeat dici hoc Ss. Nomen. 101. Salvatori nostro in primo suæ Incarnationis instanti hoc Nomen competebat. 102. Pronunciantes hoc Nomen quas habeant Indulgenterias. 513. In articulo mortis post S. Communionem Sodales, hoc Ss. Nomen invocantes, habent Indulgenteriam plenariam. 539. Vide: *Nomen.*

Impeditus.

Qui non possunt visitare Capellâ Rosarii, nec venire ad Processiones solitas, possunt nihilominus lucrari Indulgenterias. 535. Inter hos impeditos censi debet, qui ob magnum concursum pertingerent nequit ad confessionem. 536. In-

I.

gulgentias impediti possunt etiam per S. Communionem acquirere in alia Ecclesia. 537.

Indulgenteriae
in genere.

Regulares non possunt extrae
neis suas Indulgenterias communi-
care. 324. Prudenter Indulgenteriae
limitatæ concedi possunt supra
plenariam. 345. Bullæ Indulgen-
tiarum sunt largè interpretandæ.
421. Ex earum copia non sequitur
per se earum contemptus, sed ex
malitia abutentium. 673. Idem di-
cendum est de peccato præsumptionis.
674. Quomodo intelligantur
Indulgenteriae multorum millium
annorum. 675. Per Indulgenterias
nō remittuntur pœnæ temporales,
quibus Deus hominem castigat
per modum medicinæ. 676. Per
eastamen remittuntur pœnæ Pur-
gatorii. 677. Possunt magnæ etiam
pro exiguis subinde operibus dari.
672. Dum in unctione Contra-
fraternitatis in Ecclesia Regulari re-
vocantur Indulgenteriae, non revo-
cantur Indulgenteriae priores eidem
Ecclesiæ concessæ. 595. S. Con-
gregatio declaravit per Clem-
entem XII. non esse revocatas In-
dulgenterias concessas à Benedicte
XIII. in Bulla: *Preciofus*, nec pri-
vilegium Altarium in Ecclesiæ
FF. Prædicatorum. 412.

De requisitis ad
Indulgenteriarum consecutionem.

Ad consequendas Indulgenterias
ex parte recipientis requiruntur
5. conditiones. 422. Si Indulgen-
tiae

I.

tiæ concessæ sunt ad Deum placandum, probabilius est, omnia præscripta opera debere ponî in statu gratiæ: alias verò sufficit ponere ultimum opus in gratia, imò secundum aliquos in quibus cunque Indulgentiis. 423. Si opera omnia posita sunt in peccato mortali, Indulgentia non acquiritur ablatâ obice. 424. Sive rô ponantur in peccato veniali, tunc quidem non obtinetur plenaria, benè tamen limitata. 425. 426. Si homo, vel de uno peccato veniali levissimo, & occultissimo non dolet, non consequitur plenariam. 427. Dolor, quem quidam videntur elicere de omnibus omnino peccatis, raro se re vera ad omnia peccata extendit: & ideo pauci sine Purgatorio avolant in cœlū. Datur Purgatorium desiderii, in quo est sola pena damni. 428. Omnia requisita à Bullis debent impleri 429. Non licet opera præscripta propriâ authoritate commutare. 430. Si homo non potest opus per alium, velut instrumentum implere, tenetur implere solum. 431.

De Confessione, & Communione vide *ibidem*: Quid circa preces notandum, vide: *Preces*.

Dum Indulgentiæ incipiunt à primis Vesperis, sensus est, à tempore, quo solent in Ecclesia prima Vesperæ dici, ideo in Quadragesima Indulgentiæ jam incipiunt ante meridiem. 443.

Quô modô Indulgentiæ debeant

I.

applicari defunctis, vide: *Defunctus*. Per idem opus iterabile non acquiruntur plures Indulgentiæ diversis titulis concessæ 465. Per idem opus, saepius repetitum in die, non acquiritur Indulgentia plenaria, benè tamen limitata. 466. Possunt tamen eô die plures Indulgentiæ acquireti diversis titulis. 467. Maximè in morte sunt plures Indulgentiæ plenariæ querendæ. 468.

Vide quoque: *Altare privilegiatum. Ecclesia. Jubilæum. Statio.*

Indulgentiæ Confraternitatis

Ss. Corporis Christi.

Confraternitas hæc, si erigitur per Breve Apostolicum, paucas habet Indulgencias. 722. Archiconfraternitas tamen erecta Romæ in Ecclesia Ord. Præd. dicta S. Mariæ super Minervam habet plures, easque potest communicare sibi aggregatae. 723. Incipit Bulla continens Indulgencias. *Ibidem usque 738.*

Indulgentiæ Confraternitatis Militiæ Angelicæ S. Thomæ Aquinæ

Indulgentiæ huic Sodalitati dantur secundum stilum communem. Plenaria pro die inscriptio-nis. 761. Eadem pro articulo mor-tis. 762. Eadem pro festo Princi-pali. 763. Eadem 7. Martii, sed pro omnibus etiam non Sodalibus in Ecclesiis Ord. Præd. tantum. 764. In aliis 4. festis minus principali-bus 7. annorum. 765. Pro quovis bono opere 60. dierum. 766. Pri-vilegium Altaris facile impetratur

tur, quod in Ecclesiis Ord. Præd. adhuc esset privilegiatū pro quo-cunque Sacerdote, etiam extra-neo ibidem celebrante. 767.

**Indulgenciarum Confraternitatis
Ss. Nominis IESU.**

Bulla continens Indulgencias. 707. 708. Si Processio transfertur ex Dominica secunda in aliam, transferuntur unā Indulgencias. 709. Indulgencias concessæ ante Paulum V. sunt revocatae. 710. Indulgencias 40. dierum pro certo Rosario de hoc Ss. Nominis. 714.

**Indulgenciarum Confraternitatis
Ss. Rosarii in genere.**

Confratres S. Corigiaæ Ss. Au-gustini, & Monicæ gaudent Indulgentiis aliarum Confraternitatum, & quomodo hoc intelligatur. 191. Sodales Rosariani non gaudent Indulgencias aliarū Confraternitatum. 192. Confratres S. Corigiaæ non gaudent Indulgentiis Rosarianis, quin Albo Rosa-niano, ut Sodales inscribantur. 193. Ad acquirendas Indulgencias Rosarianas simpliciter est ne-cessaria inscriptio hominis in Al-bum. 188. 189. Moribundi tamen recepti ad Sodalitatem, antequam inscribantur, gaudent Indulgentiis pro articulo mortis ex speciali privilegio. 190. Indulgencias Confraternitatis Ss. Rosarii erēctæ per Breve Apostolicum sunt paucæ, & hæ introductæ Confraternitate ab Ordine Præd. cessant. 338. Indulgentias Rosarianæ erant à quibusdam Pontificibus revocatae, sed

modò sunt iterum revalidatae : & major earum pars continetur in Bulla : *Nuper Innocentii XI. 339.* Hæc Bulla, & in ea contentum Summarium Indulgenciarū sunt authentica. 340. Cæteras Indulgentias adjectit Benedictus XIII. in Bulla : *Pretiosus. 341.* Ab his Pontificibus sunt confirmatae Indulgencias à quocunque, & quomodo cunque concessæ. 342. Indulgencias, concessæ cuidam particuliari Sodalitati, sunt communes omnibus Sodalitatibus. 343. Licet in Summario Innocentii vi-deantur quædam Indulgencias in-vicem oppositæ, sunt tamen omnes confirmatae. 344. Prudenter concedi poterant Indulgencias li-mitatæ super plenariam pro eodē opere. 345. Si unus Pontifex ap-ponit unam conditionem ad aliquā Indulgenciam consequendam, a-lius verò eam non apponit, potest Indulgencia obtineri, etsi illa con-ditio omittatur. 346. Incipit Bul-la Innocentii XI. *Nuper.* In ea con-tentum Summarium Indulgenciarū approbatum fuit à S. Con-gregatione Indulgenciaris præposi-ta. 347. Incipit Summarium ipsum. Indulgencias revocatae olim revali-dantur. 348. S. Congregatio de-claravit, per Clementem XII. non esse revocatas Indulgencias con-cessas à Benedicto XIII. in Bulla : *Pretiosus. 412.* Probabilis est, ad consequendas alias Indulgencias Sodalitatis Rosarianæ necessariū esse, ut per hebdomadam dicatur Rosa-

Rosarium. 509. Aliæ Indulgenciarum inter se non sunt connexæ, sed una obtineri potest sine alia. 510. Omnes Indulgenciarum, directè Sodalitati Rosarianæ concessæ, communicantur Sodalitatibus ab Ordine Prædicarorum erectis. 622. Sodalitas Rosarii, erecta ab Ordine Præd. habet omnes Indulgencias præter Indulgencias Altaris privilegiati Ss. Rosarii, & Rosariis benedictis annexas. 623. Indulgenciarum Rosarianæ, etsi subinde pro exiguis operibus concedantur, non sunt propterea indiscretæ. 672.

Indulgenciarum Rosarianarum in Particulari.

Pro die inscriptionis. 499.

Pro portantibus Rosarium benedictum. Vide Rosarium benedictum.

Pro recitantibus Rosarium. Vide: Rosarium recitantes.

Pro pronunciantibus Ss. Nomina Iesus Christus, Maria. Vide: Nomen.

Pro confessis, & communicatis. Vide: Confessio. Communio.

Pro interessentibus Processioni. Vide: Processio.

Pro visitantibus Capellam. Vide Visitatio.

Pro quovis opere bono. Vide: Opus bonum.

Pro interessentibus cantui Salve Regina. Vide Salve.

Pro legentibus Missam Ss. Rosarii. Vide: Missa.

Pro Impeditis. Vide: Impeditus.

Pro articulo mortis. Vide: Mortibundus.

Pro defunctis. Vide: Defunctus. Altare privilegiatum.

Indulgenciarum etiam non Sodalibus Communes.

Non Sodales etiam, si interfuerint Processioni Rosarianæ habent Indulgenciam 7. annorum. 552. Idem pro tertia parte Rosarii 5. annorum. 553. Idem Dominicâ prima Octobris, & per totam Octavam, si communicati visitaverint Capellam, plenariam. 554. Idem pro eodem plenariam in festo S. Jacobi Majoris, & Ss. Corporis Christi. 555. Idem recitantes Rosarium ex Rosario benedicto ab Ordine Præd. habent ad quodvis granum 100. dierum Indulgencias & si quotidie per annum recitaverint tertiam partem Psalterii, habent mediâ communione eodem anno die placitâ plenariam. Quæ Indulgenciarum sunt etiam Rosarium S. Birgittæ. 556. Indulgentia hæc plenaria potest acquiri anno nondum elapsò. 557.

Indulgenciarum

Ordini Præd. propriæ.

Religiosis omnibus hujus Ordinis concessum est Jubilæum semel in vita ita, ut possint à Confessario electo ab omnibus casibus absolviri. 797. Quas Indulgencias habeat pro Officio B. M. V. Officio defunctorum & 7. Psalmis pœnitent. dum ea dicunt ex devotione. 798. Habent 100. dierum Indulgenciam pro coronula in honorem Ss. Nominis B. M. V. 799.

**Indulgenciarum Ordinis aliis
communes.**

**Tempore Missionis eorum est
Indulgencia plenaria. 800.**

tempore Capituli Provincialis.

801. Hoc tamen tempore non ha-
bent facultatem absolvendi à re-
servatis. 802. Indulgenciam ple-
nariam eodem tempore obtinere
possunt homines, etsi nullam tri-
buant eleemosynam, dummodo
visitent: non tamen toties, quo-
ties. 803. Festis Sanctorum Ordini-
nis est Indulgencia plenaria, item
dum aliquis ex ordine beatifica-
tur, aut de Beato prima vice Offi-
cium celebratur. 804. Translati-
juxta rubricas festis Ordinis trans-
feruntur Indulgenciarum. 806. Hæ
Indulgenciarum obtinentur tantum
in Ecclesiis Ordinis. 808.

Indulgenciarum eorum, qui inter-
funt cantui quotidiano: *Salve Re-
gina.* 814. Deosculantibus habitu
Ordinis dantur Indulgenciarum 5. an-
norum. 824.

Vide etiam: *S. Dominicus. S.
Vincentius Ferrerius.*

Infans.

In Confraternitatem Rosa-
rianam recipi possunt infantes, &
defuncti 203. 204. 205. Infantes
in quibusdam Italicae locis certò
ritu Albo inscribuntur, & quid
circa eos notandum. 206. Pro in-
fantibus, & defunctis dici debet
hebdomadatim integrum Psalte-
rium. 207.

Infirmus.

Probabile est, infirmos domi-

posse etiam Stationum Indulgen-
tias lucrari. 487. Vide *Impeditus.
Regularium Indulg.*

**Inscriptio in Album Confra-
ternitatis Ss. Rosarii.**

Suscipiendi in Confraterni-
tatem debent Albo ab habente
potestatem inscribi. 180. Possunt
inscribi ubique, sed convenienti-
us in templo. 181. In die inscrip-
tionis non est de essentia confessio,
& communio. 182. Ut aliquis fiat
Sodalis, sufficit eum esse receptum
ad eam, & non est de essentia, ut
sit Albo inscriptus. 184. Ad par-
ticipanda tamen bona spiritualia
Sodalitatis communia, ad quædam
absolutè requiritur inscriptio, ad
alia solum suscepitio ad Sodalita-
tem per verba. 185. Ipsa inscrip-
tio in Album est signum optimum
susceptionis, penes quam consuli-
tur homines suscipiendos esse per
verba. 187. Ad acquirendas Indul-
gentias Rosarianas necessaria ab-
solutè est inscriptio, & non suffi-
cit suscepitio. 189. Moribundi ta-
men recepti ad Sodalitatem, an-
tequam inscribantur, gaudent In-
dulgenciarum pro articulo mortis ex
speciali privilegio 190. Non om-
nes Sacerdotes in Ordine Præd.
habent facultatem inscribendi.
195. Pro inscriptione nihil potest
exigi. 198. Die inscriptionis, vel
aliò die postea est confitendum. 211.
Ad consequendam tamen Indul-
gentiam plenariam die inscriptio-
nis, & non aliò est communican-
dum: sed nullæ preces pro eo die
præ.

præscribuntur. 212. Ad perfectè participandam communionem bonorum operum, in Sodalitate Rosariana sufficit, ut sit aliquis receptus ad Sodalitatem, et si non sit inscriptus. 313. Similiter ad participandam bonorum communionem cum Beatis sufficit receptione, & non est necessaria inscriptione. 337. Pro die Inscriptionis est Indulgencie plenaria. 499. In loco, ubi priùserat Sodalitas erecta per Breve Apostolicum, si eripatur ab Ordine, Sodales priùs inscripti debet de novo inscribi. 610. Inscríbere Sæcularis non potest, sed solus Sacerdos Confessarius. 627. Hic insuper jam debet esse membrum Sodalitatis. 628. Sola facultas inscribendi potest subdelegari. 629. Præfides extra Ordinem Præd. ex se non possunt subdelegare facultatem inscribendi, sed de licentia Reverendissimi Generalis scripto obtentâ. 632. Literæ, seu talis licentia. 633 Nemo potest se ipsum inscribere, Personis tamen Augustis id concedendum est, sed postea iterum à Præside inscribantur. 636. Si quis debet manu non fuit inscriptus, inscribatur denuo, secus non gaudet Indulgencie. 637. Ad quid de serviat inscriptione, & commoda ejus. 669.

Inscriptio in alias Confraternitates.

Inscriptio eorum, qui accipiunt Horam, non est necessaria. 644. Qui in Confraternitate Ss. No-

minis JESU habeant licentiam inscribendi. 681. Sodales hujus necessariò debent esse inscripti, secus non gaudent Indulgencie. 697. In Sodalitate Militiae Angelicæ similiter Sodales debent esse inscripti, & quis habeat licentiam inscribendi. 749.

Institutio.

Vide: *Erectio.*

Instrumentum.

Ante erectionem Confraternitatis SS. Rosarii formetur duplex Instrumentum, continens Regulas Præsidis, & ejus obligationes. Formula talis Instrumenti. 596. Erecta Confraternitate subscribat se Parochus, & Prior erigens. 607. Item fiat in erectione Confraternitatis SS. Nominis JESU. 708.

Intentio.

Rosarium recitatur duplice intentione, ut Deus benedicatur, & ut aliquid ab eo petatur. 80. Formula intentionis ante Rosarium. 96. Rosarium debet certâ intentione Deo offerri. 202. 508. Intentio, pro quo orandum, fieri debet ante orationem. 290. Preces pro consequendis Indulgencie quam intentione debeant dici. Possunt dici ad plures intentiones. 404. Ad consequendas Indulgencias non requiritur intentio expressa eas lucrandi, sed sufficit interpretativa. 444. Intentio applicandi Indulgenciam defunto debet fieri ante finem operis, cui annexa est Indulgencia. 449. Praxis talis intentionis. Mane sufficit sibi ali-

I.

aliquam Indulgentiam reservare
indeterminatè. 450. Vide: *Obla-*
tio Rosarii.

Interdictum.

Privilegia pro tempore Inter-
dicti concessa Sodalibus Rosa-
rianis, sunt probabilius revocata.
571. 572. Idem dicendum de So-
dalitate Ss. Nominis I E s u . 710.

P. Joannes de Altamura.

Non est author Rosarii perpe-
tui. 641.

P. Joannes Petronius.

Est author Rosarii perpetui.
640.

Jubilæum.

Tempore Jubilæi non suspen-
ditur privilegium Altaris, nec Indulgentiæ concessæ pro solis de-
functis. 460. Tempore Jubilæi
Anni Sancti suspenduntur Indul-
gentiæ, non in aliis extra ordina-
riis Jubilæis: & tunc suspendun-
tur etiam Indulgentiæ limitatæ,
concessæ à Papis, non tamen ab
Episcopis, nec concessæ pro solis
defunctis. 471. In festo Assump-
tionis B. V. probabilius non est
amplius Jubilæum pro Sodalibus
Rosarianis. 522. 576. Sicut & Ju-
bilæum in festo Circumcisionis pro
Sodalibus Ss. Nominis I E s u est
revocatum. 710. Religiosis omni-
bus Ord. Præd. non conceditur se-
mel in vita Jubilæum 797.

S. Juliana.

Monitu Dei pro institutione
festi Ss. Corporis Christi prima
multùm egit, quam egregiè adju-
vit Ordo Præd. 715.

L.

Leges. Vide: *Regulæ.*

Liber. Vide: *Album.*

Litaniae.

De SS. Nomine I E s u . 687.

Litteræ.

Litteræ, quibüs Sodales Rosa-
riani recepti sunt ad beneficia Or-
dinis Præd. 332. Litteræ institu-
tionis Confraternitatis Rosarii,
quas mittit Reverendissimus Ge-
neralis Ord. Præd. 589. Formula
Litterarum, quibüs Priors Ord.
Præd. dant concionatoribus facul-
tatem erigendi Confraternitates.
597. 598. Litteræ, Reverendissi-
mi Generalis Ord. Præd. quibüs
Præsidibus Rosarianis dat licenti-
am, aliquas facultates subdelegan-
di. 633. Litteræ institutionis Con-
fraternitatis Ss. Nominis I E s u à
Reverendissimo Generali Ordin.
Præd. missæ. 706. Litteræ circa
Indulgencias Stationum Reve-
rendissimi Gen. Garziæ. 474.

M.

B. Maria Virgo.

Ipsa laudavit Rosarium. 10.
11. &c. Varias, & insolitas gratias
promisit B. V. suis Psaltis. 17.
Regulas Sodalis Rosarianis ip-
sa B. V. præscripsit, quæ tamen
sunt nonnihil immutatae. 177.
Beata mors B. V. describitur. 140.
Gloria animæ B. Virginis 141.
Gloria corporis, à mortuis resus-
cita-

citati. 142. Quicunque præcelsa gaudia sensit B. V. in cœlum una cum corpore introducta. 143. Scribunt aliqui in ea, velut crystallo, Ss. Eucharistiam in cœlo videri. 144. Rosarium è genibus recitantibus promisit, se adhuc plures Indulgentias à suo Filio impetraturam. 558. Sodales Rosariani optimè agunt imitandō Angelū Gabrielem in salutanda B. Virgine. 658. Videt in verbo se ab hoc, vel illo salutari. 659. Quod toties iis dem verbis salutetur, nullum inde accipit fastidium. 661. Indulgentia pro Officio majori B.M.V. 798. Pro coronula in honorem ejus Ss. Nominis composita. 799.

Meditatio.

Ad recitationem Rosarii requiritur meditatio Mysteriorum 505. 202. Quomodo meditatio cuiuslibet Mysterii instituenda. 113. Non oportet se immittere in materias controversas. 114. Quales affectus sub meditatione excitandi. 118. Juvat ad excitandam devotionem sæpius easdem meditationes relegere. 145. Sub Rosario non sufficit alia pia meditari. 506. Melius est sub Rosario meditari Mysteria quam attendere ad sensum verborum. 507. Religiosi, qui quotidie per medium horam meditantur, in mense possunt lucrari. 60. annorum Indulgentiam. 781.

Miraculum,

Vide: Historia.

Militiæ Angelicæ S. Thomæ A-quin. Confraternitas.
Vide: Cingulum Confraternitas
Militiæ Indulgentiæ Confrat. Milit.
Regulæ Conf.

Missa.

Sodales Rosariani legentes, & audientes Missam Votivam de Ss. Rosario habent Indulgentiam plenariam. 527. Missa Votiva, quæ in antiquioribus Missalibus habetur, est antiquata. 528. Missa hæc potest ubique legi. 529. Non tam in festo duplici. 530. Hanc legere possunt Tertiarii Ordinis Præd. qui etsi non sint Sodales, eam tamen audiendō gaudent Indulgentiā plenariā. 531. Eam non possunt legere Regulares alii, etsi habent Sodalitatem Rosarianam. 532. Nec Præsides alii Sodalitatis, nec Confessarii Monialium ejus Ord. extranei. 533. Ipsa Missa Votiva Ss. Rosarii. 534.

Dominicā 2. mensis debet in loco Confraternitatis Ss. Nominis IESU dici Missa Confraternitatis. 684. Quid per hanc Missam Confraternitatis intelligatur. 686. Cur Patres Ord. Præd. in Missa sinistrâ se manu communicent. 718. Cur Ordo idem Ritum Romanum in celebranda Missa non acceptet. 719. Religiosi legentes primam Missam, & illi interessentes lucrantur Indulgentiam plenariam. 776.

Missio.

Religiosi Missionarii habent Indulgentiam plenariam pro die, quo

quo se accingunt itineri, & quô in suas Provincias pervenerint. 783. Tempore Missionis Patrum Ord. Præd. est Indulgentia plenaria. 800.

Monialis.

S. Catharina Senensis non instituit secundum Ordinem Monialium S. Dominici. 30. Nec tertius, ubi de ejus origine. 31. Confessarii Monialium Ord. Præd. si non sint ex Ordine, non possunt legere Missam Votivam de Ss. Rosario. 533. In Ecclesiis Monialium, Ordini subjectarum, sunt etiam omnia Altaria pro Sacerdotibus Ordinis illius privilegiata, si tamen intra claustra Altare Ss. Rosarii habeant, non verò in Ecclesiis Monialium, Episcopis subjectarū. 548. In Ecclesiis Monialium cuiuscunque Ordinis erigi non possunt Confraternitates, benè tamē intra earum claustra. 578.

Confraternitas Ss. Nominis JE-
su non intelligitur erēcta in Ec-
clesiis Monialium Ordinis Præd.
potest tamen erigi intra earum
claustra. 702. Confraternitas Ss.
Corporis Christi potest erigi intra
claustra Monialium. 721. Festis
Ordinis Præd. sunt etiam Indul-
gentiae in Ecclesiis Monialium,
Ordini subjectarum, non in Ec-
clesiis subjectarum Episcopis. In
festo tamen S. P. Dominici sunt
etiam pro subjectis Ordinariis, sed
servantibus clausuram. 805.

Moribundus. Mors.

Candela benedicta potest in ma-

nus tradi moribundo, petenti in Sodalitatem recipi. 165. Vide : *Absolution Gen. Moribundi*, antequam inscribantur, dumodo sint ad Societatem recepti, gaudent Indulgentiis Rosarianis concessis pro articulo mortis. 190. Sodales Rosariani in morte acquirunt Indulgentiam plenariam per Confessionem, & Communionem. 538. Post S. Communionem invocando St. Nomen Iesu. Etiam plenariam. 539. Eandem post Ss. Sacra-
menta, profitendō fidem, & dicendō Antiphonam : *Salve Regina*. 540. Eandem saltem firmum propositum habens confitendi, tenendō cereum benedictum. 541. Ean-
dem per Absolutionem Genera-
lem. 542. Religiosi habent pro articulo mortis plenariam. 775. Ante Paulum V. Indulgentiae pro articulo mortis concessae Religiosis sunt revocatae. 791.

Mysteria SS. Rosarii.

Quænam sint festa Mysteriorū Ss. Rosarii. 37. Ad Rosarium requiritur meditatio Mysteriorum. 75. Quomodo meditatio cujuslibet Mysterii instituenda. 113. Expen-
ditur Mysterium primum partis gaudiosæ. 120. Secundum. 121. Tertium. 122. Quartum. 123. 124. Quintum. 125. 126. Partis doloro-
sæ primum. 127. 128. 129. Secun-
dū. 130. Tertium. 131. 132. Quar-
tū. 133. 134. Quintum. 135. Par-
tis gloriosæ primum. 136. Secundū
137. Tertium. 138. 139. Quartum.
140. 141. Quintum. 142. 143. 144.

No-

N. O.

N.

Nomen.

An in medio Salutationis Angelicæ ambo Ss. Nominata: *Jesus Christus*, an solū alterutru proferri debet. 101. Ambo hæc Nomina cōpetebant Salvatori in primo Incarnationis instanti. 102. Quomodo Cōfraternitas Rosariana propriè nominari debeat. 178. Pronunciantes Ss. Nomina *Jesus*, & *Maria*, quas habeant Indulgencias. 513. In festo Ss. Nominis *Jesus* Dominica 2. post Epiphaniam est Indulgencia plenaria pro omnibus. 683. Itē in festo Ss. Nominis *Mariæ* Dominica infra Octavam Nativitatis B. V. 514. Vide: *Confraternitas Ss. Nominis Jesus. Jesus Christus. Coronula.*

O.

Oblatio Rosarii.

Rosarium offertur principaliter in honorem Ss. Trinitatis, deinde etiam in honorem Sanctorum 83. Per Rosarium sunt aliqua determinatè pétenda, & quæ. 84. Offerri etiam potest in gratiarum actionem pro acceptis beneficiis. 85. Rosarium offerri potest in honorem vitæ Christi, membrorum corporis, & animæ potentiarum. 86. Item in honorem vitæ B. M. V. membrorum corporis ejus. & animæ potentiarum. 88. 89. In honore Christi passionis mentalis, rea-

lis, & Divinitatis. 87. Potest offerri pro peccatoribus. 90. Pro animabus in Purgatorio. 91. In gloriam Beatorum in cœlo. 92. Per partem gaudiosam peti potest, ut nobis Deus det sanctè vivere: per dolorosam, sanctè mori: per gloriosam Ss. Sacramentis benè uti, qui récitandi modus multū commendatur. 93. Non est opus prædicta semper ruminari, & simplices possunt facere intentionem dicendi Rosarium eò modō, quō solum devotissimi. 94.

Officiales Confraternitatum.

Ordo Præd. eos habere non tenetur: si tamen habeat, quid circa eos observandum. 59. Quædam privilegia, quæ idem Ordo habebat circa Officiales, & bona suarū Confraternitatum ex concessione Benedicti XIII. in Bulla: *Præfatus §. 13. 14. 15.* sunt revocata. 60. Præsides extra Ordinem nostrum Confraternitatis Rosarii eos habere tenentur. 61. Officialium manus. 62. Declarationes circa Officialium electionem. 63. Ad has non obligantur Regulares exempti. Præsides tamen sæculares etiam in viculis. 64. Modus eligendi, & preces in electione fieri solitæ. 65. Officiales si bona administrant, tenentur reddere Episcopis quotannis rationem suæ administracionis. 618.

Officium majus B. M. V.

Indulgientiae pro hoc Officio datae Ordini Præd. 798.

O.

Officium Defunctorum.

Indulgentiæ pro hoc Officio data Ordini Præd 798.

Opus bonum.

Sodalis Rosarianus quilibet fit particeps bonorum operum totius Sodalitatis, Ordinis Præd totius Ecclesiæ, & omnium Beatorum. 21. 315. Omne opus bonum est simul meritorium, & satisfactorium. 230. Opus bonum, inquantum meritorium *de congruo*, non potest communicari alteri, sed inquantum meritorium *de congruo*: & in quo hoc consistat. 231. Hæc possunt comunicari directè, & indirectè. 232. Fructus hujus communicationis. 233. Communicatio directa magis prodest, ad indirecta, sed in illa sunt aliqui gradus, & mensuræ. 234. Opus bonum, ut meritorium de congruo, potest communicari pluribus, absque eo, quod propter multiplicationem personarum fructus hujus communicationis alicui decrescat. 235. Fructus hujus communicationis non est infallibilis. 236. Communicare opus bonum, ut satisfactorium, est pro alio agere pœnitentiam. 237. Quomodo cum Communione Sanctorum, seu bonorum operum in Ecclesia stent Confraternitates. 657. Sodales Rosariani pro quibusdam bonis operibus habent Indulgentiā 100. dierum. 387. 524. 389. Pro aliis 60. dierum. 388. Item pro quounque seu charitatis, seu pietatis opere 60. dierum. 390. Sodales Con-

O.

fraternitatis Ss. Nominis Jesu pro omni opere bono lucrantur Indulgentiam 60. dierum. 707. Idem est de Confratribus Militiæ Angelicæ 766.

Oratio in genere.

Exceptis aliquibus, reliquas omnes orationes antecellit Rosariū. 16. Partes orationis sunt 4. nempe obsecratio, oratio, postulatio, & gratiarum actio, & haec explicantur. 82. Non debet oratio peragi præcipitanter: vide: *Præcipitantia*. Quam variae, veniant, & unde cogitationes sub oratione. 106. Vide: *Devotio*. Oratio communicari alteri potest, inquantum meritoria, satisfactoria, impetratoria. 285. Duplex oratio interpretativa, & expressa, fructus utriusque, & gradus. 186. Dubium est, an Deus ad solas preces gratuitò alicui pœnam remittat. 287. Oratio potest pluribus prodesse æquè, ac si fuisset oblata pro uno: oblata tamen pro aliquibus distinctè, plus iis prodest, quam oblata in communi, & confusè. 288. Quid melius, anorare pro se, an pro alio. 289 Intentio, pro quo orandum, fieri debet ante orationem. 290. Vide: *Suffragium*. *Preces*. Cur Judæi in antiquo testamento in die oraverint. 665.

Oratio Dominica.

Cur in Rosario mixtim dicantur Salutationes Angelicæ, & Orationes Dominicæ? 662. Cur plures Salutationes Angelicæ, quam Dominicæ? 663. Cur tertio

O. P.

numerō ambas comprehendimus?
664. Quare rectē 15. Pater noster
dicantur? 666.

Oratio Rosarii.

Quanti meriti sit recitatio Rosarii, & ideo Rosarium, etsi nullas haberet Indulgencias, præstantius adhuc esset, quām aliæ preces etiam Indulgentiis dotatæ.
20. Complebitur obsecrationem, orationem postulationem, & gratiarum actionem. 82. Rosarium è genibus recitantibus B. V. promisit se adhuc plures Indulgencias à Filio suo impetraturam. 558. Vide: Rosarium.

Ordo Prædicatorum.

Vide: S. Dominici Ordo.

P.

Pater noster

Vide: Oratio Dominicæ.

Pentecoste.

Probabiliter omnibūs tribūs diebūs Pentecostes sunt Indulgenciæ plenariæ pro Sodalibus Rosariensis. 521.

P. Petronius.

Vide: Joan Petron.

S. Petrus Mart. Ord. Præd.

Benedicuntur in ejus honorem rami, & aqua: origo hujus benedictionis.

Vide: Aqua. Benedictio. Crux. Rami.

Penitentia.

Vide: Satisfactio.

Portiunculæ Indulgencie.

Vide: Capitulum Provin. Indulgenciæ Ordinis Præd.

P.

Potestas.

Vide: Facultas.

Præcedentia.

Sodalitas Rosariana in Processionibus alias Sodalitates præcedit, nisi alia priùs fuisset in eo loco, aut in possessione præcedentie. Idem quoque statutū fuit de Ordinibus Mendicantibus. 564. Inter Religiosos tamen Mendicantes primus locus dandus est Ordini Præd. etsi in eo loco aliis Ordo habuerit jam Conventum, in quo casu Sodalitas Rosarii aliis antiquioribus cederet. 565.

Preces.

Preces ante, & post Processionem Rosarianam dicendæ. 50. Preces ante, & post electionē Officialium. 65. Preces ante, & post Rosarium dici solitæ non sunt de essentia Rosarii. Precatiunculæ ante quamlibet decadem Rosarii. 104. Preces seu gratiarum actio post Rosarium. 105. Preces ante erectionem Sodalitatis. 601. Preces post erectionem. 606.

Per preces injunctas pro pœnitentia possunt acquiri Indulgenciæ. 436. debent esse vocales, non mentales. 437. Si Bulla preces non determinat, probabilius, & secundius est orare ad minus 5. Pater, & Ave. 438. Qui unum Pater omittit, probabilius non obtinet Indulgenciam, ideo in Indulgentiis non datur parvitas materiæ. 439. Quā intentione debeant pro Indulgentiis dici preces: possunt dici ad plures intentiones. 440. Preces

ces debent dici post S. Comunio-
nen. 441. Quid circa preces nota-
dum. 442. Vide: *Oratio*.

Præcipitantia.

Rosarium non debet dici præci-
pitante, & quam turpe sit hoc vi-
tium. 107. Sub nimia celeritate
non potest haberi vera devotio.
108. Præcipitantiam non esse vir-
tutem, sed vitium, demonstra-
tur. 109. Ss. Patres, & Ascetæ acri-
ter in hoc vitium invehuntur. 110.
Non licet nimis properare propter
occupationes. 111. Superiores in-
vigilare debent, ne subditi huic
vitio assuecant, & quomodo eme-
detur. 112.

Præses Confraternitatis.

Præses Rosarianus debet ali-
qua festa celebrare. 35. Certis die-
bus habeat sermonem de Rosario.
38. Certis diebus post sermonem
publicè præoret Rosarium, & po-
pulus illud choraliter prosequa-
tur. 41. 42. Certis diebus constitu-
at Processionem. 43. 44. Præses
non potest Processionem de uno
die transferre in alium. 51. Præses
pro defunctis 4. annuatim habeat
anniversaria. 54. 55. Præses ter in
hebdomada cum populo Rosariū
publicè oret. 56. 57. Præses Offici-
ales instituat. 58. Præsides extra
Ordinem Præd. Officiales habere
obligantur. 61. Declarationes cir-
ca Officialium electionem. 63. Ad
has declarationes non obligantur
Regulares exempti: Præsides ta-
men Sæculares etiam in viculis.
64. Præses Sodales in Albo Maria-

no gratis secundum nomina, & co-
gnomina describat. 66. Præses de-
functorum nomina publicè legat.
68. 69. Præsides extranei parere de-
bent Reverendissimis Generali-
bus Ord. Præd. ipsorum ordina-
tiones recipere, imò & visitatio-
nem admittere Provincialium. 72.
Qui non est inscriptus Albo Soda-
dalitatis, non potest agere Præsi-
dem. 73. Præsides extra Ordinem
Præd. legere non possunt Missam
votivam de Rosario. 533. In erec-
tione Confraternitatis solus insti-
tuitur in Præsidem cum facultate
benedicendi, & inscribendi, qui
in litteris Reverendissimi Gene-
ralis denominatur, & in Parochiis
est Parochus, in Monasteriis uni-
cus Pater. 609. Omnes facultates
Rosarianæ communicantur Præ-
sidibus extraneis, quas habent Pa-
tres Ordinis Præd. 624. Extranei
Præsides possunt de expressa li-
centia Reverendissimi Generalis
Ord. Præd. subdelegare facultatem
inscribendi, & dandi Absolutio-
nem Generalem 632. In domibus
Regularium Superiores ex se nul-
lam facultatem Sodalitatis possi-
dent, nisi solus Pater Rosarianus,
& cui ille aliquam subdelegavit.
635. Horas distribuere non potest
sæcularis, sed solus Præses Rosa-
rianus. 655.

Prior Conventus Ord. Præd.

Gonfraternitatem Rosarianam
actu erigere possunt soli Priors,
vel Patres deputati à Consilio.
586. Quid circa erectionem habe-
ant

ant agere. 588. 597. 616. Priors possunt delegare facultatem absolventi generaliter cuicunque Sacerdoti extraneo, non verò alias facultates. 631. Possunt etiam extraneis dare facultatem benedicti aquam, & ramos S. Petri Martyris. 851.

Privilegium Altaris.

Vide : *Altare Privilegiatum.*

Privilegia

Confraternitatis Ss. Rosarii.

In Ecclesia, in qua Sodalitas erigitur, potest, imò debet erigi Altare Ss. Rosarii. 559. Omnes functiones, & devotiones publicæ possunt liberè peragi, et si populus ab aliis Ecclesiis abstrahatur. 560. Confraternitas ad quasvis Procesiones, & funera, nullâ requisitâ licentiâ, alicujus potest cum vexillis suis, & Insignibus comparere. 562. Sodalitas Rosariana in Processionibus alias præcedit, nisi aliae priùs fuissent in eo loco, aut possessione præcedentia. 564. Nulla alia Confraternitas potest Dominicâ primâ mensis instituere processionem. 567. Omnia reliqua Rosaria inventa, & invenienda sine licentia Sedis Apostolicæ sunt prohibita. 568. Sodalitas Rosariana potest habere bona, & recipere pia legata. 569. Privilegia Sodalium pro tempore Interdicti sunt probabilius revocata. 571. Probabilius non possunt amplius absolviri à reservatis certis festis. 576. Sodales, qui contra hæc privilegia apud personas saeculares aliquid ege-

rint, è Sodalitate expellantur, & expulsi denucentur. 570.

Privilegia,
quæ in erectione Sodalitatis Rosarii communicantur.

Privilegia directè Sodalitati concessa communicantur Sodalitatibus ab Ordine Præd. erectis. 622. Privilegium legendi Missam votivam Ss. Rosarii, & absolvendi à reservatis non potest communicari exرانeis. 625. Regulares Ordinis Præd. non possunt Dominicis primis mensium ingredi processionaliter fines Parochiarum, bene tamen in festo Ss. Rosarii. 626. In extraneis Ecclesiis Altaria Ss. Rosarii non sunt privilegiata, & Rosaria benedicta à Praesidibus extra Ordinem Præd. nullas habent Indulgentias. 623.

Privilegia revocata Confraternitatis Ss. Nominis Iesu. 710.

Processio.

Præses Rosarianus certis diebus instituat Procesionem Rosarianam. 43. Confraternitates non possunt instituere Processiones cù Ss Sacramento. 45. In festis Mysteriorū Ss. Rosarii non solet Procescio institui. 46. Preces ante, & post Procesionem Rosarianā. 50. Præses non potest Procesionem Rosarianam transferre de Dominicâ prima mensis in aliam. 51. Potest tamen Ordo Præd. certis festis, & etiam extranei Dominicâ primâ Octobris. 52. Interessentes Procesioni diebus Dominicis primis mensium Sodales sine confes-

sione habent 7. an. Indulg. confessi verò interessentes omni Processioni Rosarianæ plenariā. 515. Festis B. V. ad hanc Indulgentiam sufficit propositum confitendi, non tamen diebus Dominicis. 516. Qui sub Processione remanent in templo, non lucrantur Indulgencias. 517. Pro Processione funebri in Ordine Præd. hebdomadatim instituta concessa sunt 3. annorum Indulgencias. 526. Non Sodalis, qui interest Processioni Rosarianas, habet Indulgentiam 7. annorum. 552. Religiosi possunt per aliquot passus extra suos Conventus producere Processiones. 561. Ordo Præd potest sine licentia Episcopi, & assistentia Parochi in festo Ss. Rosarii & qualibet Dominicā prima mensis instituere Processionem ingrediendō fines Parochiarum. 562. Confraternitas Rosariana potest ad quasvis Processiones, & funera Sodaliū comparere cum vexillis suis, & Insignibus, nullius licentiā requisitā. 563. Sodalitas Rosariana quando in Processionibus alias præcedit. 564. Nulla Confraternitas potest Dominicā primā mensis instituere Processionem. 567. Ordinarii non possunt compellere Confraternitates ad Processiones, hæ ante Regulares incedant. 621. Regulares, apud quos est instituta Confraternitas Rosariana, non possunt Dominicis primis mensium ingredi processionaliter fines Parochiarum, bene tamen in festo Rosarii. 626.

Processio Ss. Nominis Iesu potest transferti in alium diem. 688. Dominicis secundis mensium debet à Confraternitate Ss. Nominiis institui Processio. 687. Si transfertur Processio, transfruntur unà Indulgencias. 709.

Patres Dominicanī possunt Dominicā infra Octavam Corporis Christi instituere solemnem Processionem, viam tamen semel eligendō: cui si quis se adjunxerit, habet Indulgentiam plenariam. 717. A Confraternitate Militie Angelicæ in quibusdam locis Dominicā 3. mensis Processio cum Ss. Sacramento instituitur. 760.

Professio.

Regulares in die professionis suæ habent Indulgentiam plenariam. 773.

Promissio.

Magnas gratias promisit B. V. devotis Rosarianis. 17. Vide: Gratia.

Protector.

In Confraternitate Ss. Rosarii solet subinde eligi Protector: & quæ ejus obligatio. 603.

Psalmi Pœnit. & Grad.

Religiosi Ord. Præd. pro Psalmis pœnitentialibus habent certas Indulgencias. Item pro Gradualibus. 798.

Psalterium.

Rosarium sicut ab initio dictum Psalterium, & quare. 1.

Purgatorium.

Datur Purgatorium desiderii, in quo est sola pœna damni. 428.

Secun-

P.

R.

Secundum se est licitum petere à
Deo Purgatorium in hoc mundo,
magna tamen cautela hīc opus est,
nec magnis peccatoribus consu-
lendum. 462. 463. 464. Per In-
dulgentias remittuntur pœnæ pur-
gatorii. 677.



R.

Rami.

Rami benedicuntur in honore
S. Petri Martyris. Ord. Præd. Vi-
de: S. Petrus.

Regulæ.

Confraternitatis Militiae Angelicæ
S. Thomæ Aquinæ.

In Capella Confraternitatis eri-
gendum est Altare S. Thomæ A-
quinatis. 748. Sodales debent pro-
prio Albo inscribi, quod potest fo-
lius Præses. 749. Servent castitatem
secundum suum statum. 750. Cing-
ulum benedictum gestent. 751.
Vide: Cingulum. Sodalisoret quo-
tidie 15. Ave: hujus moralis si-
gnificatio. 753. Motus, & cogita-
tiones inhonestas supprimant.
754. Caveant ab immundis loque-
lis, libris, imaginibus &c. 755.
Nullum actum impurum comit-
tant. 756. Alios ad castimoniam hor-
tentur. 757. In festo principali, &
7. Martii communicent. 758. S.
Thomā invocent, & alios ad hanc
militiam invitent. 759. In quibus-
dam locis Dominicā 3. mensis pro-
cessio cum Ss. Sacramento insti-
tuitur. 760.

R.

Regulæ
Confraternitatis Ss. Nominis
JESU.

Sodales debent abstinere à vitiis,
huic Ss. Nominis injuriis. 691. Su-
periores talia vitia in suis inferio-
ribus corrigant. 692. Etiam admoni-
nendi sunt extranei. 693. Sodales
Festō Principali, & aliis Domini-
cīs 2. mensium sēpius per annum
confiteantur, & comunicent. 694.
Sodales scribantur in libro depu-
tato. 697. Publicis devotionibus
Sodalitatis intersint. 698. Littera-
ti quotidie Litanias de hoc Ss. No-
mine dicant, alii verò 5. Pater, &
Ave. 699. Statuta non obligant
sub culpa. 701.

Regulæ.

Confraternitatis Ss. Rosarii.

Regulæ Præsidum. Vide: Pre-
ses.

Regulas Sodalibus ipsa B. V.
præscripsit, quæ sunt modò non-
nihil immutatae. 177. Suscipiendū
habeant animū in Sodalitate per-
severandi. 179. Suscipiendi debent
Albo Confraternitatis inscribi.
180. Sodales debent sua opera bo-
na aliis Consodalibus communica-
re, & actum communicationis elici-
ant in ingressu Sodalitatis. 196.
Regulæ non obligant sub culpa,
quas si quis per longum tempus
non servaverit, nullā opus est re-
novatione. 197. Sodalis per septi-
manam integrum dicat Psalteriū
Marianum. 199. 200. Illud potest
permitti dici ab alio. 201. Rosa-
rium debet dici meditandō Mys-
teria

ria, & certâ intentione Deo offer-
ri. 202. In hanc Confraternitatem
recipi possunt infantes, & defun-
cti. 202. 204. 205. Vide: *Infans.*
Defunctus. Pro infantibus, & de-
functis dici debet ab alio hebdoma-
datim Psalterium Marianum. 207.
Sodalis pro se, & alio non satis-
facit unicō Psalteriō. 209. Si sub-
stitutus oret in peccato mortali,
prodest nihilominus aliquid pro
quo oratur. 210. Die inscriptionis,
vel alio postea est confiendum,
& communicandum. 211. Vide:
Inscriptio. Sodales ad publicas de-
votiones Rosarianas compareant.
213. Sodales s̄epiū per annū con-
fiteantur. 214. Compareant ad an-
niversaria, & ditant pro defuncto
Sodali unum Pater, & Ave. 215.
Statuta B. V. non sunt temerē,
sed prudenter immutata. 217. Om-
nes regulæ debent servari à Soda-
libus in communi. 218. Quānam
regulæ Sodalium sint essentiales.
219. Quid suadendum illis, qui di-
cunt, se hebdomadatim non posse
persolvere Rosarium. 224. An, &
quomodo peccet, qui hebdomada-
tim non orat Rosarium? 225.

Regulares.

Ad declarationes circa electionē
Officialium Confraternitatiū non
obligantur Regulares. 64. Regu-
lares ad invicem non tenentur
communicare suas satisfactiones.
308. Superiores Regulariū, etiam
Abbatissæ, possunt communicare
extraneis opera bona suæ Religio-
nis, vel monasterii, non tamen In-

dulgentias. 324. Possunt hæc com-
municare, inquantum meritoria
de congruo, & imperatoria. 325.
Fructus hujus communicationis
explicatur, & gradus, nam bene-
factoribus prodest pro rata: & pro
benefactoribus possunt Regulares
legere Missam, quæ ipsos liberet à
purgatorio. 326. Superiores non
possunt satisfactiones Subditorum
applicare sibi, vel aliis ipsis invitī.
327. 328. Possunt tamen præcipe-
re subditis, ut illi applicent alte-
ri satisfactiones superabundantes,
imò etiam in casu extraordinario
necessarias, sed solum aliquas, non
verò totius vitæ. 329. Prælati com-
municandō opera bona subditorū
non communicant eō ipsō satisfa-
ctiones. 330. Vide: *S. Dominici Or-
do.* Apud Regulares, si destruktā
Ecclesia ædificetur nova, in ea re-
viviscunt omnes eorum Indulgen-
tiæ, & Confraternitates. 470. Mis-
sam Votivam de Ss. Rosario non
possunt legere Regulares, etsi ha-
beant Sodalitatem Rosarianam.
532. Regulares possunt per ali-
quot passus extra suos Conventus
producere Processiones. 561. Qui
inter Regulares procedant. 564.
565. Poterant Regulares quoti-
die absolvere quoscunque à casi-
bus reservatis extra Bullam Cœ-
ræ: hæc tamen facultas fuit revo-
cata. 574. 575. 576. In domibus
Regularium, apud quos est Soda-
litatis Rosariana ercta, Superiores
ex se nullam facultatem Sodalita-
tis possident, nisi solus Præses,
seu

R.

teu Pater Rosarianus, & cui ille aliquam subdelegavit. 635. In Ecclesiis Regularium, ubi sunt 12. Religiosi, non requiritur consensus Episcopi ad institutionem alij Confraternitatis: requiritur vero, si non sint 12. 592. Dum in ेrestance Confraternitatis in Ecclesia Regulari revocantur Indulgenter, non revocantur Indulgenter priores eidem Ecclesiæ concessæ. 595. Episcopi, ut Sedis Apostolicae Legati, possunt in certis casibus visitare Confraternitates Regularium. 619.

Regularium Indulgenter.

Plures Indulgenter revocavit Paulus V. & alias Regularibus concessit. 769. Incipit Bulla Pauli V. 770. Datur Indulgenter plenaria die ingressus in Religionem. 772. Die professionis. 773. Confessis, & communicatis Festo Principali Ordinis. 774. Hanc lucrari possunt Religiosi etiam degentes extra claustra. 792. Item plenaria datur pro articulo mortis. 775. Eadē pro prima Missa. 776 Eadē tempore Exercitiorū 10. dierū. 777. vel etiam octo dierum juxta restrictionem Alexandri VII. pro PP. Franciscanis. 793. Hoc tempore tantum unicā vice Indulgenter acquiritur. ibidem. Visitantibus suam Ecclesiam certis diebus dantur Indulgenter Stationum. 778. Quinque annorum visitantibus Ecclesiam aliis diebus. 779. Indulgenter, visitantibus Ecclesiam concessas, lucrari possunt etiam in suis

R.

cellis infirmi. 794. Item morantes extra claustra. 780. Sexaginta annorum in mense quotidie meditantibus per medium horam datur. 781. Trium annorum pro quo cunque bono opere. 782. Missionariis plenaria pro die, quod se accingunt itineri, & quod in suas pervenerint terras. 783. Plenaria iis conceditur tempore visitationis Regularis, & institutis orationibus 40. horarum. 784. Haec Indulgenter dantur omnibus Regularibus servantibus clausuram. 785. Per hanc Bullam revocantur Indulgenter concessæ ante Paulum V. solis Regularibus, non vero illæ, quæ erant comunes etiam Secularibus. 786. Nec Indulgenter Stationis Ss. Sacramenti. 794. Nec sunt revocatae Indulgenter concessæ Tertiariis, qui gaudent Indulgenter Ordinum, ad quos pertinent. 790. Revocatae sunt secundum aliquos concessæ pro articulo mortis, non vero concessæ defunctoris. 791. Propositio damnata, asserens Indulgenter revocatas esse revalidatas. 795.

Revelatio.

Revelationes Sanctorum Mulerum non sunt universaliter rejicienda. 719.

Ritus Ord. Præd.

Ob impugnatæ hæreses Ordo Præd. in Missa se communicat sinistrâ manu. 718. Rituum Ordinis origo, & cur non acceptet Reciendæ. 115.

R.

Rosa.

Benedictio Rosarum. 166. Cur rosæ in Confraternitate Rosaria na benedicantur. 197. Virtus, usus, & exempla rosarum benedictarum. 168. Rosarium transformatum fuit in sertum rosarum. I.

Rosarium S. Birgittæ.

Vide: *S. Birgitta.*

Rosarium S. Dominici
in genere.

Cur dictum fuerit Psalterium.

I. Rosarii author non est S. Benedictus, sed S. P. Dominicus. 2. Multa miracula sunt intuitu devotionis Rosarianæ patrata. 7. Vide: *Historia.* Varia encomia, quibus ipsa B. V. laudavit Rosarium. 10. & sequen. Exceptis aliquibus preciis, reliquas antecellit Rosarium. 16. Quanti meriti sit Rosarii recitatio, & ideo etsi nullas haberet Indulgencias, praestantis adhuc esset, quam aliae preces, etiam Indulgencias dotaæ. 20. Cur tantæ Indulgencias non sint concessæ meditationi Mysteriorum sine oratione, nec orationi sine meditatione, bene tamen conjunctis, seu Rosario 22. Rosarium ex nullo capite potest contemni. 23. Contemptores Rosarii à Deo puniuntur. 25. Praesides illud certis diebus præorent, & populus chorali ter prosequatur. 41. 42. Praeses ter in hebdomada cum populo Rosarium oret. 56. 57. Omnia reliqua inventa, & invenienda sine Sedis Apostolicæ licentia, Rosaria sunt prohibita. 568. Cur toties in

R.

Rosario eadem preces repetantur. 660. Cur Rosarium dividatur in tres partes, & quævis in 5. decades. 668. Vide: *Oratio Dominica, & Salutatio Angelica.* Per recitationem mentalem Rosarii satisfit Sodalitati, non tamen voto, & probabilius Indulgencias non acquiruntur. 220. Licet interrumpe ex causa Rosarium. 221. Rosarii loco recitans Breviarium satisfacit Sodalitati secundum quid, non simpliciter, & perfectè, nec acquirit Indulgencias Rosarianas. 222. Idem dicendum est de eo, qui Rosarii loco offert B. Virginiali quem virtutis auctum. 223. Quid suadendum illis, qui dicunt, se hebdomadatim non posse integrum persolvere Psalterium. 224. An, & quomodo peccet, qui hebdomadatim non orat Rosarium. 225. Per Rosarium potest quibusdam Sodalitatibus satisfieri, non tamen earum Indulgencias acquiri. 226.

Rosarii

recitandi modus.

Ad Rosarium genuinè requiriatur Symbolum Apostolorum, 15. Pater noster, & 150. Salutationes Angelicæ, & meditatio Mysteriorum. 74. Tria summatim ad recitationem Rosarii requiriuntur, 1. certus Orationum numerus, 2. certus ordo, 3. meditatio Mysteriorum, nec est necesse, ut Mysteria in medio cujusvis Salutationis Angelicæ repetantu. 75. Vide: *Meditatio.* Qui omisit unum

Pater, vel *Ave*, satisfacit quidem Sodalitati, sed probabilius non lucratur Indulgētias.⁷⁶ Qui plura **Pater**, & *Ave* dicit, si intendit inducere novam Rosarii formam, non conficit Rosarium, secus si faciat ad supplendum aliquem defectum.⁷⁷ Non est cum Rosario conjungenda Corona B.M.V. imò qui recitant⁶⁴ *Ave*, non acquirunt Indulgētias Rosarii secundum quosdam.⁷⁸ Qui invertit ordinem in Rosario ex contemptu, non conficit Rosarium, secus si fiat ex inadvertentia, vel anxietate.⁷⁹ Vide: *Intentio. Obligatio. Rosarium recitandū devotē.* 106. Non præcipitanter, sed debita cum mora.¹⁰⁷ Vide: *Præcipiantia.*

Rosarii

publicè recitandi modus.

Preces ante, & post Rosarium dici solitæ, non sunt de essentia Rosarii.⁹⁵ Intentionis ante Rosarium formula.⁹⁶ Modus recitandi publicè Rosarium.⁹⁷ Vide: *Chorus. An in medio Salutationis Angelicæ ambo Salvatoris nostri Nomina JEsus Christus, an solum alterutrum proferri debeat?*¹⁰¹ Vide: *Nomen. Formula dicendi Rosarium cum quibusdam prosis, continentibus breviter quodvis Mysterium.*¹⁰² Aliæ preciunculæ ante quamlibet decadem in quibusdam locis dici solitæ.¹⁰⁴ Preces, seu gratiarum actio post Rosarium.¹⁰⁵

Rosarium recitantes
quas habeant Indulgētias.

Recitantes Rosarium diebus ordinariis non præmissâ confessione.⁵⁰¹ Recitantes tertiam partem præmissâ confessione.⁵⁰² Recitantes integrum Rosarium habent plenariam.⁵⁰³ Hæc obtinetur, et si Rosarium per plures dies absolvatur.⁵¹¹ Qui per hebdomadam integrum recitaverit Rosarium, habet plenariam semel in vita, & semel in morte.⁵⁰⁴ Quomodo debeat hæc Indulgētia semel in vita, & in morte à Confessario applicari.⁵¹² Vide: *Absolutio Gener.* Ad consequendas has Indulgētias necesse est, ut sub Rosario considerentur Mysteria; rudes tamen non tenentur meditari.⁵⁰⁵ Non sufficit sub Rosario alia pia meditari.⁵⁰⁶ Vide: *Meditatio. Intentio. Recitantes ex Rosario benedicto.* Vide: *Rosarium benedictum.*

Rosarium

materiale benedictum.

Quinam habeant facultatem illa benedicendi.¹⁴⁶ Quō apparatu debeat benedici.¹⁴⁷ Benedictio Rosariorum.¹⁴⁸ Hæc benedictio habet triplicem effectum.¹⁴⁹ Duæ historiæ de Rosariis benedictis.¹⁵⁰ Rosarium recitatum sine Rosario materiali benedicto est ejusdem meriti, sed si è benedicto dicatur, habet insuper alias Indulgētias.¹⁵¹ Rosaria possunt confici ex quacunque materia, caveatur tamen vanitas, &

R.

ostentatio. 152. Quam formam
debeant habere Rosaria materia-
lia. 153. Rosaria non debent con-
stare sex decadis, & dubium est, an
talia possint benedici. 154. Rosa-
ria Jerosolym. 7. decadum benedi-
ci nequeunt. 155. 156. Grana abs-
que filo benedici nequeunt. 157.
Rosaria amittunt benedictionem,
dum amittunt formam, & usum.
158. Probabilius est amitti bene-
dictionem, si vel unum granum de-
perdatur. 159. Si rumpitur Rosa-
rii filum, & potest colligari, non
amittitur benedictio, secus si de-
beat novum assumi: sed & in hoc
casu alii negant. 160. Possunt alieni
non amissâ benedictione. 161.

Rosarium benedictum
quas habeat Indulgencias.

Portantes apud se Rosarium be-
nedictum à Sacerdote Ord. Præd.
quovis die habent 200. annorum
Indulgenciam. 500. Recitans etiam
non Sodalis, Rosarium ex
Rosario benedicto à Sacerdote
Ord. Præd. habet ad quodvis gra-
num 100. dierum Indulgenciam,
& si quotidie per annum recitave-
rit 3. partem, habet mediâ comu-
nione eodem anno die placitô ple-
nariam, quæ Indulgencies sunt etiam
Rosariorum S. Birgittæ. 556.
Rosaria benedicta à Præside Con-
fraternitatis extraneo nullas ha-
bent Indulgencias. 623.

Rosaria

Jerosolymitana.

Quas habeant Indulgencias. Vi-
de Cap. 25. §. 2. Hac sine Indul-

R. S.

gentiarum amisione nequeunt alienari. 841. Et si desperatur unus granum, nequit substitui aliud. 842.


Rosarium

Ss. Nominis Iesu.

Unum Rosarii genus. 712. Al-
terum. 713. Huic annexa est In-
dulgencia. 714.

Rosarium perpetuum.

Vide: *Hora perpetua*.



S.

Ss. Sacramentum Altaris

Vide: *Eucharistia. Communio.*

Salve Regina. Antiphona.

Cur in Ordine Præd. quotidie
cantetur Antiphona: *Salve Regi-
na*: & Indulgencies pro iis, qui illi
intersunt. 525. & 814. Quantum
B. Virginis placeat hæc devotio,
ipsa sola ostendit. 815. Altera hi-
storia ejusdem argumenti. 816.
Tertia historia. 817.

Salutatio Angelica.

Secunda pars Salutationis An-
gelicæ à quo, & quando fuerit ad-
 juncta, quando usus ejus invaluit.
An in medio sint ambo Ss. Nomi-
na *Iesus Christus* proferenda?
101. B. V. quod toties in Rosario
iisdem verbis salutetur, nullum
inde accipit fastidium. 661. Cur
mixtim dicantur Salutations An-
gelicæ, & Orationes Dominicæ in
Rosario. 662. Quod in Rosario
sint plures Salutations Angelicæ,
nihil honori Dei præjudicat. 663.
Cur certò numero ambas compre-
hen-

hendimus. 664. Cur Rosariū 150.
Salutationibūs constet. 667.

Satisfactio.

Communicare alteri opus bonum, ut satisfactorium, est pro alio agere pœnitentiam. 237. Deus accep-tat pœnitentiam pro altero perfectam. Et quid requiratur ex parte satisfacientis, & pro quo satisfit. 238. Hoc ipsis, quod homo satisfa-ciat pro peccatis alterius, non sa-tisfacit pro suis. 239. Dum opus satisfactorium applicatur alteri, satisfactio hujus applicationis eti-am unā applicatur. 240. Satis-factio una potest pluribus applicari cum sui diminutione. 241. cōsul-tum est satisfactiones superabun-dantes alteri applicare. 242. Est li-citum, & meritorium alteri appli-care satisfactionem sibi necessariā. 243. Si homo applicandō alteri sa-tisfactionem sibi necessariam age-ret prodigaliter, Deus tamē hanc applicationem acceptaret. 244. Li-citum est pro alio vivo agere pœnitentiam, si alter eam nolit, vel non possit peragere solus, secus non est permittendum. 245. Lici-tum est aliena peccata in se susci-pere cum obligatione pro iis satis-faciendi: hoc tamen est solum ho-mini pio, & actibus pœnitentia-fflueto consulendum. 246. Hoc ip-so, quod homo offerat pro defunc-to opus satisfactorium, offert etiam satisfactionem, non vero si offerat pro vivo. 247. Satisfac-tionem pro altero vivo oblatam Deus non semper, & infallibiliter ac-

ceptat. 248. Si ille, cui satisfactio applicatur, eā non indiget, quā il-la deveniat. 249. Licitum esse sa-tisfactiones omnes totius vitæ al-teri donare, docent communī Patres Societatis IESU. 250. Pro-batur hoc rationibūs tredecim. 251. usque ad 264. Homo justus, & innocens potest securè omnes satisfactiones defuncto applicare. 266. Homo innocens potest aquē bene, & meritoriè agere, si sibi ali-quas reservet, ac homo, qui om-nes satisfactiones defunctis donat. Probatur hoc variis rationibūs. 267. usque ad 272. Gravioribus pec-catoribus non est suadendum, ut omnes satisfactiones donent de-functis. 272. Probatur variis ratio-nibūs. 273. usque ad 276.

Potuisse in Confraternitate Rosariana statui lex, ut etiam in-vicem communicent Sodales suas satisfactiones. 304. 305. 306. Non datur in Sodalitate talis lex, & ideo Sodales non tenentur invicē communicare satisfactiones. 307. 308.

Superiores Regularium invitū subditū non possunt eorum satis-factiones applicare sibi, vel aliis. 327. 328. Possunt tamen præcipere subditū, ut illi applicent alteri satisfactiones superabundantes: imò etiam in casu extraordinario necessarias, sed solum aliquas, non totius vitæ. 329. Prælati com-municandō opera bona subditorū non comunicant eō ipsō satis-factiones. 330. Sodalibus Rosarianis

non communicantur satisfactio[n]es Religiosorum Ord. Præd. sed merita; non tamen omnino æqualiter, sicut Religiosis Ordinis. 333. Beati non communicant Sodalibus Rosarianis suas satisfactio[n]es, sed merita. 335.

Scribere.

Vide: *Inscriptio.*

Sermo.

Vide: *Concio.*

Sodalis.

Vide: *Regulæ Sodalium.*

Sodalitas.

Vide: *Confraternitas.*

Spiritus Sanctus.

Cur super Apostolos apparuerit solus Spiritus Sanctus in die Pentecostes; cùm tamen & Pater, & Filius illos gratiis repleverit. 139.

Stationis Indulgentiæ.

Quid sit Statio. 472. Indulgentias Stationum Societati Rosariæ primus indulxit Leo X. 474. Indulgentiæ hæ concessæ sunt solum pro diebus Stationū, in Missalnotatis. 479. &c. Qui quotidie ad lucrandas Indulgentias Stationum visitant Altaria, non sunt ab hac devotione impediendi. 483. Enumerantur dies Stationum ex Missali. 484. Quantæ istæ Indulgentiæ sint genuinæ, non scitur. 485. Ad eas lucrandas non requiritur Confessio, & Co[m]unio. 486. Probabile est, infirmos domi posse quoque has Indulgentias lucrari. 487. Debent visitari 5. Altaria, vel si tot in Ecclesia non fuerint, unum quinques. 488. 489. Si in

Ecclesia plura, quām quinque sint, debent ex iis quinque à Superiori loci pro Stationibus dep[er]tari. 490. Ad quodvis Altare debent orari 5. *Pater, & Ave, & universim 25.*; Religiosi tamen has Indulgentias obtinere possunt d[ic]cendō solum 5. *Pater, & Ave;* sed tunc acquirunt Indulgentias, defunctis non applicabiles. 491. Sufficit de uno Altari ad aliud procedere mente. 492. Si possunt, debent Altaria videri. 493. Hæ Indulgentiæ obtineri possunt in omni Ecclesia, imo & Oratorio, etiam ubi non est Sodalitas. 494. Etiam obtineri possunt à constituto extra Ecclesiam, si in eam non datur ingressus. 495. Non est consulum sub Missa in die festo visitare Altaria. 496. Non est necesse, ut visitatio Altarium sit continua. 497. Nescitur genuinæ, quod tempore incipient, & desinant hæ Indulgentiæ. 498. Indulgentiæ Stationis Ss. Sacramenti etiamnum vigent. 794. Quid ad eas requiratur. 769.

Statua B. M. V.

Statuam B. M. Virginis, quæ in Processione circumfertur, esse benedicendam consulitur. 48. Non debet lascivè ornari. 49.

Statutum.

Vide: *Regula.*

Subdelegatio.

Inscribere sacerularis non potest Sodales in Album, nec alius, nisi solus Sacerdos, & Confessarius. 627. Hic debet insuper jam esse mem.

membrum Sodalitatis. 628. Sola facultas inscribendi, & dandi Absolutionem Generalem, non verò aliquid benedicendi, potest subdelegari. 629. Subdelegatus retinet potestatem, quoisque ei est necessaria ad effectum, ad quem est data. 630. Piores Conventuum Ord. Præd. possunt delegare facultatem absolvendi generaliter cuicunque Sacerdoti extraneo, non verò alias. 631. Extranei Præsides possunt de expressa licentia Reverendissimi Generalis Ordin. Præd. subdelegare facultatem inscribendi, & dandi Absolutionem. 632. Litteræ Reverendissimi, quibus concedit facultatem subdelegandi. 633. His litteris conceditur hæc facultas, etiam Præsidibus successoribus. 634. In domibus Regularium Superiores ex se nullam facultatem Sodalitatis possident, nisi solus Pater Rosarianus, & cui ille aliquam subdelegavit. 635. Nemo potest se ipsum inscribere; Personis tamen Augustis id concedendum est, sed postea iterum à Præside inscribantur. 636. Si quis debitâ manu non fuit inscriptus, inscribatur denuo, secus non gaudet Indulgentiis. 637.

Suffragium.

Secundum se melius est Suffragia offerre pro mortuis, quam vivis, per hoc tamen non sunt negligendi vivi. 291. Suffragia oblatæ pro una anima determinata, non delent pœnam aliis. 292. Dum pro una offeruntur, denominen-

tur plures sub conditione, si primæ non prodeissent. 293. Pro quid busdam tenemur in particulari, & specialiter orare: in anniversariis tamen melius est orare pro omnibus simul, quorum eð die fit memoratio. 294. Suffragia pro me offerenda post meam mortem probabilius in vita non possum transcribere aliis animabus. 295. Suffragia peracta in peccato mortali, nisi siant nomine Ecclesiæ, parùm prosunt defunctis. 296. Omne opus bonum, sed præprimis Sacrificium Missæ prodest defunctis. 297. Licet communicare pro defunctis, ita ut Ss. Sacramentum Eucharistiae etiam ex opere operato, sed indirectè, profit defunctis. 298. Licitè possunt omnes Indulgentiæ defunctis applicabiles iis applicari, cum supersint non applicabiles. 299. Suffragia mortuos non juvant infallibiliter. 300. 301. Suffragia Sodalitatis, & totius Ecclesiæ juvant defuntos receptos ante mortem etiam in agone, licet nemo eorum loco persolvat hebdomadatim Rosarium; si tamen isti petierint inscribi. 319. Etiam iisdem suffragiis gaudent inscripti post mortem, si alius eorum loco recitat Rosarium. 320. Etsi pro his aliquis dicere non possit Rosarium; si tamen permittat legi Missam annuatim, aut pro iis eleemosynam det, iis gaudebit suffragiis. 321. Hæc gratia est major, quam Bullæ Sabbathinæ. 322. Si nemo talium loco persolvat Ro-

S. T.

farium, si tamen in particulariis aliquod bonum opus applicetur, illò gaudent: Rosaria tamen pro Sedalibus in communis oblate ipsis non profunt, bene verò alia bona opera. 323.

Sepulti in cœmteriis nostris, quibüs gaudeant Suffragiis. 827. Recepti ad beneficia Ordinis, quibüs gaudeant Suffragiis. 829.

Summarium Indulgentiarum

Ss. Rosarii.

Confirmatum ab Innocentio

XI. 344.

Susceptio

ad Confraternitatem.

Vide: *Inscriptio.*

T.

Tertius Ordo Sororum S. Dominici non sumpdit originem à S. Catharina Senensi, sed à S. Patre Dominico 30. Tertiarii Ord. S. Dominici possunt legere Missam Votivam de Rosario, qui etsi non essent Sodales Rosariani; eam tamen audiendò gaudent Indulgentiā plenariā. 531. Per Paulum V. non sunt revocatæ Indulgentiæ concessæ Tertiariis, qui gaudent Indulgentiis Ordinum, ad quos pertainent. 790.

S. Thomas Aquinas.

Composuit Officium pro festo, & Octava Ss. Corporis Christi. 716. Ab Angelis cingulò præcinctus. 740. Specialis Patronus, & tutelaris castimoniaz, imò in rebus om-

T. V.

nibus est ab ipso Christo datus Ven. Patri Dominico à JESu Carmelitæ. 742. Confraternitatem in ejus honorem erexerunt Typographi Romani, cuius Rector poterat quotannis unum è reis capitilis è carcere dimittere in festo S. Thomæ. 743. Est tamen adhuc alia Confraternitas Militia Angelicæ sub protectione S. Thomæ. 744. Vide: *Confraternitas Militia.*

Translatio.

Vide: *Festa. Functio.*

Ss. Trinitas.

Rosarium est specialiter in honorem Ss. Trinitatis institutum. 83. Religiosus fuit ideo in Purgatorio punitus, quòd erga Ss. Trinitatem non habuerit specialem devotionem. 428,

V.

Vexillum.

Quid circa vexilla Confraternitatis Rosarianæ notandum. 47.

S. Vincentius Ferrerius.

Conciones, quæ sub ipsis nomine circumferuntur, ipse solus non scripsit, sed ejus auditores. 123. Indulgentiæ pro devotione erga S. Vincentium per 7. dies Veneris. 811. Requisita ad istas Indulgentiias. 812. Festum S. Vincentii non est amplius ad libitum, sed de præcepto sub ritu duplici. 813.

Visitatio.

Ordo Præd. habet jus visitandi Con-

V.

Confraternitates à se eretas. 72.
 Visitatio Altarium pro Indulgentiis Stationum, vide: *Statio*. So-
 dales Rosarii, visitantes Capel-
 lam Rosarii, quas habeant Indul-
 gentias. 518. Per Capellam intel-
 ligi debet ipsum Altare Sodalita-
 tis, non alia Statua: Item per to-
 tam Octavam festi Ss. Rosarii ha-
 bent, visitantes Capellam, ple-
 nariam. 519. Ad Indulgentiam
 plenariam Dominicis primis men-
 sium non requiritur visitatio Ca-
 pellæ, sed sufficit Communio, re-
 quiritur autem in festis B. V. &
 Mysteriorum. 520 Regulares visi-

V.

tantes suam Ecclesiam certis die-
 būs lucrantur Indulgentias Sta-
 tionum. 778. Aliis diebūs Indul-
 gentiam 5. annorum. 779. Etiam
 infirmi in suis cellis. 794. Regula-
 res tempore visitationis Regula-
 ris, & institutis orationibūs 40. ho-
 rarum, adipisci possunt Indulgen-
 tiā plenariam. 784.

Urbanus Papa IV.

Instituit festum Ss. Corporis
 Christi per universam Ecclesiam,
 suadentibūs præcipue PP. Domi-
 nicanis. 716.

F I N I S.



2111

Errata.

Sic emenda.

fol.	lin.		
2	ultim.	in facultate P. M. Provincial.	à Magistro Reverendo
9	25	precatione	peratione
	32	Sap. 1. 8.	Sap. 8. 1.
10	antep.	in tota terrarum	in toto terrarum
14	15	Regina SS. Rosarii	Reginae SS. Rosarii
16	30	spem omnem liberatis	spem omnem libertatis
20	20	Philip. 1. v. 12.	Philip. 2. v. 12.
	31	in Suppl. 9.	in Suppl. q.
21	7	in Suppl. 9.	in Suppl. q.
22	4	in fol. 1.	in fol.
23	9	disc. 4. c. 4.	disc. 4. c. 2.
24	32	a'gnos	a'gnos
25	3	competit acceptis	competit acceptæ
32	29	tract. 8. 9. 19.	tract. 8. q. 19.
46	10	quippiam	quidpiam
49	37	aliorūmque	aliarūmque virium
51	5	cum eadem conversationis	cum eodem conversationis
52	28	deleatur	Modus recitandi Rosarium
53	5	pomanat	promanat
56	7	in dignum	indignum
57	2	vosè	nervosè
60	36	locis sit	locis sint
62	15	reliquibus precibus	reliquis precibus
	26 &c	deprimit terrena inhabitatio-	terrena inhabitatio depri-
		tatio	mit
65	25	collo thuris	colle thuris
67	22	S. Thomas 22. 9.	S. Thomas 22. q.
68	15	Eccles. 9. 4.	Eccli. 19. v. 4.
antep.		nominatenus	nominetenus
69	8	art. 8. c. 1.	art. 8. c.
	27	renitebant	renidebant
71	33	Ecce venias	Ecce venio
79	27	serm. 14. lit. 4.	serm. 14. lit. H.
82	antep.	123.	132
	in mar.		
83	18	obduta	obducta

K k, k

Errata.

fol. linea.			Sic emenda.
85	32	B. Birgitta lib. I. c. 10.	(B. Birgitta lib. I. c. 10.)
88	16	Christo	Christi
90	19	benedixit eis, & ferebatur	benedixit eis, — & ferebatur
92	2	Apostolicis	Apostolis
94	15	indicit	induit
95	10	suo quoque cubito	suo quæque cubito
101	23	consultam	confuetam
104	29	n. 1385.	n. 1383.
106	33	adde in margine	
109	20	dele	videatur n. 146. & 629.
112	3 & 4	dele	reliqua videantur n. 146. &
124	17	repuriri	requiri (512.)
126	19	Christicum 150. Ave	Christi cum 150. Pater
130	15	lib. §. 6.	lib. I. §. 6.
135	7	secundum proprium laborem	secundum suum laborem
138	30	I. Petri 4 v. 11.	I. Petri 4 v. 8.
139	8	tract. 3. §. cave	tract. 3. c. 2. §. cave
140	20	consuetum	consultum
143	9	Raymundo	Raynaudo
144	22	uni ex fratribus meis minimis mibi fecistis. Matib. 25. v. 37.	uni ex his fratribus meis mini- mis mibi fecistis. Matib. 25. v. 40.
145	6	Per quæ quis peccat	Per quæ peccat quis
151	36	n. 338.	n. 238.
153	35	Quidquid orantes petitis, cre- dite, quia accipietis, & fiet vobis.	Quacunque orantes petitis, cre- dite, quia accipietis, & e- venient vobis.
154	37	unis numero	unicus numerò
155	8	omittere suum effectum	amittere suum effectum
160	pen.	ibidem q. 79. art. 5.	3. p. q. 79. art. 5. c.
165	5	n. 172.	n. 272.
167	20	afficit	officit
168	32	partæ	parte
181	35	n. 309.	n. 310.
185	7	dele	prout jam sæpius indicavì
antep.		etsi secus	& si secus
200	28	adde in margine	
			399.

Errata.

fol.	linea.		Sic emenda.
	34		
	in mar.	399.	340.
213	11	cum P. Mart. Wigand adde	tract. 14. exam. 3. n. 92.
216	1	ad exētutionem	ad consecutionem
218	19	an sufficiet	an sufficiat
	33	consultissimum dico	consultissimum duco
220	26	consuetum	consultum
221	17	loco citato n. 55.	locō citatō n. 95.
	35	n. 1345.	n. 1354.
222	27	exam. 3. n. 21.	exam. 3. n. 2.
237	n. 485		
	6	quæstione 2.	quæstiuncula 2.
266	15	favis	faccis
297	35	reg. 9. n. 67.	reg. 9. n. 65.
305	30	certō affectū	certo effectū
306	3	& reelle	& rite
323	13	in reprævit	in re prævit
	14	fenestrīs operis	fenestrīs apertis
324	13	illices amore	illius amore
	17	& in gloriam	& in gloriosam
327	16	è vivis tallere	è vivis tollere
329	25	& purgatorii	& purgatorium
330	5	educat religiosum	educet religiosum
331	9	Ss. Nominis Jesu—concione	Ss. Nomini Jesu—concionē
333	16	devotioneis	devotionis
348	22	hora, quā malierint	hora qua maluerint
257	pen.	quod se ex	quod ex se
372	2	sed sed	sed
277	15	opus	opem

Errata in Indice.

Titulus.	linea.		Sic emenda.
Alia	festa		
	pen.	etiam claustra	etiam extra claustra

64. n. 422.

427.

Errata in Indice.

Sic emenda,

Titulus. linea.

Indulgentia Ordini Præd. propriæ.

2. concessum est

concessum non est amplius

Intentio.

12. 404.

440

Opus bonum.

15. ad indirecta

ac indirecta.

Revelatio.

3. manum. 719.

ciendæ 115.

Ritus.

5. ciendæ. 115.

manum 719.

Rosæ.

3. benedicantur 197.

benedicantur 167.

Summarium.

2. 344.

340.



